pa ſolus † interpretetur ſcripturam ſacram, maximeque multo magis in conciliis generalibus condendo Canones, ſeruandos ab omnibus. *c.2.extra de ſum.Trinit. & fid.cath. c. per venerabilem.§.rationibus. Qui fil.ſint legit.c.& ſi Chriſtus.de iureiurand.* Vnde ipſorum opinio eſt attendenda, qui in tot Canonibus aſſerunt, decimam de iure diuino eſſe integre perſoluendam, cum Pa- 59
pa habeat claues † poteſtatis.*cap.1.20.diſtinct.* & Spiritu ſancto ducti loquuntur, inde illud Concilii Niceni placuit nobis, & Spiritui ſancto, & ego latius dico ad Bellugam *in ſpecul. Principum.rub.39.§.nouiſſime.in ver.nam quicunque aliter.* Ob quod recte Concilium Tridentinum, eorundem ſummorum Pontificum, & Conciliorum, & ſcripturæ ſacræ veſtigia imitando, decimas integre perſoluendas, in loco ſuperius allegato, decreuit, cui ſine pluri collum ſubmitto.

Ex iis itaque concludendum eſt (nodum hunc explicando) nullo pacto conſuetudine tueri poſſe, populos tibi commiſſos ad ſolutionem decimarum non teneri totalem, vno ſo- 60
lum caſu excepto, quando adeſſet ſummi Pontificis † approbatio, iuxta notata per Panormit. *in dict. capitul. in aliquibus. numer.6.7.& per Fulgoſ.in dict.conſil.166.colum.1.* Non omittendo quod dicit Felin.*in cap.cav[illegible] in princip.extra de præſcript.* vbi aſſeruit, decimas nullo m[illegible]do poſſe præſcribi, præterquam perſonales, & in iis exigitu[illegible] [illegible]æſcriptio, cuius hominum memoria non extet.

Nec ſic paſſim admittendum eſt, quod ex multorum opinione dicit Franciſc. Viuius *opinion.commun.84.* dicens, conſuetudinem approbari, & tolerari præſcriptionem in locis, in 61
quibus † decima de more non ſoluitur, nec ipſam eſſe ſoluendam prædicatur, quod etiam refert ac ſequitur Guidus Panciro-

cirolus, *in conſi. 190. nume. 7. volum. 1.* Quia reſpondetur quod etſi hoc caſu poſſent ex conſuetudine excuſari, & ex ignorantia, quod apud eos prædicatio ſoluendi facta non fuiſſet, iuxta illud; *ſi non veniſſem, & loquutus eis non fuiſſem, fortaſſe excuſationem haberent.* tamen iſtud non ſufficit, quia ſolutionem decimarum ex iuris diſpoſitione deberi, cum notorium ſit, ab eius ignorantia nemo excuſatur. Conſequenter notum eſt, prædicatores, alioſque prohiberi ea populis prædicare, per quæ audi-
62 tores à decimarum ſolutione retrahantur, ſed † contrario operi ſint intenti, *vt. in c. 1. de Decim. in 6 & in clem. cupiētes, 2. reſpon. de pæn.* Vnde nulla nunc Chriſtiano orbi videtur excuſatio admitti, poſtquam vbiq; concionatores & prædicatores, ex debito eccleſiæ, & ex ſuperiorum particulari iniunctione iſta adimplere procurant, & ad materiam Coſmus Paſethus inter Conſili. Riminald. *conſi. 535. per totum. volum. 3.* Cenſeo itaque ſine pluri, cum etiam decimarum ſolutio fiat, ex quo ſacerdo-
63 tes Sacramentorum † miniſtrationi, & animarum curæ incumbunt, *vt docet Lapus allegat. 66. ſub num. 5.* quod digni ſint operarii mercede ipſorum à Domino ſtabilita, & viuant de altari, cui inſeruiunt, & metant temporalia, pro cura quam gerunt. Et ita conſulo. *Camillus Borrellus IC.*

CONSILIVM II. FRANCISCI MONALDI VVLSINIENSIS, ADuocati & Practici Curiæ Romanæ præſtantiſſimi.

DE IVRE DECIMANDI.

ARGVMENTVM.

Dubia tria proponuntur occaſione Sententię latę in prima inſtantia ſuper iure decimandi. Quæ diſtincta in principio conſilii patent.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum eſt probatio probata, & non probāda, nec fori diſcuſſione & diſputatione indiget, ſed eſt veritas notoria, & manifeſta.*

2 *Inſtru-*

2 *Inſtrumenti verba cenſentur verba partium.*

3 *Poſitiones ad quem effectum fiant.*

4 *Confeſsio plene probat contra confitentem, in iudicio, & nu. 6.*

5 *Probatio nulla maior haberi poteſt, quam propriæ partis confeſsio.*

7 *Confeſsio habet vim ſententiæ, & publici inſtrumenti.*

8 *Inſtrumento locationis, licet minus ſolemni, & quando ſtandum ſit.*

9 *Poſsidere ille dicitur, cuius nomine poſsidetur. & nu. 10.*

11 *Excipiens de dominio proprio vel alieno, an, & quomodo audiatur.*

12 *Regula; dolo facis petere quod reſtituturus es, quando non procedat.*

13 *Poſſeſsio rei locatæ an probetur ad plenum per locationem, & etiam illius dominium.*

14 *Inſtrumentum locationis factum per aliquem, non probat, quoad extraneum,*

15 *Locatoris poſſeſsio quibus concurrentibus probetur.*

16 *Poſſeſsio rei locatæ probatur per receptionem penſionis, nedum in præiudicium conductoris ſoluentis, ſed & tertii. Ampliatur. nu. 17.*

18 *Locator dicitur rem poſsidere mediante perſona conductoris.*

19 *Poſsidere repertus præſumitur ex titulo præcedenti poſsidere.*

20 *Præſcriptio non datur ſine poſſeſsione.*

21 *Præſcribitur tantum quantum poſsidetur.*

22 *Titulus & bona fides requiritur in præſcribente.*

23 *Locationis tempore finito, cēſetur renouata locatio de anno in annum, & quomodo renouata cenſeatur. & num. 24. Quid in locatione ad longum tempus. & nu. 25.*

26 *Poſſeſsionis, & voluntatis mutatio non præſumitur.*

27 *Locatio facta eccleſiæ ad tempus, poſt primam præſumitur renouata de anno in annum, ſub eadem forma.*

28 *Dominus quod non poſsit expellere eum, qui præſcripſit ius perpetuæ coloniæ.*

29 *Titulus alius non præſumitur, vbi conſtat de certa cauſa, & certo titulo.*

30 *Tituli à primordio poſterior formatur euentus.*

31 *Solutio affictus præſumitur facta ex annuæ tacitæ reconductionis cauſa.*

32 *Solutio penſionis an ſit vniformiter facta, nec ne, quomodo cognoſci poßit.*

33 *Locationes renouatæ, & ſolutiones penſionum cenſentur eodem iure factæ, quo primæ.*

34 *Locatio ſimplex in prædiis ruſticis præſumitur facta de anno in annum, non in perpetuum. & nu. 35.*

36 *Actus idem vbi poteſt ſapere alienationem, & non alienationem, nunquam præſumitur alienatio.*

37 *Titulus vt cenſeatur præſcriptus in ſolutionibus, quid requiratur.*

38 *Interpretatio ſemper in dubio facienda eſt ad fauorem Eccleſiæ.*

39 *Præſcriptio perpetuæ locationis, ſeu coloniæ, non habet locum, quando conſtat de breui locatione præcedenti, puta ad triennium.*

40 *Præſcriptio longißimi temporis, etiam cum mala fide currit de iure ciuili.*

41 *Defuncti mala fides nocet heredi.*

42 *Conductor nunquam præſcribit de iure canonico propter malam fidem, nec contra actionem realem, nec perſonalem.*

43 *Res Eccleſiæ non poſſunt locari hodie vltra triennium.*

44 *Lex Veneta circa vniformes ſolutiones refertur & declaratur.*

45 *Dos certa debet conſtitui & aßignari Eccleſiæ in eius erectione, ſeu conſecratione, & qualis eſſe debeat. & nu. 55.*

46 *Papa circa decimas omnia poteſt.*

47 *Inſtrumentum producens in iudicio, cenſetur approbare perſonam Notarii, qui illud confecit.*

48 *Proteſtatio in productione inſtrumenti, in parte & partibus, quid operetur. & nu. 49.*

50 *Oratio vniuerſalis tantum operatur, quantum ſingulorum expreßio.*

51 *Eccleſiæ parochiales villarum in dominio Veneto non habent decimas, ſeu ius decimandi, ſed tantum quarteſium, & quomodo.*

52 *Argumentum à communiter accidentibus eſt validum.*

53 *Bona præſumuntur conductitia, niſi poßidens doceat titulum.*

54 *Vaſallus an teneatur oſtendere, & indicare domino res feudales.*

56 *Poſſeßio titulata præfertur non habenti titulum.*

57 *Poſſeßionis qualitas facit vnam probationem alteri præualere.*

58 *Nulli-*

51 *Nullitas defectus in ſententia ſanatur, vbi conſtat de bono iure partis.*

Spiritus ſancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN cauſa à Treſiis, quam habent RR. Abbas & Monachi Abbatiæ ſanctæ Mariæ è Carceribus congregationis Camaldulen. Paduanę diœceſis, de, & ſuper decima, alias decimata, ſeu iure decimãdi in villa Baonis eiuſdem diœceſis, vti ad triennium locatores contra & aduerſus R R. Priorem, & fratres ſanctæ Mariæ à Treſto, ordinis S. Hieronymi Fieſularum eiuſdem decimæ conductores; vt annoteſcat de bono iure dictorum agentium, ac ſententiæ ad eorum fauorem, & contra R R. Aduerſarios illos excommeando à dicta locatione, & iure decimandi per Reuerendiſſimum Vicarium Epiſcopi Paduan. latæ; & de non iure dictorum Prioris, & Fratrum, de tribus principalibus videndum eſſe duxi, videlicet:

Primo an conſtet, dictos Abbatem & Monachos locaſſe dictam decimam, ſeu ius decimandi in dicta villa Baonis pro certa penſione quolibet anno perſoluenda dictis Monaſterio & Fratribus S. Mariæ à Treſto; ſeu alteri eorum nomine illam conducenti, ſeu accipienti, adeo vt conſtet de poſſeſſione, vel quaſi circa dictam decimam dicti Abbatis, & Monachorum, vel non.

Secundo an conſtet ſaltem in præſenti iudicio de quantitate eiuſdem decimæ locatæ, ſeu de quibus locis ius habet decimandi, in quo videtur conſiſtere tota difficultas huiuſmodi cauſæ, vel non.

Tertio an dicta ſententia Vicarii Paduani, per quam confirmauit commeatum, ſeu licentiam datam de dicta locatione per dictos Abbatem & Monachos dictis Priori & Fratribus, veniat confirmanda, & declaranda ſecundum confinia probata;

ex quibus appareat de quantitate decimæ locatæ, ſeu iure decimandi dictis aduerſariis locat. exequendam eſſe, vel potius infirmandam. Et affirmatiue in omnib. concludo ad fauorem dictorum R R. Abbatis, & Monachorum, & contra partem aduerſam, ex infra dicendis.

Et quoad primum dico, euidenter conſtare de locatione triennali, & poſſeſſione, vel quaſi dictæ decimæ villæ Baonis, ſeu iuris decimandi dictorum Abbatis, & Monachorum; & quod ab eis illam cōduxerint prefati Aduerſarii pro certa penſione perſoluenda quolibet anno per inſtrumētum locationis vſq; de anno 1548. die 7. Aprilis inter dictas partes confectum,
1 *de quo proceſſu A. fol. 42.* Cum inſtrumentum † ſit probatio probata, & non probanda, quodq; diſcuſſione fori, nec diſputatione non indiget; ſed ſit veritas notoria, & manifeſta, *prout dicit Decian. in conſi. 66. nu. 6. volum. 3. & in conſi. 5. nu. 40. & ſeq. vol. 1. & prius dixit Bald. in l. Imperator in 1. lectura. nu. 17. ff. de ſtatu homi. & in l. ſecunda. num. 6. C. quando fiſc. vel priua. quem late comprobat Iaſ. in l. admonendi in 2. lect. ſub num. 154. de iureiurand. & in conſil. 124. num. 1. vol. 1. & in conſi. 137. num. 13. vol. 4. & dicit Decius in conſi. 36. num. 2.*
2 Et inſtrumenti † verba partium verba cenſeantur, *prout dicit idem Baldus in d. l. Imperator. in 1. lect. nu. 17. Iaſ. in d. l. admonendi in 2. lect. nu. 154. in fine. & in d. conſil. 137. nu. 13. in fin. & dicit. Vezzi. inter cōmunes diuerſor. ſub tit. de tabellio. de fide inſtr. nu. 4. vol. 1. fol. mihi 563.*

Nec eſt ambigendum, dictos Abbatem, & Monachos habere ex dicto inſtrumento locationis triennalis intentionē fundatam, & illi ſtandū eſſe, donec aliter probetur, quare ſtari non debeat, *per l. cum precibus. C. de probat. & dicit Dec. in d. conſ. 66. nu. 58. in fin. vol. 3. & in conſ. 5. nu. 39. vol. 1.*

Quibus accedat, quod dictum inſtrumentum fuit ſemper obſeruatum inter dictas partes, cum penſio trium librarū pro affictu eiuſdem decimę ad triēnium locatę, vt eſt dictum, quolibet anno ſemper à die factæ locationis & conductionis reſpectiue iuxta promiſſionem in eo factam, fuit per dictum monaſterium, & fratres S. Mariæ à Treſtis dictis Abbati, & Monachis perſo-

perſoluta, prout confeſſus fuit ſuo iuramento idem Reueren. Prior dicti Monaſterii, reſpondendo per verbum credit tertiæ poſitioni cum aliis factis à dictis Actoribus ad effectum, vt releuarentur † in caſu; quod illas cõfeſſus fuiſſet ab onere proban- 3
di, *prout dicit Franc. in c. 1. nu. 7. de confeſſ. in ſexto. Bart. in repet. l. vbicunq. ſub nu. 17. ff. de interrogat. action. & Andr. Gail. pract. obſ. lib. 1. obſeruat. 79. num. 2. de qua confeſſione conſtat dicto proceſſu fol. 32.* quæ
plene probat de † dicta ſolutione contra partem confitentem 4
ſecundum vſum iudiciorum, *prout dicit Ægid. Bellamer. in deciſ. 740. num. 1. in verſ. ideo talis reſponſio. & Bolog. in addit. ad conſil. 55. Ioann. de Anan. ſub num. 8. in verb. nihilominus, vbi ampliat hoc idem procedere etiam in cauſis criminalibus. & Zaſius in conſil. 2. num. 5.*
& ſequent. volum. 2. Cum nulla maior poſſit haberi † probatio, 5
quam propriæ partis confeſſio, *prout dicit idem Zaſ. in d. conſil. 2. numer. 5. & ſequent. Grat. in conſi. 50. num. 4. vol. 2. & Iaſon. in l. Titia.*
num. 28. ff. de verb. oblig. & quod confeſſio in iudicio facta plene 6
probet contra confitentem, *dicit Domin. de ſancto Gemin. in ca. ex pœnitentib. nu. 6. & ſeq. 50. diſtinct. & voluit Ægid. Bellam. in dec. 690.*
& quod habeat vim † ſententiæ, & publici inſtrumenti, *dicit* 7
Ant. Fran. à Dd. in conſ. 68. nu. 19. & ſeq. inter matrim. diuerſ. vol. 1. tex. in l. vnic. & ibi Dd. C. de confeſſ. Et propterea nullæ ſunt partes iudicis in confeſſis, niſi in iudicando, *prout dixit Rota in deciſ. 19. circ. med. in ver. cum igitur confitendo, de reſtitut. ſpoliat. in noui.*

Quæ quidem inſtrumenti præfatæ locationis obſeruantia
admodum illud confirmauit, quod etſi minus † ſolemne eſſet 8
(*prout non eſt, cum habeat omnia requiſita*) illi ſtandum ſit, *prout dicit Bald. in con. 402. in fi. vol. 5. Aymo conſ. 101. nu. 4. vol. 1. Simon. de Prætis. conſ. 10. nu. 40. Ioſep. Ludouic. inter com. diuerſ. in tit. de conſuetud. concl. vnic. in ver. infertur. 117. vol. 3.* Et quod ille dicatur poſſidere, cu-
ius nomine alius poſſidet, prout † faciunt cõductores, *dicit tex.* 9
in c. cum veniſſet. in fin. & ibi gl. de reſtitut. ſpoliat. c. quoniam frequenter. §. quod ſi nuper, vt lite non conteſtata. l. quod meo, & ibi Bart. nu. 6. ff. de acquirend. poſſeſ. & eſt text. Inſtitut. de interd. §. poſſidere ad idem Ioan. Blanch. in epito. feudorum. lib. 4. num. 104. in verſ. nec obſtat.

Et quod qui alieno nomine poſſidet, non dicatur poſſidere,
10 ſed † ille, cuius nomine poſſidet; & ſi ſuo nomine poſſideat, præſcribere non poſſit, niſi habeat titulum, & bonam fidem, dicit tex. *in cap. ſi diligenti. de præſcript.* Et quod ſi conductor conuenitur à locatore iure locationis ad rem locatam relaxandam ſeu reſtituendam, prout actum fuit, & agitur in caſu noſtro, cum de locatione conſtet, eidem non poſſit obiici exceptio dominij ad retardandam illius reſtitutionem, prout videntur facere aduerſarii, cum dicant ignorare, an habeant dictam decimam, vel non, licet offerant ſe ſtatim de ea probat. per dictos agentes illam relaxare, & reſtituere, *prout patet dicto proceſſu. fol. 38. ter. 39. & ſeq. dicit text. in l. ſi quis conductionis, & ibi Salic. numer. 2. vbi dicit ſic Bart. & alios Doctores tenere. Cod. locati. & eſt gloſſ. magiſtralis in capit. inter dilectos. ad fin. §. per inſtrumenta. in verſic. locatio, de fide inſtrum. & ibi optime Felin. numer. 20. vbi etiam dicit numer. 21. id habere locum in herede conductoris, & numer. 22.*
11 *in ver. vbi autem*, vbi dicit; quod † ſi conductor agit conductione. *d. l. ſi quis conductionis. C. locati.* quod conductor non poteſt excipere de dominio proprio, neq; alieno, ſed oportet, quod res prius reſtituatur: & hoc in odium illorum, qui per varias exceptiones volebant illudere locatoribus, *vt per Bart. in d. l. ſi quis conductionis.* vbi inter alia num. 2. dicit, quod illa regula,
12 dolo † facis ad petendum, quod reſtiutturus es, non habet locum in poſſeſſoriis recuperandæ poſſeſſionis; quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. *per l. momentaneæ. & ibi idem Bartol. numer. 2. Cod. vnde vi. & l. ſi quis ad ſe fundum. & ibi etiam Bartol. præſertim numer. 2. in princip. Cod. ad leg. Iul. de vi public. Et ſubdendo idem Bartol.* dicit, ſed iſtud eſt iudicium recuperandæ poſſeſſionis cum eo ipſo, quod colonus denegat mihi reſtituere poſſeſſionem, ſpoliat me : ergo ante omnia debeo reſtitui. Nec poteſt opponi de dicta regula, dolo facio, &c. *& Bart. refert, & ſequitur Abb. in dict. capit. inter dilectos. numer. 16. & ibi etiam Anton. de Butr. n. 39. & ſequent. in princip. de fide inſtrum.*

Neque aliquid obſtat, etſi diceretur per ſimplicem locationem

tionem non probari ad plenam promiſſionem rei locatæ, 13
prout † nec illius dominium, *prout dixit text. in dict. cap. inter dilectos. §. per inſtrument. & id proſequitur ibid. Felin. num. 8. in ver. nota per locationem. & dixit Gozzad. in conſi. 94. num. 57. per l. ad probationem. C. locati. Aretin. in cap. cum cauſam. num. 25. in ver. illud autem ſcias. de probat. Ruin. in conſi. 47. num. 4. in princip. volum. 4 & tenet Rota deciſ. 1. in prin. ſub. tit de fide inſtrument. in antiq.*

Quia ad hoc reſpondetur, duplici fundamento obiectum non militare, & quia illud habet locum, vt inſtrumentum † lo- 14
cationis factum per aliquem non probet locationem quantum ad extraneum, *vt in d. cap. inter dilectos.* non autẽ quantũ ad ipſos contrahentes, *prout in caſu noſtro,* quia quoad ipſos bene probat poſſeſſionẽ inſtrum. locationis, *prout dicit Rota d. dec. 1. in fi. de fide inſtr. in antiq. quã refert & ſequitur Fel. in d. c. inter dilectos. n. 8. in ver. quæ procedit quoad extraneos. & in ver. ſed inter ipſos contrahentes. de fide inſtrum. & idem dicit Gozzad. in d. conſi. 94. in fin. in verſ. item quo ad extraneos. Alexand. in conſi. 12. col. 2. ante fi. in ver. Nec obſtat etiam. vol. 4. & Soc. ſen. in conſi. 11. num. 5. in ver. præterea. vol. 3. & in conſ. 106. num. 2. in verſi. concurrit. eodem vol. Pariſi. in conſi. 111 num. 44. vol. 1. & Ruin. conſi. 46. num. 12. ad fi. vol. 4.*

Secundo reſpondetur, præfatum obiectum non procedere, quando cum inſtrumento locationis concurrit etiam ſolutio mercedis, ſeu penſionis rei locatæ, prout concurrit in caſu noſtro, vt ſupra dictum eſt: quia iſtis duobus concurrentibus bene probatur poſſeſſio † locationis, *prout firmat Ruin. in d. conſil. 47. n.* 15
4. in verſic. ſed ex locatione. Corn. in conſi. 6. n. 4. in princip. colum. vltim. in verſi. ex quibus vol. 3. Grat. conſi 50. num. 2. volum. 1 & voluit Felin. in dict. cap. inter dilectos. num. 8. in verſi. & non ſolum. de fide inſtrumen. & prius Bar. in l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. num. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & eſt text. in capitu. cum veniſſent. & ibi Gloſſ. in ver. annua. de reſtitut. ſpoliat. vbi gl. dicit, inter alia per ſolutionem penſionis probari de poſſeſſione recipientis rei locatæ, cuius cauſa ſoluitur penſio, & eſſe ſignũ traditę poſſeſſionis conductori, & quod per mercedis, ſeu penſionis receptionem tantum per locato-

16 rem dicatur probata eius poſſeſſio † rei locatæ, nedum in præiudicium conductoris penſionem ſoluentis, cum non poſſit refricare quæſtionem dominii, *per l. ſi quis conductionis. C. locat.* ſed & tertii non poſſidentis. *dixit idem Ruin. in conſi. 44. num. 2. volu. 4. Quod prius in dict. l qui vniuerſas. §. quod per colonum. vltra Bart. deſuper citatum dixit Imol. num. 8. & ibi prius Angel. num. 2. ff. de acquiren. poſſeſſ. & idem Angel. in l. quemuis. §. 1. numer. 2. & ibi Alexan. ſequendo Angel. numer. 6. ff. eod. & Angel. in l. quædam mulier. num. 3. in princ. ff. de rei vendic. & idem tenet late Gabriel in ſuis concluſi. in titul. de locat. concluſi. 4. num. 2. & ſeq. & num. 5.* vbi plures citando dicit, ſimiliter contra tertium poſſidentem per receptionem penſionis non probari recipientis poſſeſſionem, quod ſecus procedit, ſi non poſſideret, vt eſt dictum. *& ita omnes tenere dixit Aret. in d. §. quod per colonum. n. 7. & ſeq.*

Et adeo probatur per ſolutionem penſionis factam per con-
17 ductorem locatori eiuſdem locationis † poſſeſſio, vt etiam procedat non probata alia effectuatione locationis; cum ex ea reſultet præſumptio effectuationis locationis, cum non ſit veriſimile, quod ſoluiſſet cõductor, ſeu colonus; ſi virtute locationis non fuiſſet in poſſeſſione, & fructus non percepiſſet, *prout firmat Are. in d. l. qui vniuerſas. in § quod per colonum, vbi dicit ita communiter teneri, & cõmuniter practicari ſub n. 7. in ver. ſed circa tertium, & n. 8. ff. de acq. poſſ. quem ſecutus fuit Soci. ſen. in conſi. 106. n. 2. vbi ſimiliter refert de communi, & pract. vol. 3 & idem voluit ſubtiliter Ruin. in d. conſi. 44. n. 9. in fi. in verſi. in propoſito igitur. & n. 10. vol. 4. & idem tenet Claud. Sayſel. in l. quamuis. §. ſi conductor. n. 1. in verſi. de præſtatione mercedis. ff. de acq. poſſ. & ſequitur Gabriel in d. concl 4. n. 7. in tit. de locat.*

Et non ſolum fuit locata dicta decima dictis aduerſariis de dicto anno 1548. per dictos RR. Monachos, verum etiam & antea in affictum habuerunt, & tenuerunt, *prout patet dicto inſtrumento locationis. d. proceſſ. fol. 42. in illis verbis videlicet, ibiq. Reuerendus Dom. Agnatius Pegolotto agens procuratorio nomine Abbatiæ à Carcerib. ſponte &c. iure locationis, & affictus, ad annos tres proxime futuros dedit, locauit & affictauit R. D. fratri Ludouico de Lendenaria, vti gubernatori*

natori beneficii, & Eccleſiæ ſancti Fidentii de Baono præſenti, & acceptanti vice, & nomine Monaſterii S. Mariæ à Treſtu, pariter & nomine beneficij prædicti ſancti Fidentij de Baono decimam, ſeu ius decimandi in loco Baonis dict. la Decimetta, cum omnib. ſuis iuribus, iuriſdictionib. & præeminentiis; prout, & quemadmodum dictus R. D. Frater Federicus, quo ſupra nomine, & anteceſſores ſui dicto iure affictus tenuerunt, ad habendum &c. Cum per dicta verba probetur etiam de poſſeſſione eiuſdem decimæ dictæ Abbatiæ & Monachorum ante dictam locationem factam de dicto anno 1548. cum per d. conductores dicatur, præfatos R R. Monachos antea poſſidere dictam decimam, *prout dicit Ruin. in conſi. 39. n. 6. vol. 4.* cum dicatur locatorem † poſſidere rem locatam mediante perſona conductoris, vt ſupra firmatum eſt. *& idem Ruin. in conſi. 46. n. 12. in verſi. ex his igitur. & n. 3. eod. vol 4.* 18

Vnde etſi non conſtaret de dicta locatione, vltimo loco facta, prout conſtat; nihilominus, ex quo præſumeretur poſſidere in vim primæ locationis, eiſdem aduerſariis factæ per dictos Monachos; & ſic eos eſſe pariter in poſſeſſione dictæ decimæ locatæ, per ſupradicta, cum in poſſeſſione repertus præſumatur poſſidere ex titulo præcedenti, *prout dicit Ang. in l. quædam mulier. n. 4. ff. de re. ven. Quod prius voluit Bar. in l. cum ſolus. n. 4. in fi. in ver. tertio. caſu. & in verſi. ſi vero. ff. de vſuc. & Corn. in conſi. 6. n. 7. in ver. ſi detinebat. v. l. 3. & Anch. Regien. q. 24. n. 12. lib. 1. vbi dicit mutationem poſſeſſionis ex alia cauſa non præſumi, ſicut nec mutatio voluntatis.*

Ex quibus quidem, vt ſupra dictis, venit clara & indubitata reſolutio excluſiua vnius ex fundamentis RR. aduerſariorum, dum prætendunt, quod ex quo per ſpacium quinquaginta annorũ, vel circa permanſerint in dicta locatione & conductione reſpectiue, de ea per dictos R R. Monachos non poſſe expelli, ſoluendo ſolitã penſionẽ, ſed præſcripſiſſe actione ex locato ſeu vi locationis perpetuæ: primo quia cũ nõ poſſederint ipſi, ſed dicti RR. Monachi locatores, vt ſupra, nulla poteſt currere præſcriptio ad eorũ fauorẽ, cũ non detur † ſine poſſeſ. *per reg. ſine poſſeſ. de reg. iur. in 6. l. ſine poſ. ff. de vſu. & dicit Bar. in l. male agitur. §. 1. n. 5.* 20

& ibi

& ibi Sali.n.1.C.de præſcript.triginta annorum. Et hinc dicitur, quod
21 tantum præſcribitur, quantum † poſſidetur, *prout per plures au-*
ctoritates firmat Gabriel in ſuis concluſionibus.in titul.de præſcript.concl.
2.in princ.& Innoc.in c.tua,el primo.poſt medium.in ver.multo fortius.
vſque in fi.de decim. vltra bonam fidem & titulum, quibus ſuffra-
22 gari debet præſcribens, alias nunquam curret † præſcriptio.
per c.ſi diligenti.& c. fi.de præſcript. quæ eſſe non poſſunt in poſſi-
dente nomine alterius, *prout faciunt conductores per d. c.ſi diligenti.*
vt ſupra etiam dictum eſt.& tradunt Bar.Bal.Sal.& Angel.in d. l. male
agitur.in princ.C.de præſcr.30.vel.40.an.

Secundo, quia & prouenit à præcedenti reſolutione, vnde
conſtat de inſtrumento locationis præfatæ decimæ, ſeu iure de-
cimandi ad modicum tempus, ſcilicet ad triennium factæ per
dictos Monachos dictis aduerſariis, cum finito triennio cen-
23 ſeatur renouata locatio † de anno in annum, etiamſi ad tres an-
nos prima fuerit facta locatio ex tacito partium conſenſu, tam
locatorum, quam conductorum, cum perſoluta fuerit per con-
ductores quolibet anno conuenta penſio, ſeu affictus, *per text.*
apertum in l.item quæritur.§.qui impleto.& ibi Bart.Bal.Caſtren.Albe-
ric.Fulg.Odofr.& Salic.ff.loca.Soci.iunior.conſ.63.num.20.& ſeq.vol.
3.vbi idem dicit procedere ſi continuet heres defuncti conductoris.& di-
cit Anch.Regien.quæſt.24.num.11.& ſeq.lib.1.Borgn.Caualc.in dec.44.
24 *n.77.* & cenſetur renouata † ſecundum priora pacta, conuen-
tiones & obligationes in priori locatione contenta, & conten-
tas, quæ ſolo conſenſu partium fieri poſſunt, cum cenſeantur
repetita. *prout dicit late Borgn.in d.deciſi.44.num.78.vbi quamplures*
auctoritates adducit.& Magon.deciſi.Florent.2.num.12.

Quod etiam procedit, etſi locatio fuerit facta ad longum
25 tempus, prout † poſt alios per eum citatos dicit idem Borgnin.
d.deciſi.num.79.& prius late & optime firmauit Ruin.in conſi.61.n.8.in
fi.in ver.His igitur præmiſſis, vſque in fin.vol.1.& dicit Anchar.Regien.
d.quæ.24.n.10.cum ſeq. vbi etiam ſubdit.*n.12.* ideo etiã procedere,
26 quia mutatio poſſeſſionis † non præſumitur, ſicut nec muta-
tio voluntatis, vt eſt dictum. Et quod nemo poſſit ſibi mutare
cau-

cauſam poſſeſſionis, niſi ſuperuenit cauſa intrinſecus vera, vel putatiua, *dicit etiam Ruin. dict. conſi. 61. num. 13. ante fi. volum. 1.* Et quod obſeruantia primæ locationis per conductorem, etſi in vim illius per plures annos ſoluerit penſionem, nunquam ex longa præſtatione cauſetur titulus, nec ex præſcriptione, nec aliter; ſed ſemper cenſeatur renouata prima locatio, & ad illam referatur, *firmat optime etiam Marius Anguiſſola, in conſi. 71. numer. 13. numer. 15. & concluſiue num. 19. in fin. & ſequentib. volum. 1.*

Et idem procedere etiam in rebus locatis Eccleſiæ, vt præſumatur facta relocatio de anno in annum poſt primam 27
locationem, vt ſupra eſt dictum, *dicit Bartol. in dict. l. item quaritur. §. qui impleto. numer. 6. & ibi etiam Bald. num. 3. in ver. & dico. ff. locat.*

Neque prædictis aliquid obſtat etſi dicatur, quod licet locatio fuerit facta ad modicum tempus, prout in caſu noſtro, quod propterea ex quo dicti conductores per quadraginta annos, & vltra ſteterint in dicta locatione, ſoluendo ſemper vniformem penſionem, quod per hoc præſcripſerint actionem ex locato, licet non ipſam decimam, & effecti fuerint perpetui conductores, adeo quod in dicto iure decimandi per dictos locatores amoueri non poſſint, ſoluendo debitam penſionem, *ad dicta per Bal. in l. male agitur. n. 4. in ver. ſi vero conductio. quem ſequitur ibid. Ang. in fi. C. de præſc. 30. vel 40. annorum.* cum ibi Bal. dicat, quod locatione & conductione facta ad modicum tempus, veluti anno, vel biennio, ſi colonus, vel inquilinus ſteterit poſtea per tempus triginta, vel quadraginta annorum in poſſeſſione, ſoluendo vniformiter eandem mercedem, annuatim videlicet dimidiam, vel decimam partem fructuum, ſi ſit colonus partiarius, vel penſionem conuentam, ſi non ſit partiarius, aut nummis colat, & Dominus velit poſtea eum expellere, & ex locato conuenire ad reſtituendam detentionem, dicit, quod non poteſt ſic eum conuenire; non quidem ex eo quod contra actionem præſcripſerit; ſed quia probata ſolutione dictæ mer-

cedis vniformis per longum tempus, probatur quod eſt colonus perpetuus; & ſucceſſiue non poteſt conueniri actione reali, nec interdicto, vti poſſidetis; quia habet iuſtam cauſam denegandi deponere poſſeſſionem: & ſic quod volens ſoluere
28 perpetuo ſolitam penſionem; quod Dominus † non poteſt eum expellere, cum ius perpetuæ coloniæ ſeu locationis præſcripſerit. *& Bald. & Angel. ſequitur Alexand. in addit. ad Bart. in l. item quæritur. §. qui impleto. in ver. qui impleto. verſi. nota etiam. ff. locat. Aymo. in conſi. 107. in fi. in ver. ſed tamen. Bero. in cap. dilecti filij. numer. 24. in ver. At his, vbi profert hanc communem, de arbiter. Gozzad. in d. conſi. 9. num. 7. in fi. & 8. Afflict. deciſi. 375. num. 13. Ioan. de Amic. in conſil. 150. num. 20. vbi dicit ſimiliter Bald. Angel. & communiter alios ſic tenere in d. l. male agitur. Ruin. conſil. 61. n. 5. vol. 1. Et hanc eſſe communem refert etiam Carroc. in tractat. de locat. & conduct. quæſtion. 15. in ver. de præſcript. ſub num. 6. & Marzar. in conſi. 16. cum aliis per eum citatis. n. 1. & Magon. in deciſi. Floren. 2. num. 2. & num. 3.* Et quia dicta doctrina Bal. quam Ange. approbat *in d. l. male agitur*, & omnes ſupradicti Docto. ſequuntur, non habet locum, quando conſtat de prima cauſa & primordio tituli breuis, ac ſimplicis locationis temporalis tacite renouabilis, & de iuris, præſumptione renouata per tacitum conſenſum tam locatoris, quam conductoris, prout in caſu noſtro *per l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locat. deſuper allegatam*, cum, vbi conſtat de certa cauſa, & certo titulo, non
29 pręſumatur alius † titulus, cum pręſumptio perpetui tituli, quę potuiſſet cauſari ex ſolutionibus penſionis vniformiter factis per quadraginta annos, & vltra, alio non apparẽte cedit, & tollitur per breuem titulum ſimplicis locationis ad triennium, de quo per inſtrumentum conſtat, vt in principio demonſtratum eſt.

Et ſic ex dicta tacita & annua reconductione præſumitur facta ſolutio; & non ex cauſa alia extrinſeca perpetuæ conductionis, ſeu locationis, *ad dicta per Bal. de feud. in cap. 1. de vſucap. Mediolan. num. 1. in ver. ſed mirabile*, vbi dicit, quod vbi conſtat de cauſa vera, alius titulus allegatus non præſumitur ex tempore,

cum

cum à primordio † tituli poſterior formetur euentus, quem in 30
noſtris terminis ſecutus fuit Ruin. *d.conſi.61.nume.11.in ver.nam*
vbi non probatur,vol.1. Et ideo pro victoria obtinenda in ſimili-
bus cauſis non ſufficit probare præſtationes factas per longiſſi-
mum tempus, ſed neceſſe eſt probare tertium, quod dictæ ſolu-
tiones fuerint factę ex cauſa perpetuæ coloniæ, ſeu conductio-
nis; alias ſola præſtatio, ſeu ſolutio penſionis cum curſu tem-
poris non inducit titulum aliquem, niſi allegetur & probetur:
quod ex cauſa illius tituli fuerint factæ præſtationes, *prout tra-*
dit Bertrand.in conſil.296.num.2.vol.3.par.1. cum alias præſumatur
facta ſolutio † ex dicta annuæ tacitæ recōductionis cauſa; pro- 31
ut dicunt Bal. & Ruin. in locis proxime citatis. Et ſic quod di-
cti aduerſarii, cum ſint conductores decimę locatæ, & non Do-
mini, nec illam ſibi ipſis poſſederint, nec poſſideant, ſed RR.
DD. Abbati & Monachis è carceribus, ſeu illorum monaſte-
rio, vt ſupra demonſtratum eſt, quod illis interuertiſſent poſ-
ſeſſionem ad hoc, vt haberet locum eorum intentio. Et ſicut
ſemper ſoluerunt in vim ſimplicis breuis locationis, & condu-
ctionis de anno in annum cepiſſent ſoluere, vti perpetui cōdu-
ctores dictæ decimæ, ſeu iuris decimandi: ſic faciendo cantare
eorum ſolutiones per longiſſimum tempus, alias non con-
ſtando de noua cauſa ſolutionis præfatæ penſionis, prout non
conſtat, dicuntur factæ ex cauſa præcedenti temporalis con-
ductionis, & ſic nullo iure allegatæ præſcriptionis aduerſa-
rios ſuffragari; *cum non poſsit præſcribi ſine poſſeſsione per alle-*
gatam deſuper regulam, ſine poſſeſsione, de regul. iur. in 6. non obſtan-
te dict. ſolutione penſionis, per longiſsimum tempus vniformiter facta,
cum Doct. in hac materia loquentes, an ſolutio † penſionis ſit 32
vniformiter facta, vel non, non tantum conſiderent, ſi vno an-
no plus alio pręſtetur, vel idem ſemper detur, ſeu ſoluatur, adeo
quod cauſa ipſa ſit, quæ formalem, vel informalem faciat ſolu-
tionem, & ſic ſolutio ſimpliciter facta, non expreſſa cauſa, dici-
tur informis, & non plus operatur, quam operetur ſtipulatio

ſine cauſa, quæ non parit effectum, *prout dicit Magon. d. deciſi. Florent. 2. num. 5. in fi. & ſequ.* Et ita ſupra dictam deciſionem Bal. & ſequacium, vt tantum habeat locum, quando non conſtat, neque præcedit ad modicum tempus facta locatio, & de anno in annum tacita reconductio, Et vniformiter annuę penſionis ſolutio, prout in caſu noſtro; ſed quando fuit per conductorem interuerſa poſſeſſio locationis, ſeu conductionis ad modicum tẽpus factę Domino, & inceperit poſſidere, vti perpetuus conductor, & vti perpetuus conductor etiam ſoluerit, & fecerit cantare omnes ſuas ſolutiones penſionis ſaltem primæ, cum aliæ ſequentes † eodem iure factæ præſumerentur, & mente Salicet Alexand. Bartol. Bald. & aliorum *declarat & limitat late*
33 *& optime Ruin. in conſi. 61. num. 11. per totum. vol. 1. quem etiam ſic limitando & declarando dictum Bar. Ang. & aliorum eos ſequentium, ſecutus fuit Anch. Regienſ. in ſupra dicta q. 24. n. 11. vſque in fi. eiuſdem quæſtionis lib. 1. & idem voluit idem Bald. in conſi. 116. num. 1. 2. & concluſiue num. 3. volum. 1. vbi dicit*, quod cum duo habuerint duas partes vnius caſtri, & quarundam poſſeſſionum in Emphiteuſin, diuiſim tamen à quodam Titio in eodem inſtrumento pro annuo affictu librarum 63. & acciderit, quod vnus ex conductoribus, & ſui heredes poſſederint totas dictas duas partes caſtri, & omni anno per longum tempus, & vltra ſoluerint dictum integrum fictum librarum 63. quod dictus contractus tacite reſultans inter prædictos, ex quo vnus poſſedit, & ſoluerit integrum fictum; alter vero non, quod non cenſeatur emphyteuticus, prout ipſi prius in emphyteuſin habuerunt dictas duas partes Caſtri, & poſſeſſionum, ſed ſimplex locatio † quæ in prædiis ruſticis præſumitur de anno in annum, & non in perpetuum facta, *per d. l. item quæ-*
34 *ritur. §. qui impleto. ff. locat.* motus hac ratione per iura, quæ ipſe allegat, quando vnus & idem actus † poteſt ſapere alienationem, & non alienationẽ; quando nunquam pręſumatur alienatio, & ſic cum actus iſte relatiuus penſionis in pecunia numera-
35 ta exiſtentis ad godimentum fructuum, vere & proprie poteſt ſapere

ſapere ſimplicem locationem, non ſapit alienationem, quæ fit
per contractum emphyteuticum, vel locationem perpetuam,
*ad quod dicit optime facere d.l. male agitur. C. de præſcript. 30. vel 40. an-
nor.* Et quod iſta eſt veritas, quod præſumatur † ſimplex locatio
quæ in præteritum eſt conſummata, ſed in futurum non eſt in-
choata, nec conſummanda, *per d. §. qui impleto: & quod ita videan-* 36
*tur loqui Doctores Bald. & eum ſequentes, dicit Magon. d. deciſ. 2. Flor.
nu. 24. quibus adhæret Berous in q. 14. per totum. vbi. col. 1. in fin. & ſeq.*
decidit vniformem & diuturnam ſolutionem Eccleſiæ factam
reſpectu certorum bonorum, ex illa cauſa dici ſolutam, videli-
cet, vel iure emphyteutico, vel iure coloniæ, vel alia cauſa
ſpeciali, prout ob eam ſolutum fuiſſe conſtat, *& ita dicit intel-
ligere, quod voluerunt Bartol. Baldus. Salic. & alii in d.l. male agitur. in
fin.* alias ex coniecturis & præſumptionibus dignoſci voluit,
cuius cauſa fuit facta ſolutio. Ad idemque Vaſq. controuerſ.
Illuſtriſ. cap. 62. in princ. vbi dicit, quod ſi quis diu ſoluit pen-
ſionem pro aliquo fundo cenſus, feudiue aut emphyteuſis no-
mine, quod ex illa diuturna præſtatione illa emphyteuſis, vel
feudi titulus præſumitur, prout fuit ſolutum, & hanc dicit eſſe
veram & communem opinionem: & ſic apparet non ſufficere
ſolutionem penſionis vniformem per longiſſimum tempus
factam, ſed requiritur, quod ſoluatur vel nomine emphyteuſis,
vel feudi ad hoc, vt cenſeatur præſcriptus † ille titulus, videli-
cet, quod iure emphyteutico illum fundum habeat, vel iure
feudi, & ſic in caſu noſtro, quod ſolutiones eſſent factæ 37
vigore perpetuę locationis, & non ſimplicis relocationis ad
annum renouatæ, vt ſupra dictum eſt: quod fortius vendi-
cat locum in caſu noſtro, cum tractetur de bonis Eccleſiaſti-
cis, & in conſecratione Eccleſiæ præfatæ S. Mariæ per Epi-
ſcopum Paduanum, vt infra dicetur, aſſignatis: cum in dubio
ſemper illa interpretatio † facienda ſit, quæ magis fauet Ec-
cleſiæ, *prout dicit Berous. d. quæſt. 14. num. 1. in ver. in puncto iuris. &* 38
*num. 2. Et dictam declarationem Ruin. ſequitur etiam Marzari in d.
conſi. 16. cum eum referat cum dicta declaratione. & late & optime idem*

D 3 *voluit*

voluit Aymo.in tractat.de antiqui.temp.in 4.part.in verſi.materia iſta. à numer. 100. vſque ad numer. 125. incluſiue vbi poſtquam per multa reprobauit præfatam deciſionem Bald. ponit caſum ante fin. in quo de æquitate locum habere poteſt illius dictum, veluti in venditore ex neceſſitate ad vendendum inducto pro longe minori pretio, & recepit poſtea rem venditam ab emptore in affictum pro certa reſponſione ad certum tempus, qui ſi per triginta annos perſeuerat in dicta conductione ſub vniformi ſolutione penſionis, & non poſſit rem redimere, neque agere remedio, *leg. 2. Cod. de reſcind. vend.* vel quia præſcriptum, vel quia non poteſt probare læſionem, & ſibi expediat incumbere in perpetua colonia, quod tali caſu poſſet excipere de præſcriptione propter æquitatem, & non aliter. Secus inquit, ſi promiſſis ceſſantibus tradam agrum colono ad certum tempus, qui eo finito manet in colonia longiſſimo tempore, præſtando in anno certam partem fructuum vniformiter, quod iſto caſu cogar habere colonum perpetuum, puta ſucceſſorem illius, mihi ingratum & moleſtum, cum hoc videatur durum & abſurdum, non ſecus quam ſi famulus diceret acquiſiuiſſe famulatum perpetuum, vt à Domino expelli
39 non poſſit, & quod non habeat locum præſcriptio perpetuæ locationis, ſeu coloniæ, quando † conſtat de breui locatione præcedenti, puta ad triennium, prout in caſu noſtro, & ex tacito conſenſu partium fuerit facta reconductio, ſeu relocatio de anno in annum, & ita quoq; à iure in dubio prçſumitur, & ſoluta vniformis penſio quolibet annno, iuxta diſpoſitionem *d. l. item quæritur. § quinquennio. ff. locat.* & ſi per triginta annos, vel plus permanſerit in locatione conductor, vt ſupra dictum eſt, ſed volente Domino teneatur reſtituere, ſeu relaxare, idem conductor eidem locatori rem conductam.

Et ita fuiſſe deciſum in Rota Florent. dicit Magon. *per multa quæ allegat in d. deciſ. 2. nume. 4. in verſic. Quibus non obſtantibus, cum ſequentibus. Et ita fuiſſe etiam antea de anno 1531. deciſum in magna Curia Vicariæ, atteſtatur Vrſil. ad deciſ. Afflict. 365. numer. 15. per totum, & ideo alias addere non curaui, cum vltra auctoritates ad-*

ductas pro excluſione dictæ prætenſæ præſcriptionis teneant etiam Rota, à quibus in iudicando recedi non videtur.

Tum quia limitatur dicta opinio Bald. & Angel. *in dict. leg. male agitur*, vt non procedat de iure Canonico, cum ſemper colonus & conductor ſit in mala fide; ſed tantum de iure ciuili, cum de iure ciuili currat præſcriptio † longiſſimi temporis, 40
etiam cum mala fide. *leg. ſicut. & leg. omnes. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum. & dicit gloſſ. in c. fin. in verſic. quam ciuilis, de præſcript. & tradit optime Dyn. vbi de differentia diſpoſitionis inſpecto fine iuris ciuilis, & iuris Canonici in c. poſſeſſor malæ fidei. n. 6. & 7. & n. 26. de reg. iur. in 6. quod non procedit de iure Canonico d. c. poſſeſſ. & c. ſi diligenti & ibi gl. in ver. bona fides, & in c. fi. cũ ibi plene notat. de præſcrip.* Quod etiam habet locum in herede, vt nec preſcribere poſſit, etiamſi vellet inchoare preſcriptionem à ſe, cum habeat bonam fidem, ex qua defunctus fuit in mala fide † *prout communi-* 41
ter concludunt Canoniſtæ in d. c. fi. prout ibi dicit Felin. nu. 6. de præſcrip. Et quod ſi. limitatur dicta opinio Bal. & Angel. dicit in noſtris terminis idem Carocci. in dict. tract. locat. & conduct. in ſupra dictæ quæſt. 15. in in verſ. de præſcript. nu. 16. & 17. fol. mihi 229. ter. vbi dicit hanc opinionem eſſe magis veram, magis realem, & magis communem, præſertim in rebus Eccleſiæ, cum poſt tempus præſumatur continuaſſe conductorem in locatione de anno in annum, *vt ſupra dictum eſt, ad dicta per Bald. in d. conſi. 116. vol. 1. Mari Anguiſ. in d. conſi. 71. nu. 20. vol. 1. Borgnin. d. deciſ. 44. num. 8. & alios. per eum citatos. & ita ẽt voluit optime Aymo. de Antiq. temp. in d. 4. part. in ver. materia iſta. ſub n. 225. ver. ſed tamen in caſu. fol. mihi. 309. ter. quod ante eos decidit Balb. in tract. de præſcrip in 4. par. principalis quæſt. 11. ſub nu. 3. in ver. ſed de iure Canonico.* vbi dicit, de iure Canonico conductorem † nullo tempore præſcribere propter malam fidem 42
nec contra actionem realem; nec perſonalem, per auctoritates per eum adductas, *& ita ſequendo Balb. firmat ſimiliter in noſtris terminis Menoch. faciendo mentionem de d. Bal. & Angel. in d. l. male agitur. & dicendo illud habere locum de iure ciuili, & non Canonico cum colonus & cõductor ſemper ſit in mala fide, vt non poſſit præſcribere*

ius colonatus, ſeu perpetuæ conductionis, in conſ.291.nu.34 & concluſiue num.35. volum.3. vbi etiam *num.36.* dicit in prædiis fundiſque Eccleſiæ hodie eſſe clarum, cum illa non poſſint locari vltra
43 triennium † *per extrauag. Ambitioſæ Pauli II. de rebus Eccleſ. non alien. cum ob dictam legem, qui vltra triennium poßidet, in manifeſta mala fide verſetur.*

Neque prædictis aliquid obſtat, etſi allegaretur diſpoſitio legis huius Sereniſſ. Domini, de qua per Menoch. *in d. conſ.291. nu.1. vol.3.* vbi refert eiuſdem legis verba, & ſunt hæc videlicet:
44 *Si† quis poßederit in futurum per ann.50. continuos, & ſoluerit vnam certam penſionem vniformem continuam, licet non appareat, an iure liuelli, vel locationis ſoluerit, nec de hoc conſtare poſſet per famam publicam, aut alio modo, aut præſumptione, quod in tali dubio intelligatur, quod talis perſona ſoluerit iure liuelli: & quod ex tabulis continuis ſolutionibus vniformiter præſumatur liuellus, & ſic poßit & debeat inueſtiri de eo, vt liuellarius. Item quod illi, qui recognouerint aliquid ab Eccleſia per ſpatium 40. annorum ſub vniformi penſione debeãt inueſtiri ab ipſis Eccleſiis, ſub forma ſupra dicta, prout ius diſponit.* Quia ad hoc reſpondetur, dictam legem habere locum, quãdo ſumus in dubio, vt quia non apparet, an iure liuelli, vel locationis ſoluerit, nec de hoc, prout ipſa lex dicit, conſtare poſſit per famam publicam, aut alio modo, aut præſumptione, aut cum appareat quo iure & titulo is poſſeſſor poſſedit, atque poſſidet, vt puta titulo locationis, prout in caſu noſtro, erit locatio, ſi titulo cenſus, erit cenſus, *prout dixit Clar. in §. emphyteuſis quæſt.1. nu.3. in ver. quod ego. & ideo dixit Ruin. in conſi.63. num.21. vol.1.* quod quando apparet quo titulo quis rem poſſidet ex præſtationibus diuturnis, de alio titulo non probatur. *& idem voluit Bere. in alleg. q.14. nu.1. in fi. & ſeq.* vbi dicit, quod ſi per 30. annos continuos vniformiter certũ quid ſolutum fuerit, ſi conſtat qua cauſa fuerit ſolutum, quod non eſt coniecturandum in dubio, an ſolutum ſit iure emphyteutico, aut coloniæ perpetuæ, vel nomine cenſuali, & prout ſupra etiam deductum fuit. Et *in terminis huius legis* reſpondit Pariſ. *con.23. nu.3, & concluſiue nu.11. vol.4.* vbi dicit, *dictam legem*

legem locum habere, quando apparet de affictatione, ſeu locatione, quem ſecutus fuit ſimiliter reſpondendo in terminis eiuſdem legis Menoch. in d. conſil. 291. nu 9. in ver. prudentiſſime. & num. ſeq. vol. 3.

Nec ratio obſcura eſt, cum lex fundata ſit in præſumptione, prout patet in illis verbis, videlicet, *licet non appareat, an iure liuelli vel locationis ſoluerit, nec de hoc conſtare poſſit per formã publ. aut alio modo, &c. quod in tali dubio intelligatur, quod talis perſona ſoluerit iure liuelli, &c.* Cum vero in noſtro caſu per publicum inſtrumentũ appareat de facta locatione ad triennium, & quod fuerit ex tacito cõſenſu partium renouata de anno in annum iuris præſumptione, *per d. § qui impleto. vt eſt dictum.* Et ſic de titulo, quo dicti aduerſarii poſſederunt, non eſt dubium, quod diſpoſitioni dictæ legis locus non eſt, cum in claris ceſſent coniecturæ, *l. continuus. § cum ita. ff. de verb. obl.* & talis caſus à dicta lege fuerit excluſus, prout dicit ibid. Menoch. *d. con. n. 11. & ſeq.* Et illud quod dicitur in d. prima parte legis, quod lex habeat locum, quando non conſtat de præcedenti contractu, ſcilicet de certo titulo locationis, ſeu liuelli, vel quod tunc debeat ille, qui ſoluit vniformem penſionem per longiſſimum tempus, vt liuellarius inueſtiri de bonis per eum poſſeſſis, habet etiam locum in ſecunda parte dictæ legis, *in verſ. Item quod illi.* vbi pertractat de rebus Eccleſiæ ab aliquo per tempus 40. annor. poſſeſſis, ſoluendo dictam vniformem penſionem, vt de illis ab eiſdem Eccleſiis debeant inueſtiri modo prædicto, non conſtando de aliquo certo præcedenti titulo locationis, vel liuelli, *prout late firmat. per plura Menoch. in d. conſ. 291. n. 13. in ver. Secunda itaq; pars. & n. 14. cum ſeq. vol. 3.* Et ita etiam in dubio intelligenda videretur, etſi non eſſet adeo clara dicta lex, prout eſt; cum non ſit dubitandum, quod iſta Sereniſſima Reſpublic. religionis & ſanctitatis plena noluiſſet ſancire, quod ille, qui titulo locationis ad triennium poſſidet, quæ, vt ſupra eſt dictum, cenſetur de anno in annum renouata, quod præſcripſiſſet cum mala fide, & efficeretur perpetuus liuellarius contra iura canonica deſuper allegata, ad euitandum peccatum rem alterius ſcienter detinendi. Et

di. Et ideo cum in caſu noſtro conſtet per dictum inſtrumentum locationis ad trienniũ factę, & ex tacitu conſenſu partium & legis pręſumptione de anno in annum renouata locatio iuxta formam dictæ primæ locationis, *per d. § qui impleto. & alia deſuper allegata*, non eſt dubium, quod aliquo iure, neq; communi, neq; vigore dictę legis prædicti aduerſarii non tuentur, neque tueri poſſunt, quin reſtituant, ac reſtituere cogantˀ prædictam decimam, ſeu ius decimandi per eos conductam, dictis Abbatiæ, & Monachis locatoribus per ſupra dicta. Et hæc de primo capite.

Quo vero ad ſecundum dico, primo pro illius reſolutione aperte conſtare, decimam, de qua agitur, ſeu ius decimandi fuiſſe in illius conſecratione eidem Eccleſiæ B. Mariæ è Carceribus irreuocabiliter donatam per Reuerendiſſimum Gerardum Epiſcopum Paduan. vſque de Anno 1189. regeſtro B. fol. 30. ter & fol. 31. per hæc verba videlicet; *Et Dominus Gerardus Paduanus Epiſcopus donationem irreuocabilem fecit eidem Eccleſiæ totius decimationis omnium noualium de Baono, tam quæ nunc ſunt, quam quæ pro temporibus fuerint, tam in terra, quam in palude, &c.* Et hanc donationem habeat ſemper prædicta Eccleſia, & ſuam voluntatem miniſteriales illius loci in perpetuum faciant, quam quidem donationem legitime facere potuit, & fecit idem Epiſcopus, cum in erectione, ſeu conſecratione Eccle-
45 ſiæ illi debeat certa dos † aſſignari, ſeu conſtitui, *cap. nemo Eccleſiam, & ibi gloſſ. de conſecrat. diſt. 1. & Lambert. in tract. de iure patron. in 22. art. 5. quæſtion. princip. ſub numer. 2. in verſic. tertio adducit, 1. part. 1. libr. fol. mihi 47. ter. & 8. articul. 5. quæſtion. princi. ſub nu. 4. 1. part. primi lib. fol. mihi. 36.* quam etiam tanquam rationabilem, & legitime factam etiam approbarunt Martinus, & alii ſummi Pontifices ab eod. Martino relati; prout patet in eiuſdem Martini literis, regiſtro *fol 36. in fin. & fol. 37.* vbi facit ſpecialem mentionem de d. decima de Baono, de qua agitur, eidem Eccleſię donata à d. Gerardo Epiſ. Paduan. illam confirmando, & approbãdo. Ideo dubitandum non eſt, etiã iure do-

minii

minii dictam decimam, etiã ad pręfatam Abbatiam pertinere, ſeu eſſe; cum circa illam omnia poſſit Papa † *ad ticla per Petr. de* 46
Anch. in conſ. 373. num. 4. cum ſeq. & conſi. 239. num. 3. & in conſ. 295. num. 8.

Nunc deueniendo ad quantitatem eiuſdem decimæ, & quę eſt prædictæ Abbatiæ, dico de ea conſtare ex pluribus ſententiis, & arbitramentis, diuerſis temporibus latis & factis inter ipſam & plures alias Eccleſias, prætendentes habere ius decimandi in territorio dictæ villæ de Baono, in quibus fuerunt aſſignati certi & determinati confines, continentes & demonſtrantes, quanta ſit decima præfatæ Abbatiæ Carcerum, ſeu quantum ſe extendat dictum ius decimandi. Nam de anno 1213. vertente lite, & controuerſia coram Reuerendiſſ. Gerardo Epiſcop. Paduan. inter monaſterium Monialium S. Stephani de Padua, & Eccleſiæ ſanctæ Theclæ de Eſte pro ipſis Eccleſiis, ac Syndicos ipſarum pro vna parte; & Eccleſiam S. Mariæ ad Carceres, & Liualdum Priorem ipſius Eccleſiæ ex altera, ſuper iure decimandi in dicto territorio Villæ de Baono, præfatæ partes deuenerunt ad electionem arbitrorum & amicabilium compoſitorum, eligendo videlicet Do. Ioannem Priorem S. Crucis de Padua, & Iacobum Doncini Alexij Iudices ſuper omnibus dictis eorum differentiis ſuper dicto iure decimandi. Qui quidem arbitri omnibus mature conſideratis deuenerunt ad terminationem & poſitionem confinium in dicto territorio pro clariori dilucidatione ſententiæ, & laudarunt, ſeu ſententiarunt in hunc modum videlicet: *Ibique Doctor Iacobus Iudex per parabolam Domini Ioannis Prioris S. Crucis de Padua præſentis, ac videntis ita determinari inter eos per concordiam pro iam dictis Eccleſiis, dixit, diffiniuit, & præcepit, quod Eccleſia S. Mariæ ad Carceres, & idem Liualdus Prior, vel eius Succeſſores pro ipſa Eccleſia in perpetuum, pace, & quiete ab hac hora in antea habeat, & teneat decimam, & ius decimationis à terminis poſitis per ipſos arbitros in via fontis Braidæ vſque ad alium terminum foueæ Maiatinæ verſus Baonem in integrum, & monaſterium S. Stephani de Padua, & Eccleſia*

S. Thecl. de Eſte, & earum ſucceſſores ab hac die in antea habeant, & teneant, & poßideant in integrum decimam, & ius decimationis à terminis per iam dictos arbitros poſitis verſus Eſte in via fontis Braidæ vſque ad terminum fouæ Maiarinæ, excepto de vineis, quas non Eccleſia S. Mariæ ad ſuas manus habet, & tenet, & de ſuo prato dominicali, vel de vineis, quas nunc alii per ipſam Eccleſiam habent & tenent, ita tamen quod monaſterium S. Stephani duas partes dictæ decimæ habeat, & tertiam Eccleſia ſanctæ Theclæ, & hoc totum inter ſe firmum, &c. Quæ ſententia ſeu laudum fuit acceptatum, ratificatum & approbatum à dictis partibus, prout de omnibus ſupra dictis patet proceſſu B. *à fol. 77. vſque ad fol. 86.* Et eadem ſententia, ſeu laudum fuit etiam in omnibus in huiuſmodi iudicio in publicam formam productum pro parte R. R. Aduerſariorum; prout patet eodem proceſſu *à fol. 189. ter. vſque ad fol. 196.* & de productione per dictos aduerſarios facta conſtat dicto proceſſu *fol. 187.* vnde dubitandum non eſt, dictam ſententiam ſeu laudum contra eoſdem aduerſarios plene probare ſuper contentis in ea, ſeu eo circa dictam quantitatem decimæ ſeu ius decimandi, ad dicta per Innoc. *in cap. cum venerabilis. num. 4* quem ibidem ſecutus fuit Felin. *ſub nu. 22. & ſequ.* vbi dicit ſic omnes tenere, de exceptio. & voluit Baldus *in leg. ſcripturæ. numer. 2. Cod. de fide inſtrum. & in leg. ſi quis teſtibus. numer. 5. Cod. de teſtib.* vbi etiam dicit propterea. *numer. 3. & 4.* quod producendo in-
47 ſtrumentum † videtur etiam approbare perſonam illius Notarij, qui ſcripſit inſtrumentum, eſſe habilem, adeo quod non poterit opponi, quod non fuerit Tabellio, & quod producens inſtrumentum ſimpliciter ad probandum intentionem ſuam aſſerat illud eſſe verum, & approbet in eo contenta, *dicit Lap. alleg. 119. numer. 1. in fin. in verb. in eo enim. & late Pariſi. in repet. dict. cap. cum venerabilis. numer. 12. vbi pulchre loquitur. de except.* Licet ſecus procedat, quando inſtrumentum
48 non factum inter eaſdem partes eſſet productum † cum ſolita proteſtatione in parte & partibus producente & facientibus, & non alias, &c. cum tunc in partibus contra producentem faci-

facientibus non cẽſeatur per eum approbatum & productum, & non præiudicaret, prout dicit Alexand. *in conſi. 224. num. 5. & 6. vol. 2. ſequendo Rotam deciſi. 3. alias 282. quæ hoc notabiliter voluit de fide inſtrument. in noui. Octauia. Cacchera. deciſi. 39. n. 7. & concluſiue n. 26. Felin. in d. c. cum venerabilis nu. 23. in ver. limita. 2.* vbi etiam huic limitationi dat quinque fallentias, in quibus dicit non habere locum; *& eum ibidem refert & ſequitur Pariſi. in d. repert. d. num. 17. ad ſi. de except.* Quæ tamen proteſtatio † licet conſeruet ius pro- 49
teſtantis, quod in illa parte inſtrumentum non habeatur pro producto, & approbato à producente: tamen ſi eo aliquid cõtra ipſum reperiatur, poteſt iudex ſupplere, cum talis proteſtatio non poſſit ligare manum iudicis, vt ſecundum illud quod conſtat in dicto inſtrumento iudicare non poſſit, cum conſtet iudici, vt iudici: *ita magiſtraliter voluit Bald. in l. vnica. nu. 5. quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur ibidem ſub. n. 5. etiam Paul. de Caſtr. dicens: plurıes hoc vidiſſe in facto C. vt quæ deſunt Aduoc. part. vide. ſupplea. & eos refert Pariſi. in d. c. cum venerabilis. n. 17. de excep.* ſed quia nos ſumus in caſu, quod productio de dicta ſententia, ſeu laudo fuit ſimpliciter facta, & ſine dicta proteſtatione in parte, & partibus &c. prout ſupra dictum eſt: *vt patet dicto proceſſu fol. 187.* Ideo vlterius in hoc non inſiſto; cum in claris coniecturis locus non ſit, *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat.*

Et non ſolum debet reſtitui dicta decima, intra dictos confines comprehenſa, ſeu ius decimandi dictis RR. Monachis agentibus, ſed etiam decima ſeu ius decimandi in dicta villa Baonis, iuxta aliam ſententiam, ſeu laudum latum de anno 1211. ad fauorem dictæ Abbatiæ carcerum, & contra quendam Dominicum de dicta villa Baonis ſuper duabus petiis terræ cõfinatis, prout in dicto laudo, *de quo dicto proceſſu B. fol. 64. tergo & ſequen.* ac etiam decimam, & ius decimandi camporum octo exiſtentium in curia eiuſdem villæ Baonis vigore alterius ſententiæ latæ ad fauorem dictæ R. Abbatiæ è carceribus, & contra Eccleſiam S. Iuſtinæ de Padua vſque de anno 1219. per quendam R. Albertum Archipreſbyterum Portun. tanquam

iudicem ab Honorio Papa delegatum, *prout patet eodem proceſſu. B. à fol. 67. ter. vſque ad fol 70. incluſiue*: ac etiam de alio petio terræ vigore alterius terminationis factæ ad fauorem dictæ Abbatiæ vſque de anno 1 2 2 3. & contra Mazzuchellum de dicta villa Baonis iuxta ſuos confines, *prout conſtat dicto proceſſu B. fol. 75. ter. & ſequ.* prout ſimiliter debent condemnari ad reſtituendum decimam, & ius decimandi alterius petiæ terræ vigore laudi, ſeu ſententiæ ad fauorem dictæ Abbatiæ Carcerum, & contra monaſterium S. Iuſtinæ de Padua confinatæ, prout in eodem laudo, ſeu ſententia lata de anno 1 2 2 0. per Epiſcop. Paduan. *prout patet de compromiſſo dicto regeſtro fol. 72. & de ſententia fol. 74.* nec non ad reſtituendum decimam, ſeu ius decimandi totius paludis Baonis, vigore ceſſionis, ſeu conceſſionis factæ de anno 1206. *prout patet dict. proceſſu fol. 50.* ac etiam ad relaxandum cogi debent ius decimandi, ſeu decimam aliorum noualium deſignatorum de anno 1 2 0 9. iuxta ſuos confines, *de quibus in proceſſu fol. 60.* & pariter aliorum bonorum noualium deſignatorum de anno 1 2 1 0. *de quibus in dict. proceſſu fol. 61.* & ſimiliter debent cogi ad relaxandum præfati aduerſarii decimam, ſeu ius decimandi decem petiarum terræ ſecundum ſuos confines ceſſarum, & refutatarum eidem Abbatiæ Carcerum de anno 1210. *de quibus conſtat dict. proceſſu fol. 62. ter. & 63.* ac etiam ad relaxandum decimam aliorum noualium deſignatorum, de quibus in inſtrumento facto de anno 1 2 6 8. *de quo in prædicto proceſſu fol. 86.* ac alio inſtrumento ſequ. vſque ad folium 101. ſimiliter facto de anno prædicto 1268. ſicut etiam debent cogi & compelli ad relaxandum decimam, & ius decimandi ſecundum confines, poſitos per homines iuratos, datos à iudice ad confinandum & deſignandum in villa Baonis, quæ nam eſſent bona noualia, in quibus haberet decimam, & ius decimandi dicta Abbatia vſque de anno 1 2 0 8. *de quibus in dicto proceſſu à fol. 54. vſque ad fol. 59. vbi fol. 58. leguntur infraſcripta verba, videlicet, & in totum eſt decima Eccleſiæ S. Mariæ ad carceres, & quarterium S. Fidentii, quæ eſt Eccleſia dictorum aduerſariorum.*

Et

Et quid plura? ad docendum quod dicti aduerſarii nullam decimam, ſeu ius decimandi habent in dicta villa Baonis, adduco ſententiam arbitrariam, ſeu laudum, quam ſeu quod habuerunt contra preſbyteri dictæ Eccleſiæ S. Fidentii, antequam eadem Eccleſia perueniſſet ad manus dictorum aduerſariorum, vſque de anno 1215. lata, per quam conſtat, cum ipſi Preſbyteri peterent prius coram ordinario Paduano, & deinde coram D. Guidone Priore Eccleſiæ S. Trinitatis ab ambabus partibus in arbitrum edicto, quod à R. Priore reſtitueretur eiſdem decima, ſeu ius decimandi omnium noualium, quam poſſidebant, vel quaſi, dictus Prior ſeu eius Eccleſia S. Mariæ ad carceres prædicta Eccleſia S. Fidentii, fuit ſententiatum & determinatum, dictam decimam & ius decimandi ad dictam Eccleſiam S. Mariæ ad carceres pertinere, *prout de dict. a ſententia conſtat dict. proceſſu fol. 65. & ſequentib.* Et eadem ſententia ſicut legitime facta fuerat, ſic etiam fuit confirmata vſque de anno 1220. auctoritate ordinaria à RR. D. Iordano, tunc Epiſcopo Paduano, *prout de dicta confirmatiore conſtat dicto proceſſu fol. 71.* cum non ſit dubium vltra alias ſententias, & dicta inſtrumenta, & terminationes, de quibus ſupra ad fauorem dictæ Abbatiæ, circa dictum ius decimandi latas, & factas reſpectiue, quod per pręcedens inſtrumentũ deſignationis noualium factæ per homines iuratos confinia ponendo, vt eſt dictum, in quo inter alia leguntur iſta generalia verba, videlicet: *Quod totum eſt decima S. Mariæ ad carceres: quarterium autem Eccleſiæ S. Fidentii, vt eſt dictum, & dicta ſententia, in qua ſimiliter leguntur: cum eſſet lis & controuerſia ſuper decima, ſeu iure decimandi ſuper noualibus dictæ villæ Baonis inter dictos presbyteros ſancti Fidentii, & præfatum Priorem S. Mariæ ad carceres, prout patet ex præfatione eiuſdem ſententiæ dict. proceſſu, fol. 66. hæc alia generalia verba in diſpoſitiua & terminatione videlicet eidem R. D. Liualdo Priori Eccleſiæ S. Mariæ ad carceres recipienti pro iam d. Eccleſia ſua refutauerunt, dederunt, & conceſſerunt ipſas decimas, & ius ipſius decimationis, & omne ius quod in eiſdem*

eiſdem decimis, ſiue in iure decimationis pro ſua Eccleſia de Baone habe-
50 *bant, ſeu habere videbantur, promittentes † per ſe, ſuosque ſucceſſores, &c.*
Cum talia verba ſic generalia expreſſe demonſtrent ꝙ aliquod
ius decimandi non habent in dicto territorio Baonis, cum tan-
tum operetur vniuerſalis oratio, quantum operatur ſingulo-
rum expreſſio, prout dicit Bal. *in l. omnes. in princ. & num. 2. C. de*
præſcript. 30. vel 40. annor. Ægid. Bellame. in cap. Eccleſia Sutrina. num.
29. de cau. poſſeſſ. & propri. Dec. in conſi. 20. colum. 2. in fi. vbi dicit, quod
communis regula eſt, quod tantum operatur generalis diſpo-
ſitio in genere, quantum ſpecialis in ſpecie: Et propterea non
eſſe differentiam inter aſſertionem ſpecificam vel generalem
in inſtrumento factam, *& idem voluit in c. 1. numer. 28. de reſcript. &*
late in c. ſedes. num. 33. & ſequen. eod. conſtant. Rogeri. in titu. 1. de vulga.
ſubſtit. num. 5. & Signo. in conſi. 30. num. 4. & ſeq.

Et quod dicta Eccleſia ſancti Fidentii, quæ eſt curata in di-
cta villa Baonis non habuerit vnquam, neq; habeat decimam,
ſeu decimandi in dicta villa, ſed tantum quarteſium, prout di-
xerunt pręfati homines iurati, & deputati ad terminandum de
quibus terris debebant habere decimam dicti Monachi è car-
ceribus, prout ſupra dictum eſt, etiam apparet hoc alio funda-
51 mento, quod omnes Eccleſiæ † parochiales villarum in huiuſ-
modi ſereniſſimo Domino non habent decimas, ſeu ius deci-
mandi, ſed tantum quarteſium de poſſeſſionibus ſeu terris
conſiſtentibus intra confines eorum curæ, cum ſit etiam indu-
bitatum à communiter accidentibus validiſſimum argumen-
52 tum † ſumi tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus, *prout*
late firmat per plures auctoritates Marſ. in ſingu. 1. l. certi condictio. §. ſi nu-
mos. ff. ſi cert. petat. et dicit Bal. in. l. conuenticulam col. 3. ante medium in
ver. item eſt argumentum à communiter accidentibus. C. de epiſc. et cleric.
et in l. cum dotem. num. 3. C. de iur. dot.

Et quod dicti aduerſarij debeant cogi ad relaxandum totam
decimam, ſeu ius decimandi dictæ villæ Baonis, nedum per
ſupra dicta, cum totum illorum decimam, quam habent in di-
cta villa eidem ad triennium locauerint dicti Monachi, *prout pa-*
tet in

tet in ſupradicto inſtrumento locationis, verum etiam & quia non docuerunt, neque docent aliquam decimam ſeu ius decimandi in dicta villa Baonis habere, prout tenebantur & tenentur, cum, niſi oſtendat Domino conductor † cenſuarius, ſiue em- 53
phyteuta, ſeu liuellarius, quæ bona ſint conductitia, emphyteutica, liuellania, vel cenſualia, omnia præſumantur eſſe conductitia, ſecundum Specul. *de emphyteut.* §. *nunc aliqua. verſi. 76.* vbi loquitur de bonis Eccleſiaſticis, cuius opinionem dicit eſſe veriorem Bal. *in conſil. 265. numer. 2. volum. 2.* & tanquam tutiorem, adductis hinc inde opinionibus, tam contra dictam opinionem, quam pro ea facientibus amplectitur Socin. ſenior. *in conſil. 167. ſub num. 20. in ver. circa quartam quæſtion. & concluſiue nu. 21. per totum. volum. 2. refert, & ſequitur Aymon. in conſ. 217. in fin. in ver. poſtremo. & in noſtris terminis de bonis locatis à quadam Abbatia. reſpondit Ruin. per multas auctoritates in conſil. 50. numer. 14. volum. 1. quod ante eum voluit Alber. in l. Titius heres. numer. 2. ff. de action. empt.* vbi concludit, quod ſi quis eſt meus fictualis, vel emphyteuta; quod cogitur mihi oſtendere pro quibus bonis, ſeu poſſeſſionibus ſoluit affictum; & quod ſi hoc facere recuſet, quod præſumitur quod præſtet affictum pro omnibus bonis ſuis, *quem ibidem ſecutus fuit Fulgoſ. numer. 1.* vbi etiam ſubdit per tres dies quæſiuiſſe tale fundamentum, pro comprobando vno ſuo conſilio, & non inueniſſe, & quod poſtquam illud tranſmiſit, quod inuenit præfatum dictum Alberici, vt voluit Nat. *in conſil. 3. num. 8. & ſequ. volum. 1.* & Alberic. ſecutus fuit, poſtquam diſputauit quæſtionem ad partes, an vaſallus † teneatur oſtendere, & in- 54
dicare res feudales Domino; terminando quod ſic, per multas rationes Iacob. de S. Georg. *de feud. in ver. dictique vaſalli, el 2. numer. 15. per totum.* Et hanc opinionem eſſe communem dicit *Magon. dict. deciſio. 2. numer. 10. per totum.*

Neque aliquid obſtat etſi diceretur, quod in dicto inſtrumento locationis nominetur dicta decima, decimetta: quia ad hoc reſpondetur aliquid non reuelare, quia in dicto inſtrumento dicitur quod dicti Monachi locarunt decimam ſeu

ius decimandi, quam ſeu quod habent in dicta villa Baonis dicta la decimetta, habito reſpectu ad alias amplas decimas, quas tunc habebat, & habet dicta Abbatia, *prout in terminis conſiderauit idem Magon. dict. deciſ. 2. num. 34. in verſic. cæterum*, vltra quod dicta decima ſemper creuit ſecundum noualia, pro tempore ad culturam redacta; prout patet ex ſententiis & inſtrumentis deſuper adductis. Et hæc patent etiam ex inſtrumento donationis, tempore conſecrationis Eccleſiæ de dicta decima per dictum Gerardum Paduanum Epiſcopum facto, cum ibi legantur, vt ſupra dixi, hæc verba: *Et Dominus Gerardus Paduanus Epiſcopus donationem irreuocabilem fecit eidem Eccleſiæ totius decimationis omnium noualium de Baono, tam quæ nunc ſunt, quam quæ pro temporibus fuerint, tam in terra, quam in palude, &c.* Cum donatio † Eccleſiæ facta in illius ædificatione, vel conſecratione debeat eſſe tanta, vt ſufficiat ad luminaria, & ad victum miniſtrorum *per c. nemo. deſuper allegatum. & ibi Ioan. à Turre Crem. num. 13. de conſecra. diſtinct. 1. & c. piæ mentis 16. q. 7.* & quid plura? quanta ſit dicta decima, vt iam dixi, probatum eſt per inſtrumentum præfatæ donationis ac pluribus ſententiis, & determinationibus: vnde in dubiis non ambulamus, ſed in claris, in quibus coniecturis locus non eſt, *per allegat. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.*

Neque obſtat etſi dicatur ad reſtitutionem totius decimæ, quam detinent in dicta villa Baonis dicti aduerſarii, eiſdem locatæ per meos principales, non debere aſtringi ſeu compelli, ex quo conſtat aliquibus inſtrumentis tranſactionis per eoſdem conductores in actis productis abſentibus, & inſciis dictis RR. Monachis S. Mariæ de carceribus factis: primum videlicet cum q. Bulfardo de anno 1537. d. proceſſu fol. 120. ſecundum cum clariſſimis Iuſtinianis de anno 1536. dicto proceſſu fol. 125. tertium factum ſuper quodã liuello, liuellando quandam decimã de an. 1532. d. proceſſu. fol. 132. quartũ ſuper quodam compromiſſo facto ſuper dicto prætenſo iure decimandi de an. 1560. cum q. ſer Antonio Bettanelle d. proceſſu fol. 145. ſuper

ſuperquo ad probandam intentionem ſuam Rector ſancti Fidentii fecit articulos (contra expreſſam veritatem, vt ſtatim ſubiiciam) quod tota decima Baonis pertinet ad ſuam Eccleſiam. fol. 148. Quintum cum q. Melchiore Lupato facto de anno 1492. de quo in proceſſu fol. 136. vbi etiam dicitur contra manifeſtam veritatem pro parte dicti Melchioris Lupati tranſigentis cum dicto Curato ſancti Fidentii ipſi vti conductori inueſtito de tota decima noualium, & feudorum ſpectantium Epiſcopatui Paduæ in tota villa Baonis, & eius regula, dictam decimam ſpectare & pertinere; & tamē conſtat, vt ſupra dictū eſt, per Gerardum Epiſcopum Paduanum totam decimam omnium noualium, tam exiſtentium, quam quæ pro temporibus in dicta villa Baonis erunt, fuiſſe donatam prædictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ è Carceribus in eius conſecratione, & dictam donationem à ſummis Pontificibus confirmatam fuiſſe Et quia cum dicta inſtrumenta tranſactionis fuerint facta, vt dixi, per Rectorem ſancti Fidentii, nomine ſuæ Eccleſiæ, & alios cum eo tranſigentibus, inſciis, & non conſentientibus dictis Monachis, tanquam res inter alios acta contra formam dictæ donationis, & contra poſſeſſionem dictorum Abbatiæ & monachorum, cum ipſi ſemper poſſederunt tanquam locatores, vt in principio firmatum eſt, in aliquo non præiudicant, quin reſtituatur eiſdem tota decima, *per text. apertum in l. 2. & ibi Doctor. C. res inter alios acta. l. 1. in fin. C. eod. & l. Claudius Felix. in fin. ff. qui potior. in pignor. habeant.*

Et quia aliquo titulo aſſertæ decimæ, ſeu iuris decimandi aduerſarii non tuentur, cum de illo non probauerint, prout nec probare poſſunt, ſtante dicta donatione, & poſſeſſione dictorum Monachorum ſeu Abbatiæ.

Et quia de aliquo titulo aſſertæ decimæ ſeu iuris decimandi aduerſarij non probarunt, vnde defendere ſe poſſent in dicta poſſeſſione, vel quaſi decimandi in terris contentis in dictis tranſactionibus, prout nec probare poſſunt, ſtante dicta illa donatione, & poſſeſſione eiuſdem decimæ

dictorum Monachorum, cum non ſit dubium, quod ſi vnus probat poſſeſſionem cum titulo, prout faciunt præfati Monachi; alter vero poſſeſſionem ſine titulo, prout faciunt dicti ad-
56 uerſarii, quod præfertur poſſeſſio † titulata, cum magis iuſtificetur per viam rationis, *prout dicit Bald. in l. qui accuſare, paulo ante finem. in ver. ſi autem, vbi dicit hoc eſſe menti tenendum. C. de eden. quem ſecutus fuit Iaſon. in l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 3 ff. de acquir. poſſeſſ.* Ad quod facit illud, quod dicunt Doctores, quod quando duo poſſident, & non conſtat de antiquiori poſſeſſione, quod ille debet obtinere, qui probat iuſtiorem cauſam,
57 cum qualitas † poſſeſſionis faciat vnam probationem alteri præualere, & tanto iuſtior & potior eſt poſſeſſio, quanto magis eſt à proprietate cauſata, prout ſingulariter dixit Bald. *in l. data opera. ad fi. C. qui accuſare non poſſ. quem ſecutus fuit Iaſon. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. n. 39. vbi etiam ſubdit verba Bal. reputare eſſe aurea in practica. ff. de acq. poſſ. & idem late firmat ſequendo Bal. Et dicendo pariter eius verba eſſe aurea, Curt. ſen. in conſ. 76. col. pen. circa med. in verſi. prima.*

Cum igitur dicti Monachi habeant antiquiſſimum & legitimum titulum dictæ donationis, confirmatæ etiam auctoritate Apoſtolica, & per poſſeſsionē antiquiorē dictę decimę, ſeu iuris decimandi; non eſt dubium præfatam poſſeſsionē, vel quaſi decimandi in bonis in dictis inſtrumentis tranſactionum comprehenſis, non releuare aduerſarios, quin ſuccumbant, & teneantur illam reſtituere, ſeu relaxare per ſupradicta. *Et hæc de ſecundo capite.*

Et veniendo modo ad tertium & vltimum, dico ſententiam Vicarii Patauini ad fauorem dictorum Monachorum nulli vitio nullitatis ob defectum iuriſdictionis, ſeu citationis, prout prætenditur, ſubiacere. Et quatenus aliquo vitio nullitatis laboraſſet, quod negatur, dicitur, nihilominus dictam ſententiam confirmandam eſſe, & exequendam iuxta probationem factam circa quantitatem eiuſdem decimæ, cum hodie ceſſet omnis prætenſa nullitas.

Et

Etquoad primam prætenſam nullitatem defectu iuriſdictionis, cum in huiuſmodi cauſa fuerint citati dicti aduerſarij coram ordinario Paduano; qui ſententiam tulit; dico primo ipſos aduerſarios de iure communi ſubiacere, prȩſertim in huiuſmodi cauſis ciuilibus, ordinario, vbi morantur.

Et licet hodie ſint exempti vigore priuilegiorum: tamen illa ſunt inſpicienda, an ſint circa hoc exempti, *prout dicit Abbas in cap. nimis. nume. 4. de exceſ. Prælat.* & ab illis erant alleganda ad declinandum forum, & non conſentire in iuriſdictionem, prout conſenſerunt, *ſicut patet proceſſu A. fol. 16. & ſeq.* cum Epiſcopus habeat ſuam iuriſdictionem in iure communi fundatam: vltra quod alias Epiſcopus Paduanus ſua iuriſdictione cognouit ſuper huiuſmodi decima, *prout ſupra dictum eſt*, & coram eo litem verſam fuiſſe inter Monachos ſanctæ Iuſtinæ, ac ſanctæ Mariæ ad Carceres: prout & ceſſat alia prætenſa nullitas, quod ad ſententiam Procurator præfatorum aduerſariorum non fuerit citatus, cum de contrario conſtet ex proceſſ. A. in vlt. charta.

Et quid plura? etiamſi dicta ſententia † alicui vitio nullitatis, defectui iuriſdictionis, citationis, ſeu aliis ſubiaceret, prout non ſubiacet: tamen ex quo hodie ceſſaret, cum ſimus coram 58
Illuſtriſſimo Nuncio, & illius Tribunali, & proceſſum fuerit partibus citatis, non eſt dubium, ex quo conſtat de bono iure dictorum R R. Abbatiæ & Monachorum, eſſe confirmandum, *prout dicit Alex. in conſ. 53. num. 1. & 2. vol. 5. & in conſ. 122. num. 15. vbi dicit, ita tenere Doctores, volum. 2. Ægid. deciſ. 480. Si auditor, quos late ſequitur Vant. in tract. nullitat. in rub. qualiter ſentent. ſub num. 26. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. fol. mihi 263. & nu. 129. & ſeq. vbi ſub num. 132. repetit eſſe communem, & illam pluries eſſe ſecutam Rot. Rom. dicit Viui. in deciſ. 331. num. 1. & 2. & ita ſeruare Cameram Imperialem dicit Mynſing. obſeruat. 27. in ver. verum. cent. 1. & ita quotidie practicari dicit idem Viui. in deciſ. 53. reiecta opinione aliter tenentium ſub numer. 11.* Ideo alios addere non curaui; cum à communi opinione in conſulendo & iudicando recedi non debeat, mi-

nuſque à practica. Et iſta ſufficiant me dixiſſe pro bono iure dictorum R R. Abbatiæ & Monachorum ſanctæ Mariæ è Carceribus, ad laudem indiuiduæ Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus ſancti. Et ita fuit iudicatum per Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Do. Offredum de Offredis Epiſcopum Melfiten. & Nuntium Apoſtolicum Venetiarum Do. meum colendiſſimum.

Franciſcus Monaldus V. I. D. de Vlſinto.

CONSILIVM III. EIVSDEM FRANCISCI MONALDI DE Decimis.

ARGVMENTVM.

Luminariam non teneri ad ſoluendam decimam Papalem; eo quod bona & fructus ipſius ſub nomine beneficiorum Eccleſiaſticorum non cadant, docet Conſil.

SVMMARIA.

1 *Papa ex magna cauſa poteſt decimam Papalem imponere.*

2 *Decima Papalis perſonis Eccleſiaſticis & ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis tantum imponitur.*

3 *Luminariæ ſub nomine beneficiorum, nec eius fructus cadunt.*

4 *Fructus ſpectantes ad locum, ſeu perſonas non cadentes ſub beneficij nomine, à decima Papali ſunt immunes.*

5 *Eleemoſynæ, vel quæ dantur ad opus fabricæ, vel in vſum Eccleſiæ, nomine beneficiorum non comprehenduntur: ne de eis ſoluitur decima Papalis.*

6 *Bona luminariarum ſunt laica, licet non Eccleſiaſtica, nec decima Papalis de eis ſoluitur.*

Spiri-

Spiritus ſancti gratia os aperiat, & illuminet intellectum.

IN difficultate mihi occurrente, videtur mihi dicendum, luminariam S. Petris Vallis Mareni, & ſancti Titiani de foro Cœneten. diœceſ. non teneri ad ſoluendam decimam Papalem, de qua agitur, de ſuis Fructibus ſeu reditibus; cum ſub nomine beneficiorum Eccleſiaſticorum non comprehendantur; & neceſſe eſſet comprehendi ad hoc, vt decimari poſſent ex infra dicendis.

Et primo rem à ſuo principio exordiendo, auctoritate veteris teſtamenti talis decima dabatur Leuitis, id eſt, inferioribus miniſtris ſummo Sacerdote Aaron, *prout cauetur Numer. c. 18. ante fin.* ibi; *Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen dicens: Præcipe Leuitis, atque denuntia, cum acceperitis à filiis Iſrael decimas, quas dedi vobis in oblationem primitiuorum, & date eam Aaron Sacerdoti.* Et iſti comparatur decima, quæ Papæ tribuitur, cum Papa † poſſit 1
ex magna cauſa, vtputa ſi contra infideles, vel Eccleſiæ inimicos bellum gerat, hanc imponere, vel ex alia iuſta cauſa, *prout dicit Rebuff. in tracta. de decim. q. 3. nu. 3. & in conſ. 124. col. 2. in princ. in verſ. item poſtquam Dominus Deus præcepit Leuitis. Et cauetur in extrauag. vnic. com. in princ. de decim. & illam aliis Principib. poteſt etiam Papa concedere. Clem. 2. eod.*

Secundo quia tantum imponitur talis decima † Papalis per- 2
ſonis Eccleſiaſticis, & ſuper eorum Eccleſiaſticis beneficiis, ſeu illorum fructibus, ac ſuper decimis, quas à laicis recipiunt, *prout cauetur Num. d. c. 18. in loco deſuper citato. circa clem. fi. & ibi not. gloſſ. in verſi. beneficiorum, de decim. & d. extrauag. vnica com. præſertim in princ. eod. & dicit Dominic. de ſancto Geminia in conſ. 85. nu. 19. & nu. 21. & magiſtraliter tradit Rebuff. d. q. 3. de decim. nu. 4. & 5. & in d. conſ. 124. vol 3. in princip.*

Cum igitur perſonę dictę luminarię ſint † laici, decimas per- 3
ſonis Eccleſiaſticis debitas non recipiant, nec ſub nomine beneſi-

neficiorum Eccleſiaſticorum, dicta luminaria comprehendantur, nec illius fructus cadant ſub nomine beneficij, vt ſtatim demonſtrabitur; non eſt dubium, quod à tali prætenſa ſolutione decimæ debent eadem luminaria, & illius miniſtri liberari, præſertim cum in præteritum, ſicut in facto mihi præſupponitur, illas nunquam perſoluerint.

4 Et quod omnes illi fructus, qui † ſpectant ad locum vel perſonas, qui non cadunt ſub nomine beneficii, ſint liberi à ſolutione decimæ Papalis, quia in vſus quotidianos perſonarum miſerabilium habent expendi, *dicit Gloſſa in extrauagant. ſuſcepti. in verſic. ſoluere. de elect. Domini. de Sancto Geminia. in dict. conſilio 85. numer. 31. ante fin. in verſic. & mouetur. & Rebuff. dict. conſi. 124. colum. 3. in princ. in verſic. & dicit. & hinc dicit Felin. in c. de quarta. n 18. quod impoſitio decimæ Papalis non extenditur ad hoſpitalia, de præſcript.*

Et quod tantum de fructibus beneficiorum ſoluatur dicta
5 decima Papalis: & quod ſub nomine beneficiorum † non comprehendantur eleemoſynæ datæ ad opus fabricæ Eccleſiæ; & de eis non ſoluatur, nec ſolui debeat talis decima; prout nec debet ſolui bonis relictis luminariæ Eccleſiæ, ſeu vt luminaria, cruces, & calices fiant, prout in caſu noſtro, eſt text. *in d. extrauag. commun. vnica. de decim. §. quod ſi in diuerſis. & §. in eleemoſynis vero. & §. ſeq.* vbi dicitur, quod ſi in diuerſis ciuitatibus & diœceſibus diuerſis diuerſa beneficia obtineantur de vnoquoque beneficio in ciuitate vel diœceſi, in qua illud fuerit, decima perſoluetur. De eleemoſynis vero ſeu oblationibus, quæ in ciuitatibus, & aliquibus caſtris, & locis dictarum prouinciarum in certis feſtiuitatibus in candelis, & aliis conſueuerunt dari & offerri ad opus fabricæ deputatis, decima non ſoluetur. Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui conſortiales dicuntur, interdum per clericos, quæ ad opus conſortii reducuntur, & quę offeruntur, vt luminaria in Eccleſia, cruces, & calices fiant, & reparentur, etiam ex illis pauperibus ſubueniatur, & ſepeliantur corpora

paupe-

pauperum defunctorum, *hæc ibi refert & ſequitur etiam Rebuff. in d. conſil. 124. colum. 3 ante medium. in ver. ſimiliter nec de illis oblationibus.*

Et quod bona † dictarum luminariarum non cenſeantur 6
eccleſiaſtica, ſed laicalia, & à laicis gubernentur, & eorum fructus tam in accendendo aſſidue lumen S. Sacramento, quam in ceris expendantur, & de eis nunquam decimę ſolutæ fuerint, atteſtatur Excellentiſ. D. Poteſtas ſupraſcriptæ Vallis Marenę, cui ſtandum videtur, cum atteſtetur de pertinentibus ad eius officium, ad dicta per Rot. *in deciſ. 750. diuerſ. ſub numero 10. in 1. parte.* Et ad firmata per Grammati. quem citat eadem Rota *in conſil. 24. num. 7. in fin. & num. 8. in ciuili*, vbi dicit credendum eſſe literis officialium in pertinentibus ad eorum officium. Et hæc ſufficiant pro difficultatis reſolutione, ſtante maxime quod in pręteritum, prout mihi pręſupponitur, nunquam perſoluerunt.

Franc. Monaldus I.V.D.
de Vulſinio.

CONSILIVM IV. EIVSDEM
D. FRANCISCI MONALDI,
De Decimis.

ARGVMENTVM.

Decimarum ſolutio pro beneficio ad quem ſpectet?

SVMMARIA.

1 *Damna & incommoda eum ſequuntur, quem ſequuntur commoda & emolumenta.*
2 *Obligari quis cenſetur prout ius diſponit, niſi aliter expreſſe cautatur.*
3 *Decimas de bonis eccleſiaſticis ſoluere tenetur, qui fructus percipit.*
4 *Libelli concluſio attenditur.*

5 *Separata ſeparatorum debet eſſe ratio.*
6 *Prælatus an & quando poſſit venire contra alienationem à ſe factam de bonis Eccleſiæ.*

Spiritus ſancti gratia os aperiat & illuminet intellectum.

IN cauſa de Francenico dubitandum non eſt, quin R.D. Iacob. de Purliliis teneatur ſoluere decimas, quas pro eo ſoluit R. D. Franciſcus Piccius plebanus Eccleſiæ de Francenico de quarteſiis Burgorum Brugnariæ, cum illas dictus R.D. Iacobus exegerit in vim tranſactionis inter eos factæ, cum trita ſit regula in vtroque iu-
1 re, eum † incommoda ſeu damna ſequi, quem commoda & vtilitates ſequuntur, & econtra. *ca. qui ſentit, de reg. iur. in 6. l. ſecundum naturam, & ibi late Cagnol. vſque ad num. 2 Dec. num. 1. Mayne. num. 2. ff. eod. licet talis tranſactio non valeat, cum non fuerit facta cum auctoritate & licentia Epiſcopi. Rebuff in tract. de decim. q. 13. num. 20. 22. & 25. & 35. iunctis dictis ſub num. 15. & 17. fol. mihi 36. & ſeq.*

Et cum quis cenſeatur obligari in ſuis obligationibus, pro-
2 ut ius diſponit, niſi † aliter expreſſe caueatur, *Crauet. conſ. 77. nu. 9. Caſtrenſ. conſil 271 nu 2. in princ. vol 1. & conſil. 371. num 3. in princ. vol. 2. l. ſed niſi, & ibi gloſſ. ff. de iure dot.* attento quod de iure veniunt perſoluendæ decimæ Sereniſsimo Domino à percipientibus quarteſia, vltra quod dicatur etiam in vim dictę tranſactionis d. D. Iacobum aduerſarium ad illas perſoluēdas ſe obligaſſe; cum ex natura cōtractus veniat etiam ſolutio decimarum, ſtantibus iur. ſupradictis. Ad quę etiam videatur *Bald. in l. Epiſtola § pactum. in 2. not ff. de pact.* præſertim cum illa exigat in vim dictę tranſactionis vti ſuo clericatui ſancti Nicolai de Brugnaria ſpectantia & pertinentia.

Neq; obſtat, ſi diceretur, quod ex quo in vim dictæ tranſactionis dicta quarteſia Burgorum Brugnariæ ſpectant dicto cleri-

clericatui; & per conſequens dicto Aduerſario, vt illius poſſeſſori, & quod per hoc dictus D. Franciſcus Plebanus de Francenico non debebat dictas decimas Dominis Collectorib. decimarum perſoluere; cum per alium exigerentur quarteſia, ſed illos remittere, vt exigerent à D. Iacobo Aduerſario eorundem quarteſiorum exactore, cum decimæ imponantur ratione fructuum, & redituum beneficiorum; & ille decimas perſoluere † de eiſdem bonis Eccleſiaſticis teneatur, qui illorum fructus percipit, *vt eſt dictum ad extrauag. com. Bonifacii Octaui. incipien. Declarationes. § ſoluentium. & § declaramus: & per totam eandem extrauag. de decim* 3

Quia ad hoc reſpondetur, quod ex quo dicta quarteſia exigenda, & habenda à dictis Burgis Brugnariæ ſunt annotata & deſcripta in libro Eccleſiæ in quo ſunt annotata bona Eccleſiarum Parochialis Eccleſiæ de Francenico, prout conſtat in proceſſu in actis producto, cuius eſt poſſeſſor d. D. Franciſcus agens, & non clericatus præfatus ſancti Nicolai poſſeſſus per d. D. Iacobum Aduerſarium, quam annotationem, ſeu cataſtum tantum debent reſpicere D. Collectores decimarum, & non pacta, & tranſactiones clericorum de bonis Eccleſiaſticis factas, tanquam priuatas obligationes: bene potuerunt, & debuerunt dicti D. Collectores conuenire, prout conuenerunt dictum D. Franciſcum pro dictis decimis habendis, poſſeſſorem dictæ Eccleſiæ de Francenico, cui ſunt annotata & deſcripta dicta quarteſia Burgorum de Brugnaria, cum talis tranſactio eis non noceat, nec illam ſequi tenentur, *ad tradita in terminis per Io. Andr. in cap. cum inſtantia, omnino vidend. num. 4. de cenſibus. & eſt text. in authen. de duobus reis. § ſic enim. & ibi gl in verb. pep gerint.* licet d Franciſcus habet actionem dictas decimas recuperandi contra dictũ D. Aduerſarium, in vim dictæ tranſactionis, cum per illam conceſſum ſit ei ius quarteſandi, prout pro illius recuperatione egit, & agit, & non reſiſtẽdis dictis Collectoribus, ne illas perſolueret,

cum dicti Burgi Brugnariæ ſint annotati ſuæ Eccleſiæ, vt eſt dictum, prout egregie dicit idem Ioan. Andr. *in præcitato loco*, & habemus *l. Epiſtola.* §. *pactum per eum allegatum*, *& ib: Bart. Bal. & Caſtrenſ. ff. de pact.*

Nec dicta tranſactio propterea confirmabitur, ſi per D. Iudicem condemnabitur dictus Iacobus ad perſoluendum decimas, pro eo perſolutas dictis collectoribus de quarteſiis, quæ exegit idem presbyter Iacobus vigore dictæ tranſactionis.

Primò quia in libello, ſeu petitione pro parte R. Plebani de Francenico producto tantum fuit petitum, & in eo concluſum principalem condemnari ad ſoluendum dictas decimas, nulla facta petitione, ſeu inſtantia, quod pronunciatur ſuper validitate, vel inualiditate dictæ tranſactionis, quæ concluſio
4 attendi † debet. Innoc. *in c. ſuper literis, num 3. ante fin. in ver. dicimus tales libellos, de reſcript. & Cuman. conſil. 42. num. 1. in fin.* cum ſuper non petitis ſententia ferri non poſſit, cum ſi feratur nulla ſit, prout dicit Corn. *in conſi. 188. nu. 3. volum. 3. & Hoſtien. in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 6. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* cum libello debeat eſſe conformis, & quo ad rem petitam, & quo ad cauſam, qua petitur, & quo ad modum, vt petitur, prout dicit Lanfranc. *de Orian. in ſua prax. iudici. in c. 10. nume. 16. de interlocut. appellat.*

Et per hoc lata ſententia condemnatoria contra Aduerſarium, vt teneatur perſoluere eidem Plebano dictas decimas ab eodem pro eo ſolutas in vim dictæ tranſactionis, quæ fuit producta per modum cauſæ, & ad docẽdum de actione, quam habet dictus Plebanus contra dictum Aduerſarium, cum nemo ſine actione experiatur. *l. ſi pupilli.* §. *videamus. ff. de negot. geſt.* Non per hoc infertur eandem tranſactionem per ſententiam approbari, cum ſuper illam principaliter non iudicetur, ſed D. Iudex iudicet, & iudicare debeat de cauſato à tranſactione, quæ ſunt decimæ petitę, tanquam onus annexum dictis quarteſiis, prout demonſtratum eſt: non de cauſa, quæ eſt ipſa

tranſa-

tranſactio; cum à partibus adhuc non improbetur, & ſeparatorum † ſeparata debeat eſſe ratio. *Bald. in l. ſi mar itus. num. 3. C. de dona inter vir. & vxor. l. cob. de Aren. in l. cum propon as. in fi. C. de nu. feno & Caſtrenſ. in l. fin. nu. 2. C. de calumnia.* 5

Secundò, & quod ſit hoc verum patet ẽt ex alio fundamento. Nam cum dictus Plebanus agat in vim dictæ tranſactionis pro conſequendis dictis decimis, vtitur dicta tranſactione, prout eſt, & prout partes illam fecerunt; nec illa vtitur contra factum proprium, ſed illam conſeruat, prout eſt, nihil roboris addens.

Sed quia fauore Eccleſiarum à iure conceſſum eſt, vt prælatus, qui talia bona alienauit † in præiudicium ſuæ Eccleſiæ, 6 non obſtante alienatione, & contractu celebrato, poſſit venire alienationẽ præfatam abſolute, & abſque aliquo impedimento, maxime quando in contractu alienationis per eum non fuit præſtitum iuramentum, prout non fuit præſtitum in caſu noſtro, prout hoc expreſſe dicit Io. Andr. *in c. cum venissent. num. 18 de Inſtit. Abb. c. 2. num. 4. in ver. Ioann. Andr. de iureiur. gloſſ. in verb. quod quis, in c. quod quis. & ibi Ioan. à Turr. 35. q. 9.* Imo dicit ipſe Abb. in præcitato loco, quod etiam poſſet agere, etſi iuramentum præſtiterit de non contraueniendo. Ergo donec non impugnauerit dictam tranſactionem quandocunque impugnare potuerit ſtantibus ſupradictis, non obſtante quod per ſententiam in illius vim cogatur Aduerſarius ad ſoluendum dictas decimas, cum illius vſus, vti valida, item operaretur, ac ſi illam non produxiſſet, cum donec non petatur declarari nulla & inualida, quod facere poteſt, ſemper ſit permanſura in ſuo robore. Et ideo dico procedendum eſſe ad petitam condemnationem decimarum perſoluendarum per dictum Reuerendum Iacobum dicto Plebano, per ſupradicta.

Franciſcus Monaldus V. I. D.
de Vulſinio.

CONSILIVM V. MARII ANGVISSOLAE IVRISCONSVLTI PLAcentini Clariſſimi.

De Iure Decimarum.

ARGVMENTVM.

Muſiis Nobilibus Placentinis conceſſum fuit feudum colligendi decimas in toto territorio Verani diœceſis Placent. per tantum tempus, cuius initii memoria in contrarium non extat, vtpote de anno 1338. poſt quod feudum conceſſum fuit priuilegium Monachis de non ſoluendis decimis pro bonis acquiſitis & acquirendis per Eugenium Pontificem, de anno 1434. cum clauſula (plenitudinis, poteſtatis, motus proprii ex certa ſcientia, & non obſtan.) & ſucceſſiue per Iulium Pontificem non facta in neutro eorum mentione de feudo antiquo Muſiis conceſſo. Vnde dubitari contigit, an per priuilegia conceſſa Monachis cenſeatur derogatum feudo Muſiorum: taliter quod Monachi debeant præſeruari immunes à ſolutione decimarum pro bonis, quæ poſtea acquiſiuerunt in dicto territorio Verani.

SVMMARIA.

1 *Ad probandum aliquod priuilegium ſufficit verificatio longæuæ poſſeſſionis abſq; alia oſtenſione priuilegij.*

2 *Laicus infeudatus de decimis, intelligitur ius dominij habere in eis, & de ipſis poſſe diſponere.*

3 *Ius dominij non conuenit Eccleſiis in beneficialibus, vel eccleſiaſticis.*

4 *Papa derogando decimis Eccleſiæ debitis de iure communi, non tenetur de eo iure facere mentionem, ſicut ſi debeantur laicis iure priuato.*

Priui-

5 *Priuilegium decimarum cenſetur potius derogare iuri decimarum debitarum Eccleſiis, quam laicis ſupra eis priuilegiatis.*

6 *Priuilegium (quatenus reſpicit praiudicium tertij) debet ſtrictiſſime intelligi, ne lædat ius tertij.*

7 *Priuilegium ſimpliciter conceſſum ſuper decimis non ſoluendis, non comprehendit prædia conducta ab aliis, ne tertio inferatur graue præiudicium.*

8 *Priuilegium conceſſum piis locis de decimis noualium non ſoluendis, non intelligitur de illo nouali, quod inferre poſſit modicum præiudicium Eccleſiæ parochiali.*

9 *Quando verba priuilegij poſſunt ſonare in duos ſenſus, capitur ſenſus, qui non diſpenſat contra ius, etiam ſi verba ſint ſuperflua.*

10 *Non eſt neceſſe, quod priuilegia vniuerſaliter comprehendant omnem caſum, ſed ſufficit quod in aliquibus operentur, etiam ſi priuilegium ſit ampliſſimum, & plenæ exemptionis.*

11 *Priuilegium non ſoluendarum decimarum non trahitur ad bona poſt quæſita.*

12 *Si reperitur ab Epiſcopo fuiſſe conceſſam rem in feudum, primo vni, poſtea Papa conceſſit in feudum alteri, non valet huiuſmodi ſecunda conceſſio, ſi de prima mentionem non faciat.*

13 *Si Princeps conceſſit primo rem vni, non poteſt alteri concedere, etiam motu proprio, niſi dicat, non obſtante conceſſione alteri facta.*

14 *Princeps diſponendo in his, quæ ſunt de iure gentium, & in dominio alteri ex contractu quæſito, non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis tale ius dominij auferre laico, niſi cum cauſa.*

15 *Vaſallo non poteſt auferri feudum ſine cauſa, cum habeat vtile dominium.*

16 *In Principe non præſumitur cauſa, quando procedit ſine citatione.*

17 *Papa poteſt per ſuas diſpenſationes eximere Monachos à decimis, licet decimæ debeantur de iure diuino.*

18 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis, ſignificat gratiam ſuperlatiuam, per quam Papa poteſt præiudicare tertio.*

19 *Apud*

19 *Apud Papam eſt pro ratione voluntas, & quod ei placet habet legis vigorem.*

20 *Plenitudo poteſtatis Papæ tanta eſt, quod conuentiones ſuper huiuſmodi, ne dum inter ſe, & alios, ſed etiam extra ſe inter alios annullare poteſt.*

21 *Papa apponendo clauſulam, non obſtante, poteſt tertio præiudicare.*

22 *Papa debet ſuper omnia cogitare quid agat, & nemo poteſt ei dicere, cur ita facis? quando vult ex certa ſcientia.*

23 *Papa poteſt Eccleſiæ præiudicare in auferendo dominium, etiam ſine cauſa, propter eius liberam voluntatem, etiam apponendo clauſulam (non obſtante) poteſt omnia facere, etiam de nihilo aliquid.*

24 *Papa apponendo clauſulam (non obſtante) poteſt omnia facere, etiam de nihilo aliquid.*

25 *Papa præſumitur omnia facere decenter.*

26 *Præſumptio cedit veritati.*

27 *Requiritur probatio communis opinionis ſuper antiquitate feudi.*

28 *Intentio Papæ magis attenditur, quam attendantur verba.*

29 *Beneficia principalia ſunt latiſſime interpretanda.*

30 *Priuilegium quod multum nocet, & affert enorme damnum, non eſt ſeruandum.*

31 *Vbi priuilegium nocet tertio, omnino non eſt ſeruandum.*

32 *Priuilegium ſecundum valet, licet de primo mentionem non faciat.*

33 *Verbum, aliquibus, cum ſit diſtributiuum, verificatur in qualibet perſona per eius vniuerſalitatem, & per conſequens verificatur in aliis perſonis, quam in Eccleſia.*

34 *Verba, à quocunque, cum ſint vniuerſalia, pretioſa, & prægnantia, comprehendunt etiam maiora expreſſis.*

35 *Cauſa dicitur iuſta, quando fit propter publicam vtilitatem.*

36 *Papa poteſt tollere dominium alterius, tam vtile, quam directum.*

37 *Quæ inducta ſunt à iure ciuili, etiamſi ſint magni præiudicii, poſſunt tolli per Principem.*

38 *Diſpoſitiones geminatæ, etiam extraiudiciales, multum operantur.*

ARduum eſt dubium quod proponitur, in quo prima facie videretur dicendum, quod per priuilegium Monachorum non cenſeatur derogatum feudo Muſiorũ Nam ex poſſeſſ. ſeu quaſi Muſiorum circa perceptionem decimarum tanti temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium, cenſetur fundatum priuilegium pro Muſiis ſuper huiuſmodi decimis percipiendis, etiam ante Cõcilium Lateranenſe, ad † quod probandum ſufficit verificatio dictæ longæuæ poſſeſſionis abſq; alia oſtenſione priuilegii. *Ita decidunt Anto. de Butr. Imo. & communiter alij poſt Ioan. And. ibi in c. cum apoſtolica. de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. & Pet. de Anch. Philip. Fran. & Gemin. in c. 2. in verſi. ſane. de decim. in ſexto. Ita etiam in propriis terminis conſuluit Barba. in conſil. 35. per totum. in 2. volum. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem Dd. & firmat Paul. de Caſtr. in conſil. 138. incipien. Dubium, ſecundum impreſſionem antiquam, & D. Alexan. in conſil. 6. col. penult ad fin. volum. 1. dicens bonum verbum, quod Dd. communiter ſequuntur. Ant. de Butr. in dict. c. cum apoſtolica.* Et licet aliqui cum Panormi. dixerint, ad hoc requiri probationem communis opinionis ſuper antiquitate feudi, videlicet quod feudum decimale fuit habitum ante Concilium prædictum, vltra probationem poſſeſſionis antiquiſſimi temporis: tamen Anto. de Butr. quem vt dixi, hoc atteſtante Alexand. in dicto conſilio, ſequ. Dd. tenet contrarium, & illud de communi opinione, quod antiquum ſit feudum, videlicet ſemper tentum per laicum abſq; contraria memoria. Et ita etiam ſpecialiter intelligit Peruſ. *in alleg. c. 2. ad fi. de deci. in ſexto.* & per bonas rationes, quas non refero; quia facile videri poſſunt. Imo & vltra probationem 1

præmiſſam reſultantem ex verificatione poſſeſſionis prædi-ctæ. Videtur etiam demonſtrari poſſe feudum decimale prædictum habitum fuiſſe ante allegatum Concilium ex apparentia titulorum feudi Muſiorum, qui conſtant habiti de anno *1348. vt infra.* & cuius conceſſionis tempore per eadem inſtrumenta appellatur antiquiſſimum feudum; ergo per tempus centum annorum præcedentium, quod antiquum dicitur, & non minus, ſecundum communem opinionem Dd. de qua late per Iaſ. *in l. cum aliquis. C. de iure delib. & Feli. in c. veniens. il. 1. C. de teſtib.* & ſic diceretur apparere tempus conceſſionis feudi præmiſſi de anno *1338.* ergo ante Cõcilium Lateranenſe, quod fuit de anno *1299.* tempore Alexandri tertii, qui fuit Senenſis, *vt atteſtatur* Ioann. Andr. *in dict. cap. cum Apoſtolica. colum. 3. circa medium. Archid. & ibi Anchar. in dict. c. 2. colum. 3. in princ. de deci. in 6.* Ideo ſtante præmiſſa concluſione, ſequitur ad terminos noſtros, quod priuilegium ſuper decimis non ſoluendis conceſſum dicto Monaſterio, primitus per Eugenium Pontificem de anno *1434.* & ſic poſt priuilegium Muſiorum, per ſupra dicta non intelligitur de decimis, quæ per feudum antiquum ante Concilium per aliquos poſſidebantur, niſi de hoc facta fuiſſet mentio. Ita determinat Phil. Franc. & Pet. de Ancha. *in cap. 2. de decim. in 6.* & Ioann. Andr. dicens ſe de hoc vidiſſe dubitari in priuilegio conceſſo ordini ſanctæ Claræ ſuper decimis non ſoluendis, *in cap. nuper. de decimis.* vbi adducit quinque rationes principales, quas ſequitur Anchar. & inter alias iſtam, videlicet, quod propterea per tale priuilegium intelligitur grauare Eccleſias, quæ decimas exigebant de iure communi, & parochiales, cum ſimilibus; non autem Vaſallos, qui ſuo iure priuato, ſeu ſpeciali decimas exigunt. *& hoc probari dicit in d. c. 2. §. 1. & § vbi a. de deci. in 6.* Et quintam rationem ibidem eſſe ſubdit Io. And. quia aliud diſponitur in iure de decimis debitis de iure communi, aliter de decimis feudalib. quæ feudales, ſicut difficilius acquiruntur, ita difficilius tollun-

tolluntur. Et facit, quia † laicus infeudatus de decimis, intelli- 2
gitur ius dominii in eis habere, & de ipſis poſſe diſponere, vt
not. Io. And. *in alleg. c. nuper. in 4. ratione*, quod † ius dominii non 3
conuenit Eccleſiis in beneficialib. vel Eccleſiaſticis, *iuxta not.*
in c. 2. de don. & in quibus Papa diſponere poteſt ſine cauſa. Re-
ſpectu vero ablationis dominii requiratur cauſa, *vt notant Abb.*
Panormi. & communiter Dd. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Vnde
& † Papa derogando decimis Eccleſiæ debitis de iure commu- 4
ni, non tenetur de eo iure facere mẽtionem: ſecus ſi debeatur
laicis iure priuato, vt not. Pet. de Ancha. *in cap. 2. col 2. in 6. nota.*
de deci. in 6. & facit c. veniens. & ibi Dd. de præſcript. & in c. ſuper eo.
de off. deleg. Ideo nil mirum videri debet, quod † per priuilegi- 5
um decimarum cenſeatur potius derogari iuri decimarum
debitarum Eccleſiis, quam laicis ſuperinde priuilegiatis, iuxta
præallegata. Pro quo accedat, quia vbi ius patronatus compe-
tit eccleſiaſticis perſonis, item laicis, & Papa mandat proui-
deri de beneficio (*etiamſi ad alicuius præſentationem ſpectet*) cenſe-
tur derogatum iuri ſpectanti Eccleſiæ, non autem ſeculari, et-
iam vt verba adaptentur ad illum ſenſum, qui minus deroget
iuri alterius, vt decidit Lap. *all. gatione 84 incip. D. Papa gratio-*
ſe, &c. quod procedit, etiam ſi dicatur de beneficio ſpectante ad
præſentationẽ quorumcunq;, imo etiam ſi diceretur, non ob-
ſtante iure patronatus laicorum, vt de his omnibus ita con-
cluditur per Felin. *in tract. quando literæ Apoſtolicæ noceant pa-*
tronis eccleſiarum. in 3. 4. 6. & 7. ampliation & facit c. cum dil. ctus. de
iure patro.

Corroborantur prẽmiſſa per veram iuris concluſionẽ quod
priuilegium † (quatenus reſpicit præiudiciũ tertii) debet ſtri- 6
ctiſſime intelligi, ne lædat ius tertii *c. cum dilecti. & ibi Innoc. de*
don. in c. olim. de verbo. ſignif. & ibi Ioan. Andr. tex. in c. ex tuarum.
de auct. & vſu. pal. in l. cum filius ff. de teſt. milit. in c. ſuper eo. de offi. de-
lega. in c. 1. & 2. de fi. presbyt. lib 6 Gl. in c. ordinarii. de off. ord. lib. 6. & in
c. fi. de trãsla. præl. Soc. con. 266, col. fi. Alex. cõſ. 23. col. fi. vol. 5. late Moder.

in l. final. de conſtit. Princ. & in l. quanquam. C. de teſtam. mili. & per Felin. in c. cauſam quæ. de reſcript. Imo dicta concluſio procedit etiam ſi Princeps diceret ſe concedere cum præiudicio tertii, quia intelligi adhuc debet, quando eſſet paruum illius tertii præiudicium: ſecus ſi magnum, vt probat tex. *in l. ſed cum h*e*rede. in gloſ. fin. ad Trebel. notat Card. in c. mandatum. in ſeptimo not. de reſcrip. & Cep. in tit. de ſer. ruſt. prædio. ſub tit. de aqua duc. refert & ſequitur Iaſon. in l. fin. col. 5. circa medium. C. de conſtit. Princip.* Et in propria materia ſuper decimis non ſoluendis, quod debeat ſtrictiſſime intelligi quoad præiudicium tertii, probat tex. *in c. ex multiplici, in verbo, intentionis. in c. dudum. in ver. derogetur. in ca. dilecti. & in c. ſuggeſtum. & in c. licet. de deci.* Et ideo not. Abb. Pa-
7 norm. *in dict. cap. dilecti.* quod † priuilegium ſimpliciter conceſſum ſuper decimis non ſoluendis, non comprehendat prædia conducta ab aliis, ne tertio inferatur graue præiudicium, licet ſic perſtringantur verba, etiam contra proprium ſignificatum, vt ibidem ſubdit. & *in c. ſuggeſtum.* notat ibidem Abb. quod non debet ita late interpretari, vt enorme afferatur pręiudicium tertio, & *in d. ca. licet.* dicit, quod non debet excedere caſum proprium. Facit tex. *in c. quod nouale. de verb. ſignif.* vbi no-
8 tat Panorm. quod † priuilegium conceſſum piis locis de decimis noualium non ſoluendis, non intelligatur niſi de illo nouali, quod inferre poſſit modicum præiudicium Eccleſiæ parochiali; & ſic de illis terris, ex quibus parochialis Eccleſia percipiebat modicos fructus: non autem vbi pateretur graue præiudicium, & ne alias parochiales intelligantur perdere omnes decimas, & alibi tale priuilegium intelligitur pro parte tãtum, non multum pręiudiciali Parochialibus, nõ autem in totum. Ita eſt tex. *& ibi not. Philip. Franc. in c. 2 de deci. in ſexto.*

Hinc etiam dixit Old. *conſ. 268. incip. Quæſtio eſt, vtrum.* & refert Felin. *in c. cum cauſam quæ. in 8. col. de reſcript.* quod priuilegium de non ſoluendis decimis de quibuſcunq; poſſeſſionibus, & ſic generaliter intelligitur de poſſeſſionibus, de quibus ſolueban-

uebantur decimę Eccleſię, quas tamen Eccleſia non percipiebat actualiter, ſed eidem erant debitæ. Nam ſufficit, quod priuilegium poſſit operari, quo ad alias decimas, vt ſubdit *Oldr. in d. conſi. col. 1. circa medium*. Et dicit not. Anto. de But. *in d. c. dudum. il 2. de decim.* quod † quando verba priuilegii poſſunt ſonare in duos ſenſus, capitur ſenſus, qui non diſpenſet contra ius, etiamſi verba ſint ſuperflua, ſecundum etiam Innoc. *ibidem. & faciunt not. per Moder. in l. fin. in §. in computatione. C. de iure delib.* Notat Phil. Franc. *in c. 1. col. 1. in tertio not. de priuil. in 6.* quod non † eſt neceſſe, quod priuilegia vniuerſaliter comprehendant omnem caſum, ſed ſufficit, quod in al quibus operentur etiamſi priuilegium ſit latiſſimum, & plenę exemptionis, *& per Cald. conſi. 11. ad fin ſub tit. de priuil.* Et not. Roma. *conſ. 180. col. 3.* quod priuilegium debet intelligi, vt minus operetur, quam poteſt, & vbi poteſt tollere ius vnius, tunc ad illud tantum reſtringatur, non autem cumuletur reſpectu plurium, & ita ibidem conſuluit in quodam priuilegio exemptionis conceſſo Monaſterio ſancti Sepulchri, cum toto burgo. Alibi conſuluit Panorm. *in conſil. 57. incip. in quæſtione, quæ vertitur. volum. 2.* quod priuilegium conceſſum per Papam Monaſterio ſancti Bartholomæi, quod illud eximit ab Epiſcopo, Abbate, & à quacunque altera perſona, & quod nulli Abbati ſubiaceat, præterquam ipſi Pontifici, non cenſetur per illa verba, *licet generalia*, derogatum iuri Monaſterii S. Crucis, cui ſubiacebat, ex inſtitutione beneficii, de quo iure non erat facta mentio, nec eius poſſeſſione. Vnde *ibid. col. 2.* ſubdit, quod illa verba, *nulli Abbati ſubiaceat*, non debent intelligi de dicto Monaſterio S. Crucis; quia grauiter illi præiudicaretur, ſed de aliis Abbatibus, qui in certis religionibus vocantur, pater Abbas, quibus modicum affert præiudicium, & ſic ſufficit priuilegium aliquid operari; vt etiam conſuluit Aretin. *conſil. 15. col. 3.*

Videmus etiam ea ratione, ne præiudicetur iuri tertii, quod priuilegium † non ſoluendarum decimarum non trahitur ad

bona poſt quæſita, vt not. Phil. Franc. *in c. 2. in fin. princ. poſt gloſſ. ibi de decim. in 6. & per Dd. in c. quia circa. de priuileg. Bart. & Dd. in l. damni. §. ſi is qui ff. de dam. infect & per Cald. conſil. 12 ſub tit. de priuileg.* nec etiam ad Eccleſias, ſeu bona alterius Monaſterii vnitas, & incorporatas alicui Monaſterio, licet priuilegiato ſuper decimas non ſoluendas, *vt conſuluit Cald. in allegat. conſil. 11. ſub ti. de pri. ad fi.* Benefacit; quia ad hoc, vt per commiſſionem, & priuilegium principis intelligatur præiudicari, quod expreſſe & ſpecialiter tali iuri derogetur, vt ꝓbat tex. *in c. ſi propter tua debita. de reſcript. in 6. & cap. ſi cui. & ibi notant Dd. de præben. in 6. & c. 1. de conſtitut. in 6. bonus tex. & ibi ponderant Dd. Abb. Lap. & Gemi. in c. quamuis.* ibi, (*niſi hoc expreſſe diceremus*) *de reſcript. in 6. & in c. 1. de conceſſ. præben. not. Bald. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vti. publ. per Dd. in cap. cauſam quæ. de reſcript. & in cap. ſuper eo. de offic. delegat.* Vnde non ſufficit de intentione Principis demonſtrari tali caſu, etiam per ampliſſimas quaſcunque clauſulas, ſed requiritur, quod verbis expreſſis dicatur (*non obſtante, quod ſit ius tertio quæſitum*) vt etiam notat Curt. *conſil. quadrageſimo nono. colum. 11. poſt medium. vt voluit etiam Felin. in cap. cum inter. colum. 3. verb. Item aduert. de excep.* & in conceſſione reuocatoria alteri facta, ſequitur Alex. *conſil. 25. volu. 5. colum. 2. circa medium.* & in ſpecie dixit Paul. de Caſtr. *in ver. 156. incip. Viſo & examinato puncto ſupradicto, vt refert, & ſequitur Alexand. in conſil. 2. colum. 1.*

12 *volum. 5.* quod † ſi reperitur, ab Epiſcopo fuiſſe conceſſam rem in feudum, primo vni, poſtea Papa conceſſit in feudum alteri, non valet huiuſmodi ſecunda conceſſio, ſi de prima mentionem non faciat, maxime cum per primam conceſſionem Epiſcopi iam tranſiuiſſet in inueſtitum, prout proprie contingit in caſu iſto, & ſubdit Alexan *in dicto conſilio 1. in fin. cum*

13 *ſeq. in prin.* Quod ſi † Princeps conceſſit primo rem vni, non poteſt alteri concedere, etiam motu proprio niſi dicat (*non obſtante conceſſione facta alteri*) Sed in priuilegio Monachorum, de quo contenditur, nulla eſt facta expreſſa mentio iuris Muſiorum

exco-

ex eorum priuilegio feudali, etiam priori titulo poſſeſſionis eorum. Ergo non intelligitur per ſequens priuilegium Papæ, conceſſum Monachis, iuribus Muſiorum derogatum.

Accedat etiam, quod ex quo priuilegia feudalia Muſiorum reperiuntur confirmata, & roborata, etiam per plures ſententias latas de annis 1339. & 1401. & contra illum Abbatem, ſeu eius fictabiles, in cuius locum ſucceſſerunt ipſi Monachi, & quod ſententiarum tempus ſic eſſe deprehenditur ante priuilegia ipſis Monachis conceſſa et, iam primitus per Eugenium Papam anni 1434 non videtur dici poſſe per ipſa generalia, priuilegia ſubſequentia Monachorum (etiam quod continuiſſent generalem derogationem quorumcunque aliorum priuilegiorum, vel exemptionum) ſublata præmiſſa priuilegia laicorum per ſententias, *vt ſupra*, roboratas, nec eis per generalitatem derogatum. *Gloſſ. in Cle. dudum. in ver. pacta, de ſepul. & ibi Ioann. de Lign. Imol. & alii.*

Et propterea concludendo ex capite voluntatis Pontificis, ſequitur ex præmiſſis concludendum, quod priuilegia de non ſoluendis decimis conceſſa Monachis, etiam tanquam poſteriora, non debent intelligi de decimis feudalibus antiquitus, etiam ante Concilium Lateranenſe infeudatis Muſiis.

Præterea ad fauorem Muſiorum poteſt adduci alia vera, & communis concluſio Docto. quæ habet, quod † Princeps diſponendo in his, quæ ſunt de iure gentium, & in dominio alteri ex contractu quæſito, non poteſt (etiam de plenitudine poteſtatis) tale ius dominii auferre laico, niſi cum cauſa, vt dicit Abbas Panorm. poſt alios, de quibus late per Felin. *in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. colum. 8. & ſequent. & colum. 13.* vbi atteſtatur eſſe communem opinionem, *& Dd. in l. fin. C. ſi contra ius: vel vtil. publ. & late Socin. in conſilio 164. col. 4. & ſeq.* Quæ concluſio procedit tam ratione vtilis dominii, 14

quam

quam directi, *vt notat Bart. in l. 2. per illum tex. C. de fundis patrimonia. lib. 11.*
15 vnde eſt, quod † vaſallo non poteſt auferri feudum ſine cauſa, cum habeat vtile dominium, *vt per Panorm. de Caſtr. in d. conſil. 156. ſequitur Felin. in d. c. quæ in Eccleſiarum. col. 18. & vltra eum Alexan. in d. conſil. 3. colum. 1. volum. 5.*
16 Et † in Principe non præſumitur cauſa, quando procedit ſine citatione, licet alias dici ſoleat in Principe præſumi cauſam. Nihilominus ſi ſemper præſumeremus cauſam, fruſtratorium eſſet inueſtigare, quid poſsit Princeps ſine cauſa, & quid cum cauſa, cum ſemper cauſa: quod videtur ridiculum, vt proſequitur Feli. *in alleg. cap. quæ in Eccleſiarum. colu. 20. cum duabus ſeq. & late Soc. in conſ. 266. & in conſil. 164 & etiam late ſequitur Curt. in conſi. 10. col. 4. cum duabus ſequen.* vbi etiam concludit, quod non præſumatur cauſa in præmiſsis caſibus, etiamſi Princeps procedat de plenitudine poteſtatis, *& in conſil. 49. colum. 68. & 70. ideo, &c.* & tanta magis prædicta concluſio procedere debet pro Muſiis, cum ipſi tanquam laici, & in terris imperii, non ſint temporaliter ſubiecti Papæ. Ex quo ſequitur, quod licet præſumatur cauſa in Principe: tamen hoc fallit reſpectu non ſubditorum, vt notat Inno. *in c. acquiſitioni. de ſen. excom.* & per Feli. *in c. quæ in Eccleſiarum, col. 21. de conſtitut. in verſic. Limita tertio*, & late Cur. *in conſil. is de quibus ſupra.*

Quinimo attentari poſſe videtur, ex quo dicti Muſii laici, & in terris Imperii, non ſunt ſubditi Papæ, quod etiam cum cauſa Papa non potuiſſet tollere ius dominii quæſitum Muſiis ex contractu feudi, tanquam non ſubditis, vt not. Inn. *in c. nouit. in gloſſ. in ver. Theodoſius. de iudi.* Paul. de Caſtr. *in conſi. 28. 56. & 156. alias, 158. bonus tex. & ibi Abbas in c. cum dilectus. de iure patro. & in c. conſtitutus. de relig. dom.* Feli. *in d. c. qui in Eccleſiarum. col. 11. in princ.* Alexan *in d. conſil. 3. volum. 5. Socin. in d. conſi. 266. & 164.* Curt. *in conſil. 27. colum. 11. in fin. & in conſil. 49. & in conſil. 65. col. 12. & latius conſil. 20 col. 3. & 6.* vbi ampliat procedere etiam quo ad ſubditum ipſi Papæ, non naturaliter, ſed ratione alicuius accedentiæ,

dentię puta cauſę, vel delicti. Nam vt ibi late not. Curt. nõ poteſt Papa in tales non ſubditos vti plenitudine poteſtatis, nec etiã contra clericos, ratione bonorum temporalium, vt etiam notant D. Ant. & Imol. *in cle. paſtoralis, de re iud.* licet etiam Monachis non ſuffragetur illa clauſula (*de plenitudine poteſtatis*) appoſita in eorum priuilegiis; quia cum ipſa priuilegia contineant plura & ſeparata capitula, & in ipſo capitulo emptionis decimarum non reperiantur appoſitæ dictæ clauſulæ; ſequitur, quod ad illud referri non poſſunt, nec reſpectu eius operari; quia talis clauſula (*de plenitudine poteſtatis*) qua raro vtuntur Principes, non debet extendi de vno caſu ad alium, vt notat Abb *in c. illa quotidiana. extra de elect.* & debet clare concipi, ita quod non ſufficeret clauſula (*noſtra regali potentia*) vt per Arer. *conſil. 15. col. 4.* Ita latius concludit Curt. ſic reſpondens *in conſil. 29. col 3. circa princ.* quæ clauſula etiam non videtur operari contra præſumptam mentem Principis concedentis, qui non intelligitur velle præiudicare tertio, vt notat Abb. *in cap. cum in noſtris col. 4. de conceſſ. præb n. & in d. c. cum ol m. de re iud. & in c. cum cauſam il. 2 col. 2. de teſtib.*

Præterea dicta clauſula non intelligitur operari, niſi in his quæ ſunt iuris, non autem in his, quæ ſunt facti, vt contractus & ſimiles, *per c. 1. de conſtit. in 6. Ita ſignanter Bald. in l. impetrata. C. ſen. re non poſſ. cum concord. Curt. in d. con. 49. in 18 col. & Alex. conſil. 122. col. fin. volum. ſecundo. & traditur per Felyn. in c. cum inter. in 4. col. de except. & in c. cauſam quæ. de reſcript. & Salyc. conſil. 164. col. 3.* & tanto magis, ex quo priuilegium Monachorum poteſt operari ſuper iure decimarum debitarum aliis Eccleſiis de iure communi, & ſic in caſu licito non debet intelligi, quod operetur ad excluſionem alterius iuris tertii, maxime laicorum infeudatorum, de quo Princeps non habuit informationem. Ideo illud tollere non potuit, maxime ſine cauſa, & hoc propter deciſionem Abb. & Anto. de Butr. *in c. dudum. de dec. prout etiam loquutus eſt Alex. in alleg. conſil. 122. col. fin.* & præſertim; quia

etiam vbi eſſemus in caſu dubio, an per ſecundum priuilegium eſſet ſublatum primum; in hoc dubio iudicari debet primum non eſſe ſublatum. Rom. *conſ 498. col. fin.*

Attamen his non obſtantibus, contrariam partem veriorem & probabiliorem exiſtimo, videlicet, quod cenſeatur derogatum feudo Muſiorum per priuilegia apoſtolica, poſtea Monachis conceſſa. Et pro fundamento præmitto, quod Pa-
17 pa † potuit per ſuas diſpenſationes eximere Monachos à decimis, licet decimæ debeantur de iure diuino. *ca. reuertimini. 16. quæſt. 1.* & ſic aliquas perſonas potuit à decima eximere, ſed non omnes, quia eſſet ſubuertere vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ; & tamen diſpenſando præiudicat tertio, cum decimæ ab initio erant Sacerdotibus & Leuiticis dedicatæ. *dict. cap. reuertimini.* Idem voluit gloſſ. ord. *communiter approb. in cap. cum à nobis. de deci. & ibid. D. Abb. & in diſputatione ſua incipien. Epiſc. & in c. aliquibus. eo. tit. quam gloſſ. ad hoc propoſitum dixit communem Socin. in conſil. 297. in fin. 2. colum. illam etiam ſequitur D. Alexand. in conſil. 1. in fin. 3. colum. volum. 2. & ſequitur Dec. in alleg. conſil. 113.* licet de D. Alexand. & Soc. mentionem non faciat, vbi luculentiſſime concludit, quod Papa in hoc potuit auferre ius tertio, maxime cum Euge 4 & Iulius 2. motu proprio, & ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis exemptarunt Monachos tam pro bonis præſentibus, quam pro bonis futuris, quæ clauſulæ nihil aliud important, niſi quod Papa voluit ſuper ius diſponere & tertio præiudicare, iuxta ea quæ ponit Bald. *in l. eos. in princ. C. de appell. & Bal. in c. cum acceſſiſſent. in 9. col. de conſt. Panor. in c. ad hoc. de reſcrip. & in c. inter dilectos. in 7. colum. de fi. inſtr. & Io. de Ana. conſil. 81. & clarius D. Ant. & Inn. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & D. Alex. conſ. 216. incip. nec arguen. ſumus. in 8. col. verſ. 6. confirmatur. vol 2. Idem voluit. D. Anton. de Prato veteri. in c. naturales. ſi de feu. fue. contr. int. do. & agna. vbi ad hoc allegat D. Ant. de But. in c. per venerabilē. qui fi. ſint leg. & pulchre dixit D. Mart. Lauden. in tract.*
18 *de prin. in tit. de priuil. concluſ. 7.* allegando, quod † clauſula (*de plenitu-*

nitudine poteſtatis) ſignificat gratiam ſuperlatiuam, per quam poteſt Papa prȩiudicare tertio, & multa de magnitudine poteſtatis Papȩ poſuit Spec. *in tit. de legat. in* §. *nunc oſtendendum. ver. 57. & 89.* dicẽs, quod † apud eũ eſt pro ratione voluntas, & quod eiplacet, habet legis vigorem. *c. conſtitutus. de relig. domi. c. antiqua, de priuil.* maxime cum circa iura eccleſiaſtica habeat plenariam adminiſtrationem, & liberam voluntatem. *c. 2. de præben. in ſexto. & eſt text. clarus in clemen. 1. in fin. vt lit pend.* Et ad iſtam liberam voluntatem Papȩ circa Eccleſiaſtica eſt pulchrũ conſilium Lud. Roma. *in conſil. 298. incipien. circa præmiſſam dubij conſultationem*, vbi conſuluit, quod in ſpiritualibus † eſt tanta plenitudo poteſtatis Papæ, quod conuentiones ſuper huiuſmodi, ne dum inter ſe & alios, ſed etiam extra ſe inter alios annullare poteſt. 19 20

Nec contra hoc dicatur, quod talis clauſula (*de plenitudine poteſtatis*) non operatur, niſi in leuibus, abſque eo, quod auferatur ius alterius, vt dixiſſe videtur Bald. *in præludiis feudorum. in verb. aliqua*, ibi. *ſed pauca de Principe dicamus*, vt etiam videtur voluiſſe Alexand. *in leg. quidam conſulebant. colum. 4. ff. de re iudic.* quia vltra dictam clauſulam (*motu proprio, & ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*) ineſt clauſula (*non obſtante*) Quo in caſu nemo dubitat, quod † Papa apponendo clauſulam (*non obſtante*) poteſt tertio præiudicare, vt notant communiter Docto. & Ioann. Andr. *in nouella. in cap. 1. de exceſſ. prælat. libr. 6. Bartol. & Docto. in leg. fin. Cod. ſi contra ius vel vti. publ.* & ita tenet expreſſe Baldus. *in dict. verb. aliqua.* vbi dicit, quod clauſula (*non obſtante*) quæ etiam apponitur de ſtylo curiæ, aliud debet operari, quam clauſula (*ex certa ſcientia*) quia apponendo talem clauſulam clare apparet de eius mente, quod intendit vti ſuprema poteſtate, qua vti non poſſunt niſi ſupremi Principes. Ratio eſt, quia auferre ius alterius non pertinet niſi ad ſummum Principem, qui non habet Superiorem, vt eſt Papa, vel Imper. vt formaliter tenuit Pau. de Caſt. 21

in l quotiens. C. de precib. Impe. offer. allegando Alb. de Roſa. ibidem etiam ita tenentem quod eſt ſecus in inferioribus, qui ſuperiorem recognoſcunt. Ita etiam ſignanter voluit Bald. *in l. ſi teſtamento. C. de teſtam.* allegans notata per gloſſ. *in Clemen. quia contigit de relig. domi.* Iſtud etiam voluit D. Anto. *in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtitut.* Et hoc modo limitatur illa doctrina, qua recipitur, quod in dubio Princeps videtur velle vti iure communi, & non ſuprema poteſtate. Bald. etiam. *in l. bonorum. i' vlt. C. qui admit. allegando not. per Io. Andr. in c. dudum. de decim. Bald. in l. fin. in princ. C. de fruc. & lit. expen. vbi alleg. caſum notabilē in l. quanquam. C. de teſtam. milit.* Imo quando Papa apponit clauſulam (*non obſtante*) apparet de eius mente, & non eſt locus præſumptionibus, neq; coniecturis, quod voluerit vti iure communi, ſed ſuprema poteſtate ad validandum priuilegium, *per ea quæ notant Paul. de Caſtr. in conſil. 284. & Alexan. in l. quanquam. C. de teſtam. milit.*

22 Et pro hoc bene facit, quod † Papa debet ſuper omnia cogitare quid agat, ſed poſteaquam vult, & ex certa ſcientia vult, nemo poteſt dicere, cur ita facis? vt dicit Bal. *in d. ver. aliqua* Et dicit notabiliter Pau. de Caſt. *conſ. 284. col. 1. ver. non obſta*, quod
23 poteſt † Papa Eccleſiæ præiudicare in auferendo dominium,
24 etiam ſine cauſa propter eius liberam voluntatem, etiam † apponendo dictam clauſulam (*non obſtante*) poteſt omnia facere,
25 etiam de nihilo aliquid, vt dicit gloſſ. *not. in c. propoſuit. de conceſſ. præb* & ſufficit in Papa pro ratione voluntas; quia † præſumitur omnia facere decenter, cũ non præſumatur concedere non concedenda, vt dicit Bald. *in d. ver. aliqua.* & quælibet ratio motiua ſufficit in eo, etiam ſi auferat dominium alteri, vt declarat Bal. *in l reſcripta. ver tertio quæritur. C. de precib. Imper. offeren.* quia in Papa ſatis eſt, quod putet cauſam ſubſiſtere, vt dicit Bald. *in allegata l. ſi teſtamentum. cum multis, quæ ad hoc propoſitum allegauit Curt. in conſil. 65. in 10. colum. cum ſeq. quæ non refero, quia facile erit tibi videre.*

His

His itaque libatis, deueniendum eſt ad rationes in contrarium allegatas. Et ad primam reſpondetur non eſſe verum, quod ex antiquitate temporis, cuius initii memoria in contrarium non exiſtit, cenſeatur hoc in caſu fundatum priuilegium ante concilium Lateranenſe. Nam ex quo conſtat de primæua conceſſione Muſiorum, & ſic de cauſa originaria (nunquam alia cauſa, ſeu præſumptio, etiam ex longiſſimo tempore) præſumitur, & ſic ceſſat præſumptio tituli ante Concilium Lateranenſe, etiam quod eſt fortius, & iſtud eſt ſingulare, etiam ſi cauſa præcedens eſſet inhabilis, vt ſingulariter declarauit Bar. *in loco extrauaganti. in l. ſolent. in § non vero. ff. de offi. procon. & leg.* vbi notabiliter dicit, quod licet ex longa pręſtatione præſumatur titulus allegatus eſſe verus, iuxta ea, quæ notãtur *in leg. cum de in rem verſo. ff. de vſu. & in l. g ſi certis annis. Cod. de pac.* Attamen iſtud dicitur verum non docto de cauſa, ſeu titulo præcedenti; ſed docto de titulo, vel cauſa præcedenti, ſemper illa pręſtatio refertur ad cauſam, etiam quod eſſet inhabilis. Ideo luce clarius concluditur quod tempus Muſiorum refertur ad cauſam, & titulum præcedentem, & non ad præſumptionem conceſſionis ante Concilium Lateranen. cum de originaria cauſa conſtet, & ſic cum ſumus in claro, & certo tempore, non oportet ire per præſumptiones. *l. ille aut ille. § cum in verbis & leg. non aliter. ff. de legat. 3.* quia † præſumptio cedit 26
veritati. *leg. nuptura filio. ff. de iure dotal. cap. quicunque 81. diſt.*

Stante ergo iſta concluſione, ſterileſcit & alia ratio, dum dicitur, quod Concilium Lateranenſe fuit concelebratum de anno *1279.* tempore Alexandri tertii, quia fabula eſt, imò vt atteſtatur Ioan. Andr. *in c. cum apoſtolica.* de his quę fiunt à pręl. celebratum fuit de anno *1179.* Idem dicit *in c. nemo deinceps. de elect. lib 6* Latius hoc atteſtatur Platina *in li de vitis Pontificum, in vita Alexandri tertij,* vbi dixit, quod anno *1175.* Alexander tertius Alexandriæ nouæ vrbi Epiſcopum dedit, & deinde poſt tres annos Romam profectus, ſtatim Concilium in Laterano

concelebrat,cum quo concordat Ioann.Andr.in locis citatis.

Hoc idem atteſtatur Euſebius de temporibus, ſecundum ſupplementum Cronicorum, & quibus hiſtoricis (*maxime Palatinæ*) ſtandum eſt, cum illum librum compilauerit auctoritate Sixti Papæ quarti, vt declarat Bartol. & alii ſequuntur *in l.1.ff.ſi cer.pet.* Facit tex. *in c. cum cauſam. & ibi Dd. de proba. & l. cenſus.ff.eo.de probat.*

Conſtito ergo de certo tempore Concilii, clariſſime demõſtratur, conceſſiones Muſiorum ex earum inſpectione fuiſſe factas poſt dictum Concilium. Nec militat alia ratio, in quantum dicitur, quod ſufficit probare, quod feudum ſit antiquum, videlicet ſemper tentum per laicum abſque con-
27 traria memoria; quia † imo requiritur probatio communis opinionis ſuper antiquitate feudi, videlicet, quod feudum decimale fuit habitum ante Concilium Lateranenſe vltra probationem poſſeſſionis antiquiſſimæ, vt voluit Ioann. Andr. *in d. c. cum apoſtolica.* quem ibidem ſequitur Abbas Panor. & eſt communior opinio, non obſtantibus deductis in contrarium, quia eam ſequuntur fere omnes Dd. vt atteſtatur Peruſ. *in ca. 2. in § ſane. de decim. in 6.* Hoc etiam ibidem tenuerunt Pet. de Anch. & Gemin.

Nec obſtant, nec ad propoſitum faciunt auctoritates Peruſ. & Petr. de Ancha. *in allegat. cap. 2. de decim.* vbi dicunt, quod priuilegium conceſſum ſuper decimis non ſoluendis alicui monaſterio, non intelligatur de decimis, quæ per feudum antiquum ante Concilium Lateranenſe per aliquos laicos poſſidebantur, niſi de hoc facta fuiſſet mentio. Quia etſi luce clarius ſupra demonſtratum ſit, conceſſiones Muſiorum factas fuiſſe poſt iam dictum Concilium: attamen (quod eſt fortius) etiamſi dictæ decimæ fuiſſent conceſſæ Muſiis ante dictum Concilium, (quod omnino non conceditur) nihilominus iſtud nihil eſt; nam prædicti Docto. ad faciendam

iſtam ſuam concluſionem mouentur per text. *in dict. cap. dudum. & in dict. cap. 2. in princip.* quia loquuntur, quando conceduntur decimæ noualium. Quæ verba (*noualium*) cum ſint repetita. *in d. cap. 2.* dici non poteſt, quod ſint poſita per modum narrationis, & nihil operentur, & ſic ſecus eſt, ſi conſiderentur aliæ decimæ, quod tunc non probat ille text. nec iura per eos allegata, quod priuilegium non teneat, dato quod de poſſeſſione alterius non ſit facta mentio, imo potius eſt dicendum contrarium, ſicut etiam valet exemptio, ſi Papa eximit monaſterium ab alio poſſeſſum, licet de poſſeſſione alterius mentionem non fecerit, vt dicit Imo. *in d. c. 2. dudum. de decim.* Et licet Imo. ibi dicat ſecus eſſe in priuilegio decimarũ, & maxime noualium, ex quo verbo maxime apparet, quod velit illud. c. locum habere etiam in aliis decimis: tamen ratio, quam ponit ibi, locum non habet, niſi in decimis noualium.

In quantum dicit, quod ideo non valet tale priuilegium in præiudicium poſſeſſionis, quia talia cum minori difficultate conceduntur, quam priuilegium exemptionis, ad quam præſumitur Papa proceſſiſſe cum maiori deliberatione, & conſtito ſibi de poſſeſſione alterius: ſi enim erant aliæ decimæ, quam noualium, vt in caſu iſto, debuit Papa præſumere, quod erant ab aliquo poſſeſſæ. *argument. leg. cum quærebatur. Cod. vnde vi.* nec facile debuit eas concedere, niſi cauſa cognita. Et propterea dixit Ioann. Andr. *in dict. cap. dudum. in ver. noualium*, illud ca. non procedere in priuilegio ſimpliciter impetrato ſuper decimis non ſoluendis, & ratio diuerſitatis colligitur ex præmiſſis, quia in noualibus communiter agitur de modico præiudicio, aut de nullo. Ideo Papa facile concedit priuilegium. Cum ergo reperiatur, quod priuilegium poſſet eſſe damnoſum alteri, qui poſſidebat tempore impetrationis, declaratur in dictis iuribus priuilegium non valere, quia veriſimile eſt, quod ſi concedens ſciuiſſet de poſſeſſione alterius, non fuiſſet facilis ad concedendum priui-

priuilegium, quæ ratio ceſſat in aliis decimis. Tunc enim conſtat quod concedens voluerit alteri præiudicare, cum præſumatur cum maiori deliberatione, & conſtito ſibi de poſſeſſione alterius, & ſic cum caſu iſto ſimus in aliis decimis, quam noualium, illa iura allegata per Peruſ. & Pet. de Anc. nihil faciunt. Ita formaliter & in indiuiduo conſuluit & declarauit *D. Car. Floren. in conſilio 93. quod incip. Fauendo pupillis. in 3. & 4. colum.* vt etiam refert & ſequitur Decius *in allegat. conſil. 113. in penul. & vlt. col.*

Non obſtant etiam rationes adductæ per Lap. *alleg. 84.* & per Felin. *in tract. quando literæ Apoſtolicæ noceant patronis Eccleſiarum*, quia ibi in dubio prædicta conſiderantur, ſecus quando apparet ex natura & qualitate rei Papã voluiſſe præiudicare tertio, vt ſupra dictum fuit; & clarius infra dicetur, vt etiam declarat Ang *in l. fin. in vlt. col. ff. de conſtit. princ. & D. Anto. in c. olim. de ver. ſig.* & latiſſime diſſeruit hoc Dec. *in allegato conſi. 113. in pen col.* Et quod prędictæ auctoritates procedant in dubio, voluit etiam Soc. *conſi. 297 ad fin. pen col.*

Vel aliter, & melius prædictę auctoritates non obſtant, quia vt refert ibi Lap. allegando Hoſtien. & Io. An. Papa reſcribendo Prælatis Anglię declarauit, quod quando ſcribit pro aliquo beneficiando, non eſt ſuæ intentionis, quod ei conferatur Ec-
28 cleſias, in qua patronus laicus obtineat patronatum, & † intentio Papæ magis attenditur, quam attendantur verba. *cap. præterea, & in cap. intelligentia, de verb. ſignif. leg. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſat. tut.* ibi, *ergo conſtabat de intentione Papæ.* Igitur, &c.

Non obſt. alia ratio, qua dicitur, quod priuilegium, quatenus reſpicit præiudicium tertii, debet ſtrictiſſime interpretari, quia prædicta procedunt in dubio, & quando verba priuilegii hoc patiuntur; ſecus quando conſtat de intentione Papę, vt hic conſtat: quia Papa in ipſo priuilegio vtitur clauſula, *motu proprio, ex certa ſcientia, & mera liberalitate, & de plenitudine poteſta-*

poteſtatis, & ipſos Monachos à ſolutione decimarum exemit, tam pro bonis acquiſitis, quam acquirendis. Quo in caſu conſtat de expreſſa intentione Papæ: ergo verba ipſius priuilegii non patiuntur ſtrictam interpretationem, imo latiſſimam. Ita not. concludit Panor. *in c. olim. ſuper gl. 1. in ver. ſecund. intellectus. de ver. ſingif.* per illum tex. qui dicit, quod † beneficia Principum ſunt latiſsime interpretanda. Ita etiam per plures rationes (tollendo iſtud obiectum) conſuluit Dec. *in ſæpe dict. conſilio 113. in 3. colum. in verſic. non obſt. & Sccin. in conſil. 297.* 29

Nec ſimiliter obſtat, in quantum dicitur, quod priuilegium, quod † multum nocet, & affert enorme damnum, non eſt ſeruandum, quia iſtud eſt verum, niſi Papa ſupponat clauſulam, *non obſtante canone, à quo cauſatur ius tertij*, quia tunc videtur eum abrogare. *c. ex parte. il. 2. de offi. dele. vbi etiam per Archid. & aliquid 25. q. 2. in ca. ſumma. ad fin. & facit gl. in c. præceptis. 12. diſt. & ibi per Gemin.* Ergo, cum in priuilegio conceſſo Monachis ſit appoſita clauſula generalis concilii, *& quibuſcunque aliis apoſtolicis, vel prouincialibus, aut Synodalibus conſtitutionibus nequaquam obſtantibus, à quibus cauſatur ius tertij*, ergo carollarie ſequitur, quod † etiam vbi priuilegium multum noceret tertio, quod omnino illud eſſet ſeruandum. Et tanto magis; quia non eſt verum dicere, quod priuilegium hoc multum noceat tertio, & enorme damnum afferat Muſiis, cum non abſorbeat in totum feudum Muſiorum; ſed illi duntaxat aliquid detrahit. Quo in caſu † ſecundum priuilegium valet, licet de primo mẽtionem non faciat, vt not. voluit Hoſt. *in ſum. de reſcrip. in §. quod cui præiudicet*, vbi ad terminos iſtos voluit, quod ſi alicui Abbati detur priuilegium generale, vt percipiat vniuerſas decimas alicuius Parochiæ, & ab omnibus exigat, & in proprios vſus conuertat: demum aliquis de Parochia impetrat immunitatem, non facta mentione priuilegii Abbati conceſsi, concludit, ꝙ tale priuilegium valet, cũ non abſorbeat in totum priuilegium, ſed illi aliqualiter detrahat, & per conſequens non 30 31 32

poteſt dici, quod multum noceat, nec enorme damnum afferat, ſed ſic eſt in caſu Monachorum, cum eorum priuilegium ſolum aliquid detrahit feudo Muſiorum, & illud in totum nõ abſorbet, quam Theoricam Hoſt. ſequuntur Ant. Abb. Imo. & Felin. *in c.1. de reſcrip.*

Nec ad propoſitum facit conſilium Rom. *numer. 180.* quia Papa ibi narrabat in priuilegio conceſſo non facto ſuo, ſed aliorum, & ſic ex dictis verbis narratiuis non inducebatur aliqua probatio, nec iuris præſumptio. *cap. ſi Papa. de priuileg. in 6. & clem. 1. de probat. cum materia.* Nihil mirum ergo, ſi parum operabatur. Nec militat conſil. Panormi. *de quo ſupra.* quia illud conſilium procedit fauore iuris patronatus laicorum, quia conſtabat de intentione Papæ, *vt ſupra firmaui.*

Nec valet alia ratio, in quantum dicitur, quod ad hoc, vt priuilegium noceat tertio, requiratur expreſſa derogatio cum clauſula, (*non obſtante*) in quantum Eugenius de plenitudine poteſtatis, & aliis clauſulis in priuilegio enarratis, facit immunes Monachos pro quibuſcunque poſſeſſionibus, vbilibet conſtitutis, quæ in præſenti ſunt, vel in futurum erunt, & quod nullus ab ipſis primitias, decimas, quarteria, aut quocunque alio nomine cenſeantur, exigere, vel extorquere præſumat, nec aliquibus ſoluere teneantur, nec à quocunque directe, vel indirecte compelli poſſint, generalis concilii, & quibuſcunque aliis apoſtolicis, vel prouincialibus, vel Synodalibus conſtitutionibus nequaquam obſtantibus, cum clauſula decreti annullatiui. Per quæ verba clariſſime colligitur, quod Papa etiam intellexit de decimis, quę ſoluebantur alii, quam Eccleſiæ, in quantum dicit (nec illas a-
33 liquibus ſoluere teneantur) quia † verbum, *aliquibus*, cum ſit diſtributiuum, verificatur in qualibet perſona, per eius vniuerſalitatem, & per conſequens verificatur in aliis perſonis, quam in Eccleſia, *argum. notatorum in clem. 1. de fo. compet. & per*

Imol.

Imol.in c.ſi.de don.late Moder.in l.certi iuris. Cod. de teſta.mil. Alexan. conſ.40.& conſil.71.in 4.vol.Soc.in conſi.20.ad fin.in 1.volum.nouiter impreſſi.

Item in quantum dixit, *nec à quocunque compelli poſſit, derogando etiam conciliis & aliis*, de quibus ſupra, quæ † verba (*quocunque*) cum ſint vniuerſalia, præciſa, & prægnantia, comprehendunt etiam maiora expreſſis, vt eſt gloſſa *in clem.2.in verb.quamuis.de reb. Eccleſi. non alie.* 34

Nam talia verba geminata multum operantur. *leg. Baliſta. ff.ad Trebell. & ita ad hoc propoſitum conſuluit Socin. in dict. conſil. 297. & Decius in dict. conſil.113.* Et ſic ex iſtis clariſſime concluditur, quod ineſt in dictis priuilegiis conceſſis Monachis expreſſa derogatio cum clauſula, *non obſtante*, & cum clauſula decreti annulatiua, quæ operatur, vt conſenſus partium nihil poſſit operari contra voluntatem concedentis priuilegium. *Gloſſ. notat. in cap. ſtatutum. ad fin. princip. in verb. committatur, & in cap. diſpendia, in verb. proceſſus. de reſcrip. in 6.* iunctis his quæ vult gloſſ. *in clem. 1. in verb. inhibentes, de iur. patro. cum concordan. traditis per Moder. in leg. pacta quæ. Codic. de pact.*

Nec ſimiliter obſtant ſententiæ latę in fauore Muſiorum, etiam ante priuilegium Monachorum, quia nihil ad rumbum faciunt contra hos Monachos priuilegiatos, cum latæ fuerint contra Abbates Conuentuales tunc non priuilegiatos.

Nō obſtat alia ratio, qua dicitur, quod Princeps diſponendo in his, quæ ſunt iuriſgentium, & in dominio alteri ex contractu quæſito, non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis tale ius dominii auferre laico, niſi cum cauſa; quia reſpondetur, quod imo Papa in eius priuilegio cum cauſa expreſſa, exemit Monachos à ſolutione decimarum; ſcilicet vt Monachi ipſi quietiori animo valeant Altiſſimo reddere vota, ac pro ſalute fidelium

exorare & ſic Rempubl. concernente. Quo caſu veriſſimam
habemus iuris concluſionem, quod Princeps ex cauſa poteſt
dominium alterius priuati auferre, licet non ſine cauſa; & iu-
35 ſta † dicitur cauſa, quando fit propter publicam vtilitatem,
vt dixit gloſſ. ord. *in l. Barbarius. in ver. multo magis. ff. de offic. Prat.*
ab omnibus indifferenter approbat. vbi latiſsime per Iaſ. Hanc con-
cluſionem etiam firmant Cano. *in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit.*
& Curt. conſi. 48. in 10. colum. in ver. 6. probatur, vbi multa ad hoc alle-
gat, maxime Pau. de Caſt. conſi. 227. incip. ſuper 1. dubio. in 2. col. ver. 4.
principaliter & latius in pen. & vlt. col. Et in hoc nemo diſcrepat,
36 quin Papa † poſſit tollere dominium alterius, tam vtile quam
directum

Sed profectò ſi bene conſiderentur priuilegia Monacho-
rum, ſumus extra iſtos terminos; quia Papa in dictis priuilegi-
is non tollit dominium alteri quæſitum ex contractu; ſed pri-
uilegiando mandat, ne decimæ à Monachis exigantur, nec ad
decimarum ſolutionem cogi poſſint; & per conſequens non
tollit contractum, qui eſt de iure gentium, ſed tollit actionem
deſcendentem ex contractu, in quantũ dicit (*non exigantur, nec*
compelli poſſint) quæ actio eſt de iure ciuili *l. 2. § deinde ex his. ff. de*
37 *orig. iur.* Et quæ inducta ſunt † à iure ciuili (*etiamſi ſint magni præiu*
dicij) poſſunt tolli per Principem. *c. 1. de conſti. lib. 6.* Ita formali-
ter declarauit D. Alex. *in l. ſi quis iniquum. in § ſi is, pro quo. in 3.*
not. vbi omnes moder. ſequuntur. ff. quod quiſque iur. & iſta ratio tol-
lit multa fundamenta facta in fauorem Muſiorum, de quibus
ſupra.

Non obſtat alia ratio, in quantum dicitur, quod priuilegi-
um Monachorum non operatur, niſi inter ſubditos Eccleſiæ,
non autem inter ſubditos Imperii, cum non ſint temporali-
ter ſubiecti Papæ: quia ad hoc facilis cadit reſponſio. Quia li-
cet quis non ſit ſubditus: ſi tamen res, cuius dominium aufer-
tur, eſt de iuriſdict. Principis auferentis, vt in caſu iſto, cum
decimæ ſint de iuriſdict. Papæ, videtur quod hoc Papa poſſit
facere,

facere, etiam contra non temporaliter ſubditum, *arg. c. ſane, de fo. comp. & in c. ſi eo tit. & in l. fin. C. vbi in rem act. Facit tex. in l. formam. §. ſi vero. ff. de cenſ. & in c. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. lib. 6.* & ita declarauit Dec. *in d. c. quæ in eccleſiarum. in 12. col. ver. ſed quantum ad propoſitum.*

Non obſtat ratio, in quantum dicitur, quod cum priuilegia Monachorum contineant plura, & ſeparata capitula, & in ipſo capitulo emptionis non reperiantur appoſitæ dictæ clauſulæ (*de plenitudine poteſtatis, &c.*) quia tunc non debet extendi de vno ad alium: quia imo talis clauſula extenditur, quando clare apparet de mente volentis derogare, quæ in hoc caſu clare apparet. Nam in ipſo c. exempt. vſus eſt Papa clauſula (*non obſtante*) per quam clare apparet, quod voluit vti ſupremo iure poteſtatis ſupremæ, & ſic plenitudine poteſtatis, vt notab. declarauit Bald. *in l. teſtam. quem indifferenter omnes ſequuntur. C. de teſtam. vt latius declarauit Felin. in c. nonnulli. in l. Falc. quarta Fallentia. de reſcript.* præter id, quod illa clauſula (*de plenitudine poteſtatis*) eſt principalis & diſpoſitiua ipſius priuilegii, & ideo eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentium, quam clauſula ſequens ad determinationem præcedentium, vt not. Bar. *in l. quiſquis. per gl. ibi. ff. de leg. 3. & in l. auia. in princ. ff. de cond. & demon. & in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. in 1. col. ff. de edendo. Pau. de Caſtr. & Raph. Fulgoſ. in l. 1. C. de lib. præter. conſuluit. Rom. conſi. 503. ibi. in ip. D. diligenter inſpectis.*

Non obſtant aliæ, & vltimæ rationes adductæ, de quibus per D. Alex *in alleg. conſi. 122. vol. 2. alias 123. & 122. vol 4.* quia ibidem in d. conſiliis non aderat clauſula (*non obſtante*) prout in priuilegio Monachorum, præter id, quod loquitur in inferiore à Principe, qui non poteſt vti talibus clauſulis, vt ibid. per D. Alex. Imo nihil faciunt, quia loquuntur, quando procedebat ſine cauſa, quod eſt ſecus in caſu iſto, in quo proceſſum eſt cum cauſa concernente publicam vtilitatem. Nec ad propoſitum facit conſ. Soc. quia loquitur, vbi Princeps in dubio mandat,

dat, ſiue concedit, ſecus in caſu, vbi clare apparet de clara diſpoſitione concedentis, & in claris non eſt opus coniecturis, vt ſupra firmaui.

Et tanto minus obſtant, quia in caſu Monachorum vltra clauſulam (*plenitudinis, poteſtatis, motu proprio, & ex certa ſcientia*) ineſt etiam, vt dixi, clauſula (*non obſtante*) per quam videtur velle præiudicare tertio, vt ſupra late diſſerui. Imo talis clauſula, *non obſtante*, operatur mentionem ſpecialem, & dicitur ſufficientiſſime derogatum. Bar. *in l. ſi quis. in prin. ff. de leg. 3. Angel. & Paul. de Caſtr. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1.* & præſertim cum talis clauſula ſit multum pinguis, cum dixerit (*non obſtantibus quibuscunque Concilij generalis, & quibuscunque aliis apoſtolicis, vel prouincialibus vel ſynodalibus conſtitutionibus*) quia tunc non ſolum tollit præterita, ſed etiam futura, vt latiſſime diſſeruit Curt. *in conſi. 33. in 1. colum.* & tanto magis, quia conceſsio immunitatis decimarum, conceſſa Monachis, eſt geminata, & per conſequens habet vim clauſulæ (*ex certa ſcientia, motus proprij, & non obſtantibus*) vt notabiliter voluit D. Alex. *in dict. l. ſi quis iniquum. ff. quod quisque iur. allegando plures Docto. hoc tenennentes, per text in §. hoc vero iubemus.* vbi Ang. etiam hoc ponderauit *in Authent. vt nulli iudicium, cui addo idem velle Bald. & Raph. Fulg. in l. nec damnoſa. C. de precib. Imper. offer. & melius Raph. Fulgo. in leg. reſcripta. Cod. ſi contra ius, vel vtil. publ. Ioann. Andr. in nou. in cap. 1. de exceſſ. prælat. & D. Anto. in c. 1. ſi quando. in princ. vlt. colum. in ver. ſexto fallit, & in cap. nonnulli, in 19. colum. in verſi. ſexto fallit, de reſcrip.* Et tanto magis in caſu iſto habet vim clauſularum, de quibus ſupra, quia ſecunda conceſſio facit mentionem de prima, alias conceſſio geminata nullum operatur effectum. Ita ſingulariſſ. limitauit Bal. *in l. 2. C. de bon. pet. ſub. lib. 10.* quã refert & ſequitur Cur. *in d. l. ſi quis iniquum, & Iaſ. in d. l. nec damnoſa,* & quam limitationem ignorauit Felin. *in d. c. nonnulli.* & multum iſtæ diſpoſitiones geminatæ, etiam extraiudiciales, quia habent vim diſpoſitionis iudicialis. Bar. *in l. cum ſcimus*

C. de

C. de agr. & cenſ. lib. 11. Et ſic cum laude Dei remanent ſublatæ omnes rationes adductæ contra Monachos, & ex conſequenti remanet ſolida & firma intentio Monachorum, ſicut firma petra. Laus Deo.

Marij Anguiſſ. Placen. V. I. D.

CONSILIVM VI. EIVSDEM D. MARII ANGVISSOLAE, De Decimis.

Summaria.

1 *Laici de decimis infeudari non poſſunt.*
2 *Titulus perpetuus dat ius vtile.*
3 *Decimæ ſunt quid ſpirituale, cuius iuris laicus non eſt capax.*
4 *Fructus decimarum poſſunt concedi laico ad vitam ipſius laici.*
5 *Inueſtitura (etiam ad modicum tempus) non poteſt fieri de decimis, vel de iure decimandi.*
6 *Per ſimplicem locationem non transfertur aliquod ius.*
7 *In claris non eſt locus coniecturis.*
8 *Ius decimandi non poteſt locari laicis, ſed bene fructus ad tempus.*
9 *Si pater accipit feudum pro ſe, & heredibus, & ſucceſſoribus quibuscunque, tunc feudum tranſit ad heredem extraneum, & etiam ad legatarium.*
10 *Verba, pro ſe, & ſuis heredibus, omnino non comprehendunt extraneos heredes, & alios inhabiles.*
11 *Verba, pro ſe, & ſuis heredibus quibuſcunque, intelliguntur de heredibus ſuccedentibus ab inteſtato.*
12 *Fæmina eſt feudi incapax, niſi in ceſſione feudi aliter nominatim expreſſum ſit.*
13 *Solus prælatus Eccleſiæ propter bene merita recipientis, poteſt alienare naturam feudi, vel emphytheuſis, concedendo in fæminas, & in alias generationes, alias non permiſſas.*

14 Paria

14 *Paria non ſunt conſtare, & non competere.*

15 *Res Eccleſiæ non poſſunt, non ſeruatis ſolemnitatibus, alienari, etiam quo ad vtile dominium tantum.*

16 *Ad præſumendum actum ſolemniter geſtum ſufficit ſpatium decem annorum.*

17 *Nulla eſt maior probatio, quam illa, quæ fit per rei euidentiam.*

18 *Per antiquitatem omnia præſumuntur acta: ſi tamen acta & inſtrumenta non reperiuntur, ex quorũ tenore poſſit colligi & deprehendi defectus.*

19 *Non ſtatur illi præſumptioni, quæ oritur ex temporis longinquitate, quando tollitur per euidentiam facti, quæ plane aufert omnem præſumptionem contrariam.*

20 *Quando non agitur de præiudicio alterius, tunc ſpatium decem annorum ſufficit ad præſumendum ſolemnitatem, vel conſenſum.*

21 *Solemnitates à iure requiſitæ non debent præſumi ex temporis longinquitate.*

22 *De iure res non debet regulari ſecundum naturam contractus, ſed contractus debet regulari ſecundum naturam rei deductæ in contractu.*

23 *Stipulatio, licet ſit de natura ſui tranſmiſſibilis ad heredes: tamen ſi vſusfructus in ea deducatur, non eſt tranſmiſſibilis ad heredes.*

24 *Contractus debet regulari ſecundum naturam contractus, de qua magis participat.*

25 *Feudum non eſt proprie contractus, ſed gratiæ, quia magis participat de lucro & beneficio, quam de onere.*

26 *Illa dicitur noua inueſtitura, per quam antiqua non ſeruatur.*

27 *Non videtur noua inueſtitura, per quam antiqua tantum conſeruatur.*

28 *Eſt ſpeciale in dote, quod feudum dari poſſit in dotem.*

Veni-

VEniendo breuiter ad rei deciſionem dico, quod
inueſtitura feudalis facta de decimis plebanis
de ſeptima, & aliis locis fuit nulla, cum † laici de 1
decimis infeudari non poſſint. *c. quamuis. de deci.*
& ratio eſt, quia † titulus perpetuus dat ius vtile. *l. 1. & 2 ff. ſi a-* 2
gr. vect. Sed † decimæ ſunt quid ſpirituale, cuius iuris laicus 3
non eſt capax. *vt habetur in c. cauſam quæ. de præſcrip. faciunt etiam*
notata in c. fin. ne præl. vi. es ſuas. & glo. *in d. ca. quamuis.* vult, quod
fructus † decimarum poſſint concedi laico ad vitam ipſius lai 4
ci. Sed hoc non poteſt etiam fieri ſine cauſa, vt ibi dicunt Dd.
Sed in caſu noſtro inueſtitura facta in dom. Galutium, fuit ſine
cauſa facta in perpetuum. *Igitur & cæt.*

Imo fortius dico, quod † inueſtitura (etiam ad modicum 5
tempus) non potuiſſet fieri de ipſis decimis, vel de iure deci-
mandi, & hoc firmat Bald. (ſi bene ponderetur) *in l. vſumfru-*
ctum. ff. ſolut. mat. vbi dicit, quod ſi prælatus dicat; loco decimas
laico, & ſic inueſtitura fiat de ſimplici locatione, quod ideo te-
net, quod hæc locatio ad modicum tempus facta ſit de deci-
mis, quia per ſimplicem locationem non transferatur aliquod
ius. *leg. 1. & 2. ff. ſi ager vect. l. non ſolet. ff. loc.* & ſic non intelligitur
locatum aliquod ius decimandi, cum nullum † ius per ſim- 6
plicem locationem transferatur, ſed hoc caſu non intelligi-
tur facta locatio, niſi de fructibus percipiendis ex ipſis de-
cimis.

Cum ergo in iſta inueſtitura perpetua, facta in dictum Ga-
lutium, agatur de translatione iuris decimandi, vt prædixi,
ergo non potuerunt illa verba de decimis fructuum decima-
rum tantum intelligi: ſed tantum intelligentur de ipſo iure
decimandi, & ſic inueſtitura erit nulla. Sed præſens caſus non
eget interpretatione, cum † in claris non ſit locus conjectu- 7
ris. *l. continuus. § cum ita. de verb. oblig. cum vulg. rib.* & inueſtitu-
ra, de qua ſupra, non eſt facta de decimis ſimpliciter, nec de
fructibus ipſarum decimationum. Sed expreſſe eſt facta de iu-

re decimandi, ergo erit ipſo iure nulla, vt eſt caſus clarus & a-
8 pertus *in cap. veſtra. de locat.* & ibi ſubiicit gloſſ. quod † ius decimandi non poteſt locari laicis, ſed fructus ſic. Et ſic vult illa gl. quod locatio fructuum decimarum poſsit fieri laico ad tempus, non autem in perpetuum, & ibi etiam ſubiicit D. Anto. de Butr. quod ius decimandi etiam ad tempus fieri non poſſit.

His itaque libatis videndum erit, an dict. feudum potuerit transferri in dominam Catharinam de Lando per Luchinum Lecacorium, in quo reperitur dicta inueſtitura, cum additione illius clauſulæ. (*& cui dederit*)

Et videtur prima conſideratione, quod ſic; quia illa verba, *& quibus dederit*, de proprio ſignificatu comprehendunt etiam extraneos vniuerſales aut ſingulares ſucceſſores; & ſunt tantæ potentiæ, quod vbi alias in alienatione rei emphyteuticæ, vel feudalis requireretur conſenſus domini. *iuxta cap. 1. in princ. de prohib. feud. alienat. per Feder.* tamen virtute horum verborum Vaſallus, aut emphyteuta, poterunt alienare, domino aliter non requiſito; quia ſufficit à principio domini voluntatem interueniſſe, prout expreſſe & ſignanter firmat Bald. *in l. cum eſſent. §. 1. qui incipit plurimum. ff. de ſeruit. ruſt. præd. mouentur per illum text. & dicit ibi Baldus. quod ad hoc ille text. eſt multum menti tenendus, & etiam illum text. ad hoc multum notat in terminis. in cap. primo de feud. non haben. propr. natu. feud. Faciunt notata per Angel. in leg. qui Romæ. §. duo fratres. in vltim. colum. ff. de verb. oblig. facit etiam quod in ſimili multum eleganter dixit Bald. in l. 1. ff. de rer. diuiſ. arg. l. id tempus. § fin. ff. de vſucap. & in leg. in conuentionibus. ff. de verb. oblig. & in cap. Imperialem. in*
9 *princ. de prohib. alien. feud. per Feder.* vbi concludit, quod † ſi pater accepit feudum pro ſe & heredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq;, tunc feudum tranſit ad heredem extraneum, & etiam ad legatarium. *Allegat etiam textum in d. c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. & ſeq. Ludo. Roman. in l. etiam. ff. ſol. matr. facit tex.*

optimus

optimus in l. 1. § permittitur. ff. de aqua. quot. & æſt. vbi etiam habetur, quid importent iſta verba, *pro ſucceſſoribus quibuſcunque.*

Iſtis tamen non obſtantibus procul dubio amplector contrariam partem in parte, quod illa verba, *& inueſtituræ facta pro ſe, & ſuis heredibus, & quibus dederit*, non habent aliquem effectum in caſu præſentis quæſtionis, & conſequenter, quod virtute illorum verborum non potuit fieri aliqua conceſſio feudi in præfatam D. Catharinam.

Et quod iſtud ſit verum, præſuppono caſum in fortioribus terminis, ſcilicet quod etiam ſi conceſſio feudi facta fuiſſet ipſi domino Corrado pro ſe, & ſuis heredibus quibuſcunque. Quæ verba, quantum importent, & quanti ſint effectus, patet ex præmiſſis, maxime cum ſint verba geminata. *iuxta l. g. Baliſta. ff. ad Trebell.* Tamen † iſta verba, *pro ſuis heredibus quibuſcunque*, non comprehendunt omnino extraneos heredes, & alios inhabiles. Ita ſignanter firmat Bal. *in c. 1. §. donare. in tit. qual. olim. feud. pot. alien.* vbi damnauit doctrinam ſuam *in d. l. prima. & in dict. cap. Imperialem*, & ideo concludit, quod illa † verba, *pro ſe, & eius heredibus quibuſcunque*, intelligantur ſolum de heredibus ſuccedentibus ab inteſtato. Facit optime textus *in leg. ſi quando. Cod. de inoffic. teſtam.* Quanto ergo minus dicemus, quod aliqua conceſſio feudi potuerit fieri in dictam dominam Catharinam virtute illorum verborum ſimplicium, *& quibus dederit*, maxime quia in caſu noſtro eſſet alienare naturam feudi, & ipſum dupliciter impropriare. Vno modo ratione heredum, quia ipſa eſt de Lando, & conſequenter non eſt agnationis ſupraſcripti Corradi inueſtiti, vt ſupra, cum illa clauſula (*& quibus dederit*) quod eſt alienum à feudo. Item ex alio impropriaretur dictum feudum, quia ipſa domina Catharina eſt † fœmina, & conſequenter feudi incapax, niſi in conceſſione feudi aliter nominatim expreſſum ſit, *vt dicit ex in. cap. 1. §. fin. ex quibus cauſ.*

10

11

12

L 2 feud.

feud amitt. Quę duę ſpecialitates, ſiue ſingularitates circa idem concurrere non poſſunt. *l. 1. C. de dot promiſſ.* vnde illa verba, *& quibus. dederit*, non debent aliquid operari in fauorem dominæ Catharinę de Lādo, imo etiam ſi eſſent magis generalia, eſſent etiam reſtringenda, per notata *in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. 1. §. item nunciatio. ff. de oper. nou. nunc* Accedat etiam quod alibi pulchre voluit Bald. *in l ſi is. C. de fur.* cuius deciſio non poſſet melius conuenire in præſenti propoſito; pone, dicit ibi Bal. quod ego dedi tibi pecunias, vt eas donares cui velles: tamen propter iſtam generalitatem & amplitudinem verborum, *cui velles*, non poterit tibi ipſi iſte donare has pecunias, & eas retinere, & allegat optimum tex. *in argumentum in l. ſi mandauero. §. ſi tibi. ff. mand. & text. in ca. cum ſibi. de teſt.* Si ergo iſta verba, *dones, cui volueris*, quæ ſunt prolata in fauorem, & contemplatione iſtius, cui datæ ſunt pecuniæ, non ita generaliter intelliguntur, vt eas ſibi ipſi donare poſſit, quod videbatur magis admittendum, quanto minus illa verba, *p otes, & cui ded ris*, erunt ita late intelligenda, vt duplex impropriatio & alteratio feudi eueniat. Vnde concludo, quod illa verba, *& quibus dederis*, non ſunt ita late intelligenda, vt etiam includant dictam dominam Catharinam de Lando fœminam, & alterius agnationis, cum ſint duæ improprietates, vt prædixi.

Nec obſtat approbatio, ſiue confirmatio dictæ inueſtituræ factæ per quendam Bernardum de Gluſiano aſſertum Syndicum Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Placent. in dictam dominam Catharinam, quia dico, quod verum eſt, quod † ſolus prælatus Eccleſiæ propter benemerita recipientis, poteſt alterare naturam feudi vel emphyteuſ. concedendo in fœminas, vel in alias generationes, alias non permiſſas, vt voluit Nicol. de Neapol. Iac. de Belui. & Aluar. *in c. 1. in prin. qui feud. dar. poſſ. & Dom. Card. in c. fin. in 3. quæſt. ext. de feud.* quia hoc eſſet verum, quando in conceſſione facta ipſi dominæ Catharinæ fieret mentio de dictis benemeritis, & vltra etiam requireretur, quod ipſa bene-

13

neme-

nemerita probarentur, vt voluit gloſſ. *& omnes in l. donatione. C. de collat.* & notat Feder. de Sen. conſulens in præſenti caſu. *in conſi. incipien. Quidam prælatus exemptus.* Quæ omnia ceſſant in præſenti caſu; ergo confirmatio facta per d. Bernardum de Gluſiano ſyndicum nomine prædicti Do. Epiſcopi, non præcedentibus, neq; probatis benemeritis, tanquam alterans naturam feudi erit nulla.

Pondero etiam, quod in dictum Corradum auctorem prędictæ dominæ Catharinæ fuerunt translata iura, quæ habebat Martinus Zanardus, ſiue eius fratres. Sed quæ iura habebat Martinus Zanardus; ſiue eius fratres, non conſtat, neque apparet, vnde † paria ſunt, non conſtare, vel non competere. *l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tutela.* 14
Vnde dictus Corradus plus non potuit transferre in ipſam dominam Catharinam, quam ipſe haberet. *l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin.* imo cenſebitur hoc caſu eſſe relatum ad referens *l. aſſe toto. ff. de hered. inſtit. l. inſtitutio ff. de condit. inſtit. l. ſi ita ſtipulatio. ff. de condit. & demonſtr.*

Item aduertendum eſt, quod in dicta inueſtitura facta in auctore præfatæ dominæ Catharinæ, nec in ipſam D. Catharinam de Lando ſeruatæ fuerunt ſolemnitates à iure requiſitæ. *de quibus in ca. ſine exceptione. 12. q. 2. Authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccl. ſ. & in c. 1. de his quæ fiunt à præl. & in c. 1. & ibi gloſſ. de reb. eccleſ. non alien. in 6. & alibi ſæpe.* Quæ quidem ſolemnitates erant ſeruandæ in caſu dictarum inueſtiturarum; cum agatur de translatione ſaltem vtilis dominii. *c. 1. de reb. eccleſ. alien. fact. & habetur in c. 1. de ca. Corr.* quia † res Eccleſiæ etiam non poſſunt 15
(*non ſeruatis ſolemnitatibus, de quibus ſupra*) alienari, etiam quo ad vtile dominium tantum. *cap. 1. & ſequen. de rebus eccleſ. non alien. in 6. & textus. & ibi omnes in cap. 1. nulli. de rebus eccleſ. non alien.*

Non obſtat, ſi diceretur, quod † ad præſumendum actum 16
ſolemniter geſtum, ſufficit ſpacium decem annorum, vt di-

cunt Dd. *in leg. ſi filiusfamil. Cod. de petit. hered. per illum text. & notatur per Hoſti. in cap. licet. Haly. de Sim. & per Innocent. in cap. illud. de præſumpt. per Bald. in leg. ſiue poßidetis Cod. de probat. per eundem Paul. in l. poſt nouem. ff. de adopt.* vbi etiam ſingulariter loquitur Moder. *in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* quia dico hoc procedere niſi adeſſent publica inſtrumenta tunc temporis confecta, ex quorum inſpectione appareret oppoſitum, ſcilicet tractatus, & alias ſolemnitates non interueniſſe, & ſic non ſumus in caſu alicuius præſumptionis, quemadmodum probatur hęc negatiua, quod quis non ſit ſoluendo per librum æſtimi, ex eo quia tunc in ipſo libro æſtimi non fuerunt deſcripta alia bona, niſi ea, de quibus ibi fit mentio, & ſic ex inſpectione ipſius libri dicitur conſtare de hac negatiua, ſcilicet bona illius non ſufficere, vt tradit plene per Dd. *in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & ibi per D. Alex. col. 14. & per Bart. in l. de vnoquoque. col. 2. in fi. & ibi per alios. ff. de re iud. & Bald. & Salt. in l. exemplo. C. de probat.* bonus text. *& ibi Bart. in l. hi qui fundos. de prædiis nauicula. lib. 2.* Ergo idem erit dicendum in caſu præſentis inueſtituræ, vt dicamus hanc negatiuam eſſe probatam, ſcilicet dictas ſolemnitates à iure in alienatione rerum eccleſiaſticarũ requiſitas non fuiſſe ſeruatas, ſi ex ipſorum inſtrumentorum inſpectione de earum obſeruatione non conſtet.

Sed non eundo per mendicata ſuffragia, hoc expreſſe voluit conſulendo Paul. de Caſtr. *conſil. 50. incipien. in cauſa, quæ vertitur inter Reuerendum Patrem D. Epiſcopum. colum. 3. in fin.* quia (*ſe-*
17 *cundum illud*) nulla † eſt maior probatio, quam illa, quæ fit per rei euidentiam; & ideo dicit limitari iura, quibus habetur,
18 quod † per antiquitatem omnia præſumuntur, vt per Innoc. *in c. bono. de elec.* & in *d. l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* dicit ipſe hoc eſſe verum, ſi acta, vel inſtrumenta non reperiantur, ex quorum tenore poſſit colligi & deprehendi defectus.

Cum ergo in caſu dictarum inueſtiturarum fuerint pducta dicta

dicta inſtrumenta, & ex ipſorum inſpectione appareat defe-ctus omiſſæ ſolemnitatis, non † ſtabitur illi præſumptioni, quæ oritur ex temporis longinquitate, quia tollitur per eui- 19
dentiam facti, quæ tollit omnem præſumptionem contrariam. *allegat Innoc. in cap. propoſuiſti. de probat. & leg. emptorem. in princ. ff. de act. empt.* Cum ergo de hac negatiua conſtet per inſpectionem inſtrumentorum, ſcilicet dictas ſolemnitates non interueniſſe, vt eſt bonus textus, *& ibi notatur in leg. final. Cod. de rebus. cred. & per Bartol. in leg. Titiæ textores. ff. de leg. 1.* certe dicitur euidenter conſtare de nullitate dictarum ſolemnitatum, factarum in dictam D. Catharinam & eius auctores. Et illud conſilium Paul. de Caſtr. refert & ſequitur D. Alexand. *conſil. 1. colum. 1. circa medium, verſ. præterea ex inſpectione. vol. 4.* Item non eſt ſimpliciter verum, quod † ad præ- 20
ſumendam ſolemnitatem, vel conſenſum, ſufficiat ſpatium decem annorum; quia illud procedit, quando non agitur de præiudicio alterius, vt eſt gl. reputata ſingularis, quam *ibi vide col. 5. circa prin. ver. & pondera ſubtiliter*, dicit Barb. eſſe Legiſtis incognitam. *in c. peruenit. de empt. & vendit.* ſed eam etiam refert D. Alexand. in allegato conſilio primo, *colum. penult. ante medium.*

Item aduertendum eſt, quod dictæ † ſolemnitates à iure re- 21
quiſitæ, non debent præſumi ex dicta temporis longinquitate, cum etiam in ipſis inſtrumentis non fuerint enunciata, vt inquit Barb. *conſil. 26. vol. 2. voluit notabiliter Panorm. in c. Albericus. de teſtib.* quem etiam refert D. Alexand. *conſi. 17. incipien. viſo inſtrumento. col. 4. vol. 4.*

Et ideo ſignanter dixit D. Alexan. *conſil. 94. incipien. in cauſa, & lite. col. 2. in fine. volum. 2.* quod licet quandoque aliquid à iure præſumatur, puta, quod ex titulo præſumatur bona fides, vel quod poſſidens præſumatur dominus, vel quod ex aliquo actu quis præſumat adiiſſe hereditatē: tamen iſta procedunt, quando allegaretur à parte, alias non pręſumeretur. Cum ergo nullibi

nullibi de dictis ſolemnitatibus facta ſit mentio, non erimus in caſu alicuius præſumptionis, vt etiam firmat d. D. Alex. *in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper reb. col. 8. circa med. ff. de re iud. alleg. in argum. l. non hoc. C. vnde cog.*

Nec dicatur, quod domina Catharina, & Hoſpitale, de quo in themate fit mentio poſſint adſpirare ad d. bona infeudata, & conſequenter, quod non ſit alterata natura feudi, cum iſtud proprie non ſit feudum, ſed ſit potius contractus innominatus, ex eo quia pro tali feudo præſtetur duntaxat ſeruitium reale, vt voluit Cyn. *in Auth. n. ingreſſi. C. de ſac. ſanct. eccleſ.* & vt etiam dicit Bal. *in tit. de pace conſtant. in verſi. libellorum*, vbi dicit, quod in quibuſdam eccleſiis Lombardis pro feudis ſoluitur cenſus, vel datur certum quid, puta, vna ſpatula porci, vel vnum par caponum tantum; quia (*ſecundum eum*) tale feudum æquiparatur emphyteuſi, & ita de eo, ſicut de emphyteuſi, eſt iudicandum, quia dico, quod ex inſpectione dictorum inſtrumētorum apparet, quod non tantum præſtetur ſeruitium reale, ſed perſonale, vt patet in iuramento fidelitatis. Imo ſi hoc caſu feudum ſub alio nomine contractus nuncupatum eſſet,
22 non deſineret eſſe feudum, cum de iure † non debeat res regulari ſecundum naturam contractus, ſed ipſe contractus debet regulari ſecundum naturam rei deductæ in eo contractu. *vt l.*
23 *ſtipul. iſta. § ſi quis ita. ff. de ver. oblig.* Vbi † licet ſtipulatio de ſui natura ſit tranſmiſſibilis ad heredes, tamen ſi vſufructus in ea deducatur, non eſt trāſmiſſibilis ad heredes. *§. finitur. Inſt. de vſufru. & l. fin. C. eod.* tamen hoc caſu ſtipulatio ipſa regulabitur ſecundum naturam rei in ea deductæ, & ſic ſecundum naturam v-
24 ſusfructus. Et maxime quia iſte contractus magis participat de feudo, vnde in totum † debet regulari ſecundum naturam
25 contractus, de quo magis participat. *l. quæritur. ff. de ſtatu homin.* feudum † enim non eſt proprie contractus, ſed gratia. Nam quantumcunque pro feudo debeatur ſeruitium, tamen quia magis participat de lucro & beneficio, quam de onere, ideo

gratia

gratia appellatur. Ita notat Bald. *in præludiis feudorum, in 6. colum. verſi. viſo ergo, &c. & ibi plene per Iac. de Beluis.* Hoc etiam in ſimili voluit Bart. *in l. Ariſt. ff. de donat.* dum dicit, quod ſi vendo tibi rem pro decẽ, & pro vno equo, & ille equus valeat plus quam decem, certe iſte contr... is in totum dicetur permutatio, & non venditio. Idem voluit Bart. *in leg. ſi mihi & tibi. de verb. oblig.* Et ita in terminis noſtris in feudo tenuit D. Alex. *in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de li. & poſthu. col. vlt. circa medium. facit quod conſuluit idem Alex. conſ. 79. incip. circa primum, de quo quæritur. vol. 1.* Si ergo iſtud in totum debet dici feudum; ergo non tranſit ad fœminas. *d. c. 1. de ſucceſſ. feud.* nec ad alias perſonas extraneas. *c. 1. verſ. etſi clientu. de alien. feu. & ibi Bal. col. 2. & Bal. in c. quæ in eccleſ. col. pen. de conſt.* Ergo clariſſime cõſtat dictas inueſtituras nõ potuiſſe egredi lineam maſculinam illorum de Vulgoſiis, & conſequenter fieri non potuiſſe aliquas inueſtituras feudales, non ſeruatis debitis ſolemnitatibus, in Martinum de Zanardis, & ſucceſſiue in Corradum Leueaterium, & conſequenter in dictam D. Catharinam de Lando, maxime alterando primam inueſtituram. Faciunt quæ conſuluit Alex. *conſi. 9. incip. viſo themate. 1. & 2. col. vol. 3.* Nam † illa dicitur noua inueſtitura, per quam 26
antiqua non ſeruatur. *c. 1. per quos fiat inueſtitura.* & Bal. *in l. 1. ff. de rer. diuiſ. 4. & 18. quæſt.* dum quærit, an pupillus maior infante, & tutor, aut Iudex in defectum tutoris, poſſint inueſtiri de feudo? Et dicit quod ſic; quia non faciunt rem nouam, ſed tantum antiquam conſeruant & cuſtodiunt. Et etiam vbi ſubdit, quod non † videtur noua inueſtitura, per quam antiqua tantum con- 27
ſeruatur, *allegat. tex. in c. ex parte. de feud.* Eſt † enim ſpeciale in do- 28
te, vt feudum poſſit dari in dotem, vt voluit Inn. *in c. nuper. de donat. inter vir. & vxor. & Dd. in c. ex parte.*

Ex prædictis conſtat, nullum ius poſſe dici translatum in dictam D. Catharinam, & minus in dictam D. Hermelinam, & ſucceſſiue in heredes dictæ D. Hermelinæ. Laus Deo.

Marij Anguiſſ. I. V. D. Placent.

CONSILIVM VII. EIVSDEM MARII ANGVISSOLAE.

De Decimis.

ARGVMENTVM.

An decimæ poſſint per laicum præſcribi?

SVMMARIA.

1 *Ad executionem non eſt procedendum, cauſa incognita.*

2 *Omnis cauſa regulariter eſt ordinaria.*

3 *Cauſa decimalis poteſt regulari ſine figura iudicij, ſi agatur ab eccleſia, ſecus ſi à colono, vel conductore.*

4 *Statu rei & perſonæ mutato, mutatur etiam eius cauſa.*

5 *Quod clericis conceditur ob reuerentiam, eorum perſonam non egreditur.*

6 *Decimæ etſi laicis concedi non poßint; fructus tamen eorum ad modicum tempus locari poſſunt.*

7 *Emphyteuta non cadit ab emphyteuſi, niſi volente domino, canone non ſoluto.*

8 *Opponere tertius poteſt de nullitate contractus, quando nullus eſt ipſo iure.*

9 *Contra eccleſiam nullo tempore præſcribi poteſt.*

CAuſa Ruralium de Terſella, & ſocierum melius eſt intelligenda, & diſcutienda nunc, quam potuerit diſcurri coram alio Prætore, qui fauet nimis illis de Vicedominis.

Et in veritate † proceſſit ad executionem, nulla cauſę co-
1 gnitione præmiſſa, & nullo iuris ordine ſeruato, *contra l. 1. C. de execut. rei iud. & l. prolatam. C. de ſent. & l. ſi cum nulla. ff. de re iud.* & certum eſt, quod debuit agi ordinarie; quoniam † omnis cauſa
2 regulariter eſt ordinaria. *l. properandum in princ. C. de iud. & l. 3. C. de dot. promiſſ.*

Nec dicatur, quia, ex quo † iſta fuit cauſa decimalis, potuit
3 regulari ſine figura iudicii, ſecundum diſpoſitionem Clem. diſpendioſam. de iud.

Quia

Quia reſpõdetur, quod iſtud procederet, ſi eccleſia ageret, ſecus ſi agat eius colonus, vel conductor, quia † mutato ſtatu 4
perſonæ, & rei, ſtatum cauſę conuenit immutari, vt probat tex. *in l.1.C. de impen. lucrat. deſcript. lib. 10.* Et quod † ob reuerentiam 5
clericis conceditur, vel eccleſię eorum perſonam non egreditur. *l. alii. §. eleganter. ff. ſol. matr.* Per quæ iura ita dicit Bal. *in conſi. 52. incip. ſtatuto ciuitatis. vol. 3.* & infert, quod licet eccleſia nõ teneatur ad decimas: tamen colonus eius partiarius de parte ſua tenebitur. Cum ergo Vicedomini egerint nullo oblato libello, & nullo iuris ordine ſeruato, male egerunt, & inepte. Et tanto magis, quia ſine actione fuit actum in iudicio, & nulla facta probatione ſaltem concludenti.

Quod ſine actione egerint, apparet ex duobus Primo quia Dominus Aloyſius egit in ſolidum, & tamen in inueſtitura producta eſt etiam principaliter nominatus D. Paulus, olim eius frater.

Nec dicatur, quod eſt eius heres, quia debuit in iudicio dicere, & etiam probare ſe heredem, ſi nomine hereditario admitti volebat, & debebat dicere, an ex teſtamento, vel ab inteſtato, alioquin à iudicio repelli debet. Ita Spec. *in tit. de actore. in §. intra. verſ. Item qui ſe dicit heredẽ repellitur.* Idem firmat Barb. *in conſ. 40. in fin.* Quantum ergo eſt pro dimidia, dictus Aloyſius egit ſine actione.

Secundo probatur, quod ſine actione egerit, quia inueſtitura in eum facta nullum ius ei tribuit, nam eſt facta de decimis laico ad viginti nouem annos, & tamen decimæ † laicis conce- 6
di non poſſunt.

Eſt verum, quod fructus earum bene poſſunt eiſdem locari ad modicum tempus *c. 2. de loca. c. prohibemus. de deci. & c. vt ſuper. de reb. eccleſ. non alien. late ponit gl in c. quamuis. de decim.* quæ allegatur contra nos, dum voluit, quod non decimæ, ſed fructus decimarum poſſunt concedi ad tempus vitæ alicuius, & Panor. ibidem dicit, interueniente auctoritate ſuperioris.

Sed reſpondeo, quod ſi bene conſideretur, primo glo. indiſtincte prohibet fructus decimarum concedi laico, niſi ad modicum tempus, excepto vno caſu, videlicet quando concederentur ad tempus vitæ alicuius, & qui caſus toleratur, dicit Abbas Panorm. eo quia ille, qui potuiſſet breui tempore mori, & cum eſſet incertum, quantum fuiſſet victurus, videtur tunc conceſſio facta ad modicum tempus. At in caſu noſtro certum eſt, quod conceſſio eſt facta ad longum tempus, & ideo non valet.

Et dum dicit Abbas Panormit. quod etiam eo caſu interceſſit auctoritas ſuperioris, & arguitur ex eius dicto per dictum Aduocatum in oppoſitum, ergo non requiritur tractatus.

Dico, quod iſtud non dicit Panorm. imo ſenſit oppoſitum & vult expreſſe, ex quo allegat Clem. *infr. de reb. eccleſ. non alien.* & dictum Doctoris debet intelligi ſecundum legem, quam allegat, vt vult Bart. *in l. non ſolum. §. ſi liberationis verba. ff. de lib. leg.* Et ſic Panorm. ſi bene conſideretur, expreſſe vult, *vt ſupra* quia dicit talem conceſſionem non valere abſque auctoritate ſuperioris: ergo concedit, quod non requiratur alia iuris ſolemnitas. Iſtud non dicit, & allegãdo textum *in Clem. prima, de reb. eccleſ. non alien.* vult expreſſe illam debere obſeruari, & ſic quod ſolemnitates, de quibus ibi, obſeruentur.

Sed & alia fortiori ratione oſtenditur nullitas dictæ inueſtituræ. Nam dico quod fuit ſimoniaca, conuenerunt enim inter ſe ille Archipresbyter, & nobiles de Vicedominis, quod illi de Vicedominis darent perticas mille quingenta dictō Archipresbytero ad gaudendum, vel ad victum pro certa pecunia, & ipſe inueſtiret de decima dictos de Vicedominis: ſimiliter pro certa pecunia eiuſdem quantitatis, ergo fuit datum temporale pro ſpirituali, quia decimæ ſunt ſpirituales, ergo contractus tanquam ſimoniacus non tenuit. De hoc eſt text. expreſſus *& ibi plane gloſſ. quam ſequuntur Dd. in c. ſi. de rerum permut.* vbi concludi-

cluditur, quod pro decimis præteritis bene poſſit tolerari talis permutatio, ſed pro decimis futuris minime. Et bene conſideret dictus Prætor illum tex. & gloſſ. quia ponit gladium ad radicem, & proſternit intentionem agentis.

Nec prædictis obſtat, dum dicitur, quod iſta exceptio non poteſt per tertium opponi, *allegando Bald. in l. ſolemnibus. C. de rei vend. cat.*

Quia reſpondeo, quod deciſio Bald. & ſimiles loquuntur, vbicunque contractus eſſet ita demum nullus, ſi contrahens vellet, prout regulariter in emphyteuta, qui † non cadit, niſi 7
volente domino. *l. 1. C. de iure emphyt.* & tunc bene verum eſt, quod tertius non poteſt opponere de nullitate talis contractus regulariter, vt voluit gl. communiter approbata *in l. 2. § qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. petat.* At vbi † contractus 8
eſt nullus ipſo iure, & pręſertim vbi eſt reprobatus ipſo iure, de tali nullitate tertius opponit, quia tunc eſt in totum talis exceptio excluſiua iuris agentis. Ita in terminis Bart. *in l. 2. ff. de except. & Mod. pulchre in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hered. facit optime l. non dubium. cum ibi notatis per Bald. C. de legibus.*

Dixi inſuper, quod dictus Dominus Aloyſius non probauit intentionem ſuam, nec eam bene fundauit, imo inepte petiit, & nihil probauit. Quomodo etiam in petitione decimarum debeat agi, & probari, inſtituit nos Specul. magiſter practicæ & theoricæ *in tit. de decim. in pen. liber.* vbi ita formaliter dicit: *Conqueror, &c. de Petro, qui per duos annos tales fundos infra meæ decimationis, ſeu parochiæ fines coluit, & de fructibus inde perceptis mihi decimas perſoluere recuſat; quia peto ab eo nomine eccleſiæ decem corbes frumenti pro decimis indebite retentis, atque ſubtractis. & allegat c. fin. de paroch. 16. q. 1. c. ſi quis laicus. c. quoniam. & c. cum contingat. de decim. & c. forma. §. ſi vero. de cenſib.* In quibus iuribus optime probatur forma dicti libelli. Et ſic ex quo non cōſtat, quod fuerit petitum pro decimis, & pro quibus, & quot terris, & q̃ fuerint in parochia eccleſię, cui deberi dicitur, nec cuius quãtitatis fuerint,

rint, nec quod ad dictam eccleſiam ſaltem in ſolidum ſpectent decimæ, quomodo potuit dictus concedere licentiam, & executiones contra Rurales.

Et ex prædictis conſtat ſaluum eſſe ius Ruralium, quia agẽs inepte egit, & nihil penitus probauit, & contra formam iuris executionem nullam, & iniuſtam obtinuit: ergo fruſtra diſputamus, an decimæ poſſint per laicum præſcribi, quia com-
9 munis eſt concluſio, quod contra † eccleſiam nullo tempore poteſt præſcribi. Et ita loquuntur iura per aduerſantes allegata, & in hoc nulla fit difficultas, vel obiectio. Sed an agens habuerit ius ab eccleſia (cui deberi decimas aſſerit) validũ, & an ipſa eccleſia ius in decimis haberet, & an prędia tali decimę eſſent obnoxia, & an ipſe agens ius agendi in ſolidum habuerit, debet inquiri? & poſtmodum, fundata intentione agentis, videndum fuit, an Rei conuenti exceptiones validas oppoſuiſſent, & ſi Actor fundaſſet intentionem ſuam, oſtendiſſent, quod contra eum, (cum ſit laicum) potuiſſet ius petendi decimas, & fructus decimales præſcribi. Et pro nunc videatur Card. Flor. *in conſi. 146. incip. Notum ſit vniuerſis, circa fin.* vbi tenet & firmat, laicum præſcribere ius non ſoluendi decimas nõ poſſe, ſine præiudicio tamen iurium Eccleſiæ, quia reuerſo iure decimarum ad eccleſiam, laicus non poſſet ſe tueri aliqua præſcriptione, & quatenus oportuerit ad hoc propoſitum alia adducerem, ſed iſta pronunc ſufficiant.

Vnum non omitto. Nam dixit Dominus Aduocatus in oppoſitum, quod contractus agentis valet ſine ſolennitatibus, eo quod fuit contractus permutationis in euidentem eccleſiæ vtilitatem factus. *& allegat Pet. de Anch. in conſi. 198.* Sed in veritate Anch. non dicit quod in contractu permutationis non requirantur ſolennitates requiſitæ in alienatione rei eccleſiaſticæ, quia dixiſſet contra caſum legis expreſſum, videlicet *c. nulli. de reb. eccleſ. non alien.* vbi expreſſe fit mentio de contractu permutationis. Sed bene dixit Petrus de Anch. quod quando contra-

tractus eſt euidenter factus in vtilitatem Eccleſiæ, quod valeat abſque ſolennitatibus. Sed hoc dictum ſuum eſt falſum. Et *gl. in l. cum hi. §. cum eam. ff. de tranſact.* quæ dixit idem, quod Pet. de Anch. reprobatur ab omnibus, *ibi, vt refert Dominus Iaſon*, & ſic communis ſententia eſt contra Pet. de Anch. Ergo ſequitur, quod indebite Rurales fuerint vexati. Laus Deo.

Mar. Anguiſſ. I.V.D. Placent.

CONSILIVM VIII. EIVSDEM D. MARII ANGVISSOLAE, De Decimis.

SVMMARIA.

1 *Nullo iure cauetur, quod laicus quaſi poſſidere decimas poſſit, quæ ſunt ſpirituales.*

2 *Sententia lata per Iudicem pro ſuſpecto recuſatum nulla eſt.*

3 *Licet à ſententia lata ſuper decimis non poſſit appellari, tamen à non admiſſione exceptionum in proceſſu per aliquem oppoſitarum poteſt appellari.*

4 *Quæ quispiam nō probauit in cauſa principali, poteſt probare in cauſa appellationis.*

5 *Licet de iure ciuili ordinarius non poſſit in totum recuſari, vt remoueatur, ſed vt ſibi aliquis adiungatur, de iure tamen canonico in cauſis eccleſiaſticis debet recuſari, vt in totum remoueatur.*

6 *Inepte excipiens repellendus eſt ab excipiendo, ſicut inepte agens ab agendo.*

7 *Quando infra tempus à iure præſcriptum, nec poſt fuit appellatum, tunc valet iudicium propter tranſitum in rem iudicatam.*

8 *Quandocunque de iure canonico à quocunque grauamine poſſit appellari, etiam ex minima cauſa, dummodo exprimatur rationabilis, tamen quando appellatio eſt notorie friuola, & calumnioſa, non eſt admittenda.*

9 *Lai-*

9 *Laicus decimas, tanquam ſpirituales, non poteſt poſſidere.*
10 *Laicus non poteſt præſcribere decimas, cum illas poſſidere non poſſit, & præſcriptio à poſſeſſione non cauſatur.*
11 *Poſſeſſio à iure damnata non iuuat aliquem, niſi de priuilegio probetur, vel titulo.*
12 *In cauſa decimarum proceditur appellatione remota.*
13 *Laici in appellatione remota compellendi ſunt ad ſolutionem decimalium, prædialium, perſonalium.*
14 *Vbi proceditur appellatione remota, talis clauſula operatur, quod ex nulla cauſa poterit appellari, etiam quando alias regulariter permiſſa foret appellatio.*
15 *Quando proceditur appellatione remota, talis clauſula operatur, quod executio ſententiæ fiat, licet alias appellatione pendente non ſit fienda.*
16 *Iudex virtutis talis clauſulæ, appellatione remota, poteſt ſententiam ſuam executioni demandare, quoniam ratione dictæ clauſula appellatio perdit effectum ſuſpenſionis iuriſdictionis.*
17 *In iure poſſeſſorio, appellatione pendente, non debet quiſpiam impediri, quin vtatur poſſeſſione.*
18 *Cum quis vtitur iure ſuo, non dicitur aliquid innouare, appellatione pendente.*

REuerendiſſime Domine mi ſingulariſſime, vt voto Reuerendiſſimæ Dominationis veſtræ ſatisfaciam, primo pro nunc faciendus eſt omnis conatus, vt fructus decimales collecti per Comitem Lazarum ſaltem deponantur penes idoneum depoſitarium
1 partium confidentem, cum † nullo iure caueatur, quod laicus poſſit quaſi poſſidere decimas, quæ ſunt ſpirituales, vt infra demonſtrabitur.

Deinde fiat inſtantia ad demonſtrandam iniuſtitiam dicti Comitis, quod committatur cauſa principalis vni confidenti partium, qui illam terminare habeat infra viginti dies. Et ſi

perti-

pertinaciter inſtaret Comes Lazarus, quod committeretur articulus, an ſit deferendum appellationi à ſententia contra eam lata, & quod interim reuocentur attentata, pendente appellatione, aduertendum eſt, quod Comes Lazarus ad obtinendum iſtud ſuum intentum, moueatur duobus fundamentis.

Primo quod ſententia lata in fauorem Reuerendiſſimę Dominationis veſtræ ſit nulla, quia † lata eſt per Iudicem pro ſu- 2
ſpecto recuſatum.

Secundo, quia † etſi à ſententia lata ſuper decimis non poſ- 3
ſit appellari, per text. *in cap. tua nobis. cum ibi notatis. de dec.* tamen à non admiſſione exceptionum oppoſitarum in proceſſu per Comitem Lazarum poterit appellari, *iuxta not. in c. fin. de nou. oper. nunciat. & in leg. vnica. C. ſi de mom. poſſeſ. fuerit appell.*

Oppoſuit primo contra perſonam Iudicis, quam pro ſuſpecta recuſauit.

Secundo oppoſuit ſe eſſe in quaſi poſſeſſione colligendi huiuſmodi decimas, veris & iuſtis titulis, etiam habitis à prædicta Reuerendiſſ. Dominatione veſtra, quæ non fuerunt admiſſæ, à quarum non admiſſione dicit poſſe appellari, quia
quæ † non probauit in cauſa principali, aſſerit velle probare 4
in cauſa appellationis, *iuxta l. per hanc. C. de tempor. appell.*

Quibus tamen non obſtantibus concludo, quod nedum à non admiſſione exceptionum poteſt appellari, imo nec etiam ab ipſa ſententia principali. Conſtat namq; primo ex proceſſu
exceptionem recuſationis fuiſſe inepte oppoſitam. Nam † li- 5
cet de iure ciuili ordinarius non poſſit in totum recuſari, vt remoueatur, ſed vt ſibi aliquis adiungatur: *gloſſ. magiſtra & ordinaria. in l. apertiſſimi. C. de iud. per text. in Auth. ſi vero contigerit. C eod tit.* tamen de iure canonico in hoc iudicio ſeruando debet recuſari, vt in totum remoueatur. *c. cum ſpeciali. cum materia de appellat.* Sed cum in caſu noſtro Vicarius fuerit recuſatus tantum,

tum,

tum, vt ſibi detur adiunctus, cum in totum debebat recuſari, vt remoueretur, inepte oppoſita fuit hæc exceptio, & ſic tan-
6 quam † inepte excipiens repellendus eſt ab excipiendo. Nam ſicut inepte agens repellitur ab agendo. *c. examinata. de iudic.* ita inepte accipiens repellitur ab excipiendo, *vt declarat Imol. in Clem. cũ à repu ſione. de appell.* Et ſic iſta prima exceptio ſterileſcit.

Sed quidquid ſit, Vicarius pronunciauit iſtam exceptio-
7 nem recuſationis non obſtare, à qua † infra tempus à iure præfixum, imo nec poſt fuit appellatum. Quo caſu valet iudicium propter tranſitum in rem iudicatam. *c. quo ad conſultationem. de re iud. & 2. q. 6. §. biduum.*

8 Conſtat & ſecũdo, quod † licet de iure canonico à quocunque grauamine poſſet appellari, etiam ex minima cauſa, dummodo exprimatur rationabilis, *vt notatur in cap. vt debitus. de appellat.* tamen quando appellatio eſt notorie friuola, & calumnioſa, non eſt admittenda. *c. cum appellationibus friuolis. de appell. in 6. cum materia.* Sed in Comite Lazaro erat præſumptio iniuſtæ poſſeſſionis & detentionis, quoad ipſas decimas, & poſſeſſionem decimandi, vel quaſi propter notorium defectum proprietatis, & poſſeſſionis de iure communi.

Quo ad effectum proprietatis eſt text. *in c. fin. de reſtitut. ſpoliat. in 6.*

Quo ad defectum poſſeſſionis ſunt tex. *in c. quamuis. de decim,*
9 *& c. cauſam quæ. de præſcrip.* attẽto q Comes Lazarus † eſt Laicus, qui decimas tanquã ſpirituales non poteſt poſſidere, vt declarat Angel. Aret. *in §. quadrupli. in verſi. ſecundo & tertio fallit. Inſtit. de action. cum iuribus allegatis ibi per eum. Panorm. in c. ex parte. de reſtit. ſpoliato. Raph. Cum. in conſil. 64.* qui loquitur de decimis, vbi
10 conſuluit, quod † laicus non poteſt præſcribere decimas, cum illas poſſidere non poſſit, & præſcriptio ſine poſſeſſione non cauſatur. *l. ſine poſſeſſione. ff. de vſucap. & aliquid etiam per Felin. in c.*
11 *licet cauſam. in 11. notabili. de probat.* Imo fortius † poſſeſſio allegata per Comitem Lazarum, cum ſit penitus à iure damnata,

non iuuat ipſum Comitem, niſi de priuilegio probetur vel titulo, *vt in c. ad decim. de reſt. ſpoliat. Ita ſingulariter Bald. in l. ius eius. in fin. C. de probat.*

Et ſic cum per prędicta luce clarius pateat iſtas exceptiones fore euidenter & notorie friuolas, & calumnioſas, non debuit, nec debet admitti appellatio à non admiſſione prædictarum exceptionum, vt ſupra demonſtraui.

Et propterea cum Comes Lazarus non poſſit poſſidere, & poſſeſſio eius ſit à iure damnata, de facili ille illuſtris Senatus debebat inclinare, vt fructus decimales ſaltem deponerentur, vt ſupra.

Condeſcendo nunc ad alium articulum, an appellatio interpoſita à ſententia lata ſuper decimis ſit admittenda?

Et breuiter concludo, quod non. Nam clarum eſt in iure, quod† in cauſa decimarum proceditur, appellatione remota. 12
tex. eſt *in c. tua nobis. in fi. & ibi Dd. maxime.* Abb. Panor. *in vlt. notabili. & ſuper gloſſ. c. 1. de decim.* vbi dicitur, quod † laici appella- 13
tione remota compellendi ſunt ad ſolutionem decimalium, prædialium, & perſonalium. Iſtud etiam tenuit *Spec. in tit. de appella. in §. 2. ver. 4 & ibi etiam Io. And.* Eandem ſententiam tenuit glo. *in c. decimæ. ibi. & gl. c. ei qui. in §. quoties etiam fiſcalis. 2. q. 6. & ibi etiam Gemin. & Ang. in l. abſtinendum. C. quom. appellat. non recipian.* Et tanto magis, quia in iure eſt veſtra concluſio, quod † v- 14
bi proceditur appellatione remota, talis clauſula operatur, quod ex nulla cauſa poterit appellari, etiam vbi alias regulariter permiſſa foret appellatio, *vt voluerũt Cano. maxime Abb. Pan. & Petrus in c. paſtoralis. de appellat.* & ſic remanet expeditus etiam iſte ſecundus articulus, ad fauores Reuerendiſſimæ Dominationis veſtræ.

Sed demus caſum ſine veri præiudicio, quod licita eſſet appellatio, & pars aduerſa pertinaciter inſtaret, ꝙ reuocentur attentata, pendente appellatione, adhuc concludo, ꝙ attentata non debent reuocari. Nam ſtante ſupraſcripta concluſione in

15 iure veriſſima, quod in cauſa decimarum † procedatur, appellatione remota, talis clauſula id operatur, quod licet alias appellatione pendente, non ſit fienda executio ſentẽtię. *l cum ex cauſa. & ibi Bart. ff. de appellat. & notatur in cap. venientes. de iureiur.*
16 tamen † Iudex à quo virtute dictæ clauſulæ poterit ſententiam ſuam executioni demandare. *tex. eſt notabilis ad hoc in c. paſtoralis. in §. præterea. de off. deleg.* quia ratione dictæ clauſulæ appellatio perdit effectum ſuſpenſionis iuriſdictionis. Ita voluerunt etiam Canoniſtæ, maxime Abb. Panor. & Peruſi. *in c. paſtoralis. in quarto effect. de appellat. & ante eos iſtud voluit Dom. Inno. in c. paſtoralis. de off. deleg.* prout refert & ſequitur Dom Lanfran. de Oria, *in repet. c. quoniam contra falſam. de probat. in verb. interloc. & appella. in 34. colum. in verſ. etiam notandum eſt.* ſecundum Innoc. vbi voluit, quod quãdo cauſa commiſſa eſt alicui Iudici cum clauſula (*appellatione remota*) quod ſi victus appellat etiam in caſu permiſſo, quod non obſtante tali permiſſa appellatione, poterit Iudex à quo exequi ſententiam ſuam. Et ſic adhuc clarius conſtat, quod vbi eſſemus in caſu, in quo appellatio eſſet permiſſa, quod tamen attentata non deberent reuocari.

Vltimo aduertendum fore arbitor, quod licet ſoleat dici, quod appellatione pendente nil debeat innouari, *toto tit. ff. nil. nouat. appell. pend & toto tit. C. vt lit. pend.* attamen in caſu iſto Re-
17 uerendiſſima Dominatio veſtra † in ſuo iure poſſeſſorio etiam appellatione pendente, non debet impediri, quin vtatur poſſeſſione. *c. vol. 16. q. 4. gl. ord. & approbata in c. non ſolum. de appell. lib.*
18 *6. in gl. magna.* Et ratio eſt, cum † quis vtatur iure ſuo, non dicitur aliquid innouare, *c. nonne. 8. q. 4.* Iſtud idem declarauit Do. Alex. *in apoſtillis ad Bar. ff. nil. appell. pend.* Et ſic à principio vſq; ad vltimum concluditur, attentata, & conſequenter executionem factam poſt appellationem interpoſitam non fore, nec eſſe reuocanda, nec reuocandam. Laus Deo.

Marij Anguiſſ. Placen. V. I. D.

CON-

CONSILIVM IX. EIVSDEM D. MARII ANGVISSOLAE, De Decimis.

SVMMARIA.

1 *Per inueſtituram declaratur, qualis ſit emphyteuſis & feudum.*

2 *Tenor inueſtituræ oſtendit iura contractus, nempe virtutem verborum, & ſenſum contrahentium.*

3 *In contractu cenſuali non ſoluendo cenſum nunquam caditur à iure emphyteutico.*

4 *In cenſuarium transfertur, quicquid iuris eſt in concedente.*

5 *In emphyteutam transfertur vtile dominium duntaxat, in eo autem, qui concedit, directo remanente i. d. eſt, penes Eccleſiam concedentem.*

6 *Decimæ de omnibus bonis ſunt præſtandæ fideliter ab omnibus.*

7 *Non ſoluentes decimas peccant mortaliter.*

8 *Epiſcopus non ſoluentes decimas & impedientes poteſt de iure communi excommunicare.*

9 *Ius decimandi eſt ipſius Epiſcopi, & menſæ ſuæ.*

19 *Fictus appellatur cenſus.*

11 *Quando cenſus præſtatur in ſignum alterius ſubiectionis de re propria, non ſoluens non cadit à iure, ſecus autem, quando ſoluitur habenti directum dominium rei, quia cadit à iure, ſicut emphyteuta.*

12 *Verba inueſtituræ, & pactorum, diligenter ponderanda ſunt, & nullum verbum debet fruſtra apponi.*

13 *Inueſtitura ad fictum perpetuum dicitur alienatio prohibita.*

14 *Conſuetudine obtentum eſt, quod tempus decennij dicitur longum tempus, & nouennium dicitur modicum tempus.*

16 *Alienans cum pacto retrodandi, eo etiam redimente, cadit à iure ſuo.*

16 *Per alienationem ipſo iure conſolidatur vtile cum directo.*

17 *Declaratio, à qua non fuit appellatum, tranſit in rem iudicatam in præiudicium non Appellantis.*

18 *Vbi opus eſt appellatione, non ſufficit ſimplex contradictio.*

19 *Sufficit contradictio infra decem dies, quando contradictio habet vim appellationis.*

20 *Contractus cenſualis eſt, vt tranſeat dominium, vtile & directum.*

21 *Contractus cenſualis dicitur, quando quis vendit omne ius, quod habet in re.*

22 *Decimæ laico concedi poſſunt, quoad commoditatem, non quoad ius.*

23 *Prælatus nullus poteſt laico decimam concedere.*

24 *Decimarum fructus poſſunt concedi ex cauſa laico in tempus vitæ ſuæ, alias non.*

25 *Decima laico iure hereditario concedi non poteſt.*

26 *Laicus etiam ius decimandi præſcribere non poteſt.*

27 *Laicus quando non habet decimam in feudum ab antiquo, non poteſt in alium transferre.*

QVid iuris ſit, breuiter dicam, & quando breuius potero, inhęrendo veritati ſupra præmiſſis dubitationibus tribus, quæ ad vnum tamen tendere videntur, quia ſi Aloyſius cecidiſſet à iure inueſtiturę, vel Paulus, nullum ius competeret ipſis de Salimbenis, ſic omnes tres difficultates in vnum & idem tendunt, & ſimul & ſemel veniunt diſcutiendæ & decidendæ.

Vt igitur clara veritas habeatur, prima fronde videretur, quod illi de Salimbenis inueſtiti ad mille annos ſub annuo cēſu libræ piperis, de iure decimandi, nec Paul. de Caſellis non poſſint aliquo pacto dici cecidiſſe à iure inueſtituræ, ſiue ob ſolutionem cēſus nō factam, ſiue ob aliquam alienationem, & iſtud demonſtro, quia tenor inueſtituræ attendendus eſt, &
1 ponderandus ante omnia, quia † per inueſtituram declaratur, qualis ſit emphyteuſis, & feudum. Bal. *in l. 1. §. ſed & ſi quis. C. de*

a. l

lat.lib.tol.tex.in l.1.C.de iur.emphyt. ex quo ita colligit Bal. *in c.1.de duobus fratrib. à cap. inueſt.* quia tenor inueſtituræ † oſtendit vim contractus, id eſt, virtutem verborũ & ſenſum contrahentium. *Bal. in proœmi. feud. in 4. diuiſ. Bal. in l. hoc iure. col. 3. ff. de iuſt. & iur. Paul. de Caſtr. in conſil. 137. incip. Viſo puncto.* vbi loquitur de inſtrumento & priuilegio legitimationis. *c. ſi cui. de extraord. ca. Conra. in verſi tenorem inueſtituræ & vim verborum intuentes. l. ad probat. in verb. quomodo tenor adiuuat. C. de probat. in l. ſummus. in verſic placiti tenor. C. ſi fideiuſſor. & in l. ſi. in verſi. tenor. C de re alien. non alie.* 2
Idem Bal. in Auth. ceſſante. C. de leg. hered. & alibi ſæpe. Stat ergo conclusio, quod ad tenorem inueſtituræ recurrere debemus, quia 3
qualis ſit contractus, tenor inueſtituræ oſtendit, & tenor ipſius inueſtiturędemonſtrat iſtum eſſe contractũ cẽſualem, & non emphyteuticum; ſed in contractu cenſuali non ſoluendo cenſum, nunquam caditur à iure emphyteutico, *gl. & cõmun. Dd. in c. conſtitutus. de relig. dom. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de publ. Bal. in pace conſtantiæ, in verbo perſoluere fictum. & in Auth. et qui. verſi. quæro pone. C. de bon. auct. iud. poſſ. car. pen. D. Alex. in conſ. 14. volu. 2. col. 4. incipien. Viſo & conſiderato themate.* Et ideo ſi ceſſaret per mille annos ꝙ non ſolueret cenſum, non propterea cadere poſſet à iure ſuo, & ratio eſt, quia † in cenſuarium transfert, quidquid iuris eſt in concedente, ſed † in emphyteutã non transfertur, niſi vtile do- 4
minium: in eo a. qui concedit, directo remanente, id eſt, penes eccleſiam concedentem, & propter illud poteſt non ſoluẽtem expellere. Quod eſt menti tenendum perpetuo, quia contingit quotidie in facto, & exclamat Io. de Imo *in c. audientiam. col. 1. de re. eccl. ſ. non alie. & in c. potuit. col. 22 poſt Pau. de Eleaz.* ibi *in re-* 5
petit. de loca. D. Ant. in c. peruenit. de cenſ. Et ſic cum omne dominium directum, & vtile trãslatum ſit in ipſum Aloyſium, & Paulum, non poteſt dici, ſicut in emphyteuta, quod illis ceſſantibus in ſolutione, vel alienationib. cadant ab vtili dominio, applicando dño directo, cũ nullũ ius remanſerit penes cõcedentem menſam Epiſcopalem, propter ꝙ ius directũ emphyteuta

ceſſans,

ceſſans, & alienans poſſit expelli, & priuari vtili ſuo dominio' quia contractus cenſualis propriè eſt, ideo ſi quis taliter alienatius, quod habet in re, penes eum non remanet aliquod dominium, ſed cenſus & honorantiæ cauſa præſtatur ſibi aliquid nomine cenſus. *d. c. conſtitutus. cum glo & ibi not. Dd.* & iſtud multum ſtringere videtur.

Sed prædictis non obſtantib. arbitror, D. Epiſcopum & magnif. Comitem Io. Anguiſſ. inueſtitum à menſa Epiſcopali, fouere omnem iuſtitiam, & ipſos de Salimbenis, & Pau. de Caſt. ob alienationes factas ipſo iure cecidiſſe ab omni iure inueſti-
6 turę. Et pro demonſtranda iſta veritate occurrit q; † decimę de omnibus bonis ſunt præſtandę fideliter ab omnibus. *c. quicunque recognouerit & c. omnes decima. 16. q. 7.* & ſi decimę non dantur, plerunq; in bonis temporalibus non ſoluens perdit: *Mihi nō reddiſtis decimas, & pecunias,* dixit dominus, *in penuria & fame,*
7 *maledicti eſtis. c. reuert mini. 16. q. infr.* & ideo non † ſoluentes decimas peccant mortaliter. Innoc. *in Rub. de deci. Hoſt. in ſumma, in tit. de deci. §. vtrum. verſi. idem de iure cano. c. decimas. & c. quicunque. in gloſſ. 16 q. 7 c. Parochianos. c. in aliquibus, c. cum non ſit. c. tua nobis. & c peruenit. de deci. gloſſ. & Dd. in c. 1. de decimis. lib. 6.* Et ideo
8 Epiſcopus Placen. habet fundatã intentionem † de iure communi, & poteſt non ſoluentes decimas, & impedientes excommunicare. *text. eſt in cap. cum apoſtolica. de his quæ fi. à Præl. & ita firmat Beatus Thomas de Aquino, 2 q. 76. arti. 1.* Hoc ſic præmiſſo
9 conſtat † iſtud ius decimandi fore ipſius Epiſcopi, & menſæ ſuæ, & per conſequens non obſtare, quod inſtrumenta inueſtiturarum dicant, quod ſoluere teneantur cenſum libræ vnius piperis, quia iſta vocabula, *cenſus, ficta, & ſimilia,* aliquando
10 ponuntur pro alio, & fictus † appellatur cenſus. *l. cenſuales. C. de donat. & l. omnes. C. ſine cenſ. vel reli.* Et ideo in propriis terminis Bald. *in pace Conſtantiæ in verſic. perſoluere fictum, limitando gloſſ & not. in d. c. conſtitutus. de rel. domi.* decidit illam gloſſ. procedere,
11 quod † non ſoluens cenſum, non cadat à iure, quando cen-

ſus

ſus præſtabatur in ſignum alterius ſubiectionis de re propria: ſed vbi cenſus ſoluitur habenti directum dominium, ſeu ius rei, tunc ita cadit à iure ſicut emphyteuta, & per conſequens cum in caſu iſto ipſi inueſtiti ſoluerent, non pro re propria, ſed pro iure decimandi ipſius menſæ Epiſcopalis, ſequitur, quod alienatio ipſo iure, & facto ceciderint ab omni iure inueſtituræ. *l. ſi. in fin. C. de iure emphyt. cap. potuit. de locat. Auct. qui rem C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Secundo occurrit doctrina Bal. *in Auth. ei, qui iurat. col. 16. ver. & ſcias*, q duplex eſt cenſus. *C. de bon. auct. iud. poſſ.* vbi eleganter inquit, q duplex eſt cenſus. Quid ã eſt cenſus, qui ſoluitur nomine libelli, & iſto caſu, eo non ſoluente, incidit res in commiſſum. Quidam eſt cenſus, qui ſoluitur nomine propriæ rei, ex conſuetudine, honoris forte cauſa, vel in ſubſidium, puta dotis ſoluendæ per Comitem pro filia ſua, & iſto ſecundo caſu, quia proprietas de iure eſt iſtius non ſoluentis cenſum, non incideret in commiſſum, & ita intelligit Innoc. *in d. c. cum conſtitutus*, ſubiiciens ita dixiſſe Azo. *in ſum. in l. prima. ff. de public.* Cum igitur appareat iſtas inueſtituras non eſſe factas honoris cauſa de re propria inueſtiti, ſed de iure decimandi ſpectante de iure communi ad Epiſcopũ, certe non erit dubitatio, quod alienatione facta, cadere potuerint à iure ſuo, ex doctrina Bal. in locis allegatis.

Tertio confirmo præmiſſa, quia in inueſtituris dicitur, ſi aliquo tempore ius ſuum vendere, vel alienare voluerint, quod teneantur dominum directum prius requirere, & eidem dare minori precio duodecim denariorum, ex quibus verbis diligenter & accurate ponderatis apparet, quod menſa Epiſcopalis noluit transferre directum, ſed ſibi reſeruat iura, & ſic proprie non eſt contractus cenſualis, ſed affictus.

Pondero enim illud verbum, ius ſuum, & ſic vtile dominium, quia directum erat eccleſiæ.

Pondero etiam illud verbum, pactum de non vendendo,

nec alienando, domino irrequiſito, quod non conuenit contractui mero cenſuali, ſed potius emphyteutico.

Pondero etiam illud pactum, de dando minori pretio duodecim denariorum, quia non poteſt intelligi, niſi reſpectu vti-
12 lis dominii. Et ſic † ponderatis ſingulis verbis inueſtituræ, & pactorum, quæ diligenter ponderanda ſunt, & nullum verbum debet fruſtra apponi. *Gloſſ. in cap. ſolitæ. de maior. & obedien. in cap. ſi Romanorum 19. diſtinct. in l. 1. ff. quod met. cau. Bal. in l. lecta. ff. ſi certum pet. & in Rub. C. de contrahen. empt. in 9. quæſt.* apparet euidenter, & aperte, quod non fuit mentis, nec intentionis Epiſcopi Placentini, velle transferre in inueſtitos omne dominium directum, & vtile, ſed potius ad vtilitatem menſæ Epiſcopalis ſibi conſeruaſſe directum, vt patet ex præmiſſis. Per quæ tolluntur omnia adducta pro parte contraria, quia non eſt iſte contractus cenſualis, & præeminentiæ cauſa, ſed potius ad naturam fictus realiter tendere videtur, & iſta eſt veritas, & per conſequens alienando, Epiſcopo irrequiſito, ceciderunt ab omni iure inueſtituræ conſolidato menſæ Epiſcopali.

Et ſi diceret aduerſarius Aloyſius (qui alienauit in Paulum
13 de Caſellis, ſeu † inueſtiuit in perpetuum ad fictum, quæ etiam dicitur alienatio prohibita, *vt tenent Dyn. Bart. & omnes poſt gloſſ. ibi reprobat. in leg. codicillis. §. inſtitutio. ff. de leg. ſecundo. gloſſ. & Doctores in c. monaſterium. de reb. eccleſ. non alien.* quia con-
14 ſuetudine † obtentum eſt, quod tempus decennii dicitur longum tempus, & vſque ad nouennium dicitur modicum tempus: & ita conſuetudine interpretatum eſt, vt dixit eleganter Bald. *in l. iubemus. in princ. 2. col. C. de ſacroſan. eccleſ. & alibi ſæpe Dd.*) quod tamen in alienatione appoſuit pactum, quod quotiens daret, & ſolueret eidem Paulo libr. viginti mille, quod teneretur ipſe Paul. & heredes ſui retrodare ipſis de Salimbenis.

Quia reſpondeo, quod pactum in inueſtitura non ita ſe habet,

bet, imo ſi Paulus & heredes darent Aloyſio libr. viginti mille,
quod tenerentur Aloyſius & heredes facere retrouenditio-
nem de dictis bonis, & iuribus: & ſic expreſſe intendebat alie-
nare iura menſæ Epiſcopalis. Sed dato & non conceſſo, quod
alienaſſet † cum pacto retrodandi, adhuc teneo ipſum alienaſ- 15
ſe, & etiam, eo redimente, cadere à iure ſuo, ſecundum Dyn.
& Bart. *in l. ſequitur. §. idem Labeo. ff. de vſucap.* Alexand. poſt
Bart. *in leg. inſulam. in 6. oppoſit. ff. de verb. oblig.* vbi dicit ita com-
muniter teneri. Idem tenuit Barto. *in l. ſi quis libellis. C. de appell.*
& in l. ſi à me. per tex. ibi. & ibi etiam Abb. Ang. & Imo. *ff. ad l. Fal.*
Abb. Imo. & Lud. Ro. in d. §. idem Labeo. dicentes, iſtam eſſe com-
munem opinionem. *Abb. in l. quidam ei & in teſtam. ff. de fideicom.* 16
liber. & in l. fin. ff. de iure emphyt. quia † per alienationem ipſo iu-
re conſolidatur vtile cum directo. *dict. leg. fin in fin. cum gloſſ.*
communiter approbata. Et ſic dato etiam, quod redemiſſent
filii Aloyſii ab ipſo Paulo, non per hoc euitarent caducita-
tem.

Secundo reſpondeo quod Paul. de Caſellis fuit inueſtitus
ab Epiſcopo virtute alienationis in eum factæ, & poſſedit vir-
tute inueſtituræ circiter per nouem annos: ergo poſtea alie-
nando cecidit à iure inueſtituræ deuoluto ad menſam Epiſco-
palem. *dict. leg. fin. & dict. cap. potuit.* & ſic iſta res non habet
dubitationem, neque ſcrupulum. Confirmo etiam præmiſ-
ſa, quia D. Epiſcopus declarauit Paulum cecidiſſe à iure inue-
ſtituræ, & omnia conſolidata eſſe cum menſa Epiſcopali, præ-
ſente ipſo Paulo non reclamante, nec appellante legitime:
ergo † illa declaratio, à qua non fuit appellatum (licet dixe 17
rit, quod ei declarationi non conſenſit, & non tamen appel-
lauit) tranſiuit in rem iudicatam in præiudicium ipſius Pau-
li, quia ab omni actu eius, qui habet iuriſdictionem, opus
eſt † appellatione, nec ſufficit ſimplex contradictio. Ita In- 18
noc. *in cap. quo ad conſultationem. de re iudic. & ſequitur Ang.*
& Imol. in leg. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebell. Ang.

A. et. in §. præterea quaſdam. Inſtit. de act. & ita intelliguntur verba Bart. *in l. 1. C. de rel.* quia ſecundum Bal. *in Auth. ſi quis litigantium. C. de Epiſ. aud.* reſpondēdo ad tex. vbi † inquit ſufficere con-
19 tradictionem infra decem dies, quando contradictio haberet vim appellationis, quia appareret ex aliquibus contradictum animo appellandi, petendo apoſtolos, vel ſubmittendo ſe iuriſdictioni ſuperioris.

Et ex his omnibus ſimul iunctis concludo, prædictum D. Epiſcopum, & communiter Ioannem conductorem omnem fouere iuſtitiam in ipſo iure decimandi, & dictos de Salimbenis. & Paulum cecidiſſe ab omni iure inueſtituræ, & declarationem prædicti D. Epiſcopi effectum ſortitam eſſe, & præiudicare ipſi Paulo, & habentibus cauſam ab eo.

Addo pro cōfirmatione prædictę conſultationis, & pondero text. *in c. infr. de loca.* vbi text. dicit, quid agendum de poſſeſſionibus, laicis ſub modico cenſu conceſſis, &c. Et tamen gloſſ. ibi prima, & Dd. intelligunt illum text. in locatione, etiam ad longum tempus, quantumcunque tex. dicat ſub modico cenſu, & ſic non ſequitur, ſemper habetur mentio de cenſu, ergo eſt contractus cenſualis: & ratio eſt, quia in d. cap. inf. ſunt alia verba, quæ denotant contractum non eſſe cēſualem, & ob hoc intelligitur, quod ille tex. etiam loquitur in contractu locationis ad longum tempus. Sic & in caſu iſto per ea, quæ ſupra dixi, quæ demonſtrant contractum non eſſe cenſualem. Fortius oſtendo, quod impoſſibile eſt dicere, quod contractus ipſe
20 dicatur cenſualis, & præmitto, quòd de natura proprie † contractus cenſualis eſt, vt tranſeat dominium vtile, & directum. ſed domino antiquo ſolum reſeruatur ſolutio cenſus, *vt vult*
21 *Abb. Panorm. in d. c. inf. in gloſſ. prima.* Et ſic † contractus cenſualis dicitur, quando quis vendit omne ius, quod habet in re, cum hoc quod ſibi præſtetur annuus cenſus. *d. c. conſtitutus. & ibi glo. & Dd. & Ioan. de Imol. in c. ad audientiam. col. 2. de reb. eccleſ. non alie.* vbi dixit vnum notabile verbum, quod ſi in inſtrumento diceretur,

rerut, *concedo tibi talem rem in emphyteuſin pro annuo cenſu, & omne ius, quod habeo in illa re*, quod iſte non eſt contractus emphyteuticus, ſed cenſualis, & illa verba, concedo in emphyteuſin, ſtarent impropriè. Modo vera eſt concluſio, quod decimæ laico † concedi poſſunt, quo ad commoditatem, non quo ad 22
ius, quia eſt quid ſpirituale. *cap. 2. de loc. cap. quamuis. de decimis.* vbi dicit textus, quod decimæ laicis concedi non poſſunt, & Prælatus contra faciens eſt puniendus.

Hinc dicit Pan. in ſecundo not. quod † nullus Prælatus po- 23
teſt laico decimam concedere, quia eſt iuris ſpiritualis, cuius laicus eſt incapax. *c. Maſſana. & c. ſacroſancta. de elect.* Hinc infert Epiſcopum non poſſe concedere domino domus, vbi eſt pictura alicuius Sancti, vt de oblationib. diſponat ad libitum. Et
ibi eſt gloſſ. 2. & ibi Panor. quod † fructus decimarum poſſunt 24
concedi ex cauſa laico in tempus vitæ ſuæ, alias non, vt in *c. ad*
hoc. eo tit. vbi eſt tex. quod † decima laico iure hereditario con- 25
cedi non poteſt. Et ibi Abb. Panor. format quæſtionem de Epiſcopo, an poſſit decimam laico concedere, & ibi decidit, quod non: imo quærit, an indiſtincte prohibitum ſit dare, ſeu concedi decimam laico, & dicit, quod in feudum, vel in emphyteuſin concedi non poteſt, quia non poteſt fieri contractus, per quem transfertur directum dominium, vel vtile, quod dicit, intelligendum reſpectu fructuum decimandi, non autem reſpectu iuris, quia illud non habet dubium reſpectu iuris decimandi, cum ſit quid ſpirituale, &c.

Quod dictum, *vt dicit Pau. de Caſt. in conſi. 136.* non habet locum in decima ſolita dari, quia tunc dari etiam poteſt in emphyteuſin & in feudum.

Ad idem facit, quod voluit Bald. *in cap. 1. de conſuet. rec. feud.*
quod imo † laicus etiam ius decimandi præſcribere non po- 26
teſt. *c. cauſam. & ibi Dd. de praeſcrip.* Si ergo ius decimarum, quod eſt Epiſcopi, non fuit translatum in ipſos Aloyſium & Paulum: ſed ſolum videlicet ius reſpectu fructuũ decimarum, ſequitur

de neceſſitate, quod non dicitur contractus cenſualis, ſed emphyteuticus: ſi emphyteuticus; ergo alienãdo, irrequiſito domino, cadit à iuræ inueſtituræ.

Et in ſimili facit, quod voluit Abb. Panor. & communiter
27 Scribentes, *in c. prohibemus. de don.* quod vbi † laicus habet decimam in feudum ab antiquo, hoc eſt, fructus decimarum, nõ poteſt in alium transferre, *per tex. in d. c. prohibemus. & in c. quamuis. & in c. fin. eod. tit. & per c. cum apoſtolica. de his, quæ fi. à Prel.* vbi ſpeciale eſt, quando laicus vellet concedere alteri Eccleſiæ de auctoritate Epiſcopi, quia tunc poteſt, quia non multum refert, quæ Eccleſia habeat, dummodo extirpetur à laico. Quæ ratio omnino ceſſat, cum vult concedere alteri laico, nam per hoc poſſet tranſire in magnum præiudicium Eccleſiæ, cui debetur. Nam per mortem iſtius decedentis ſine filiis deuolueret ad Eccleſiam, ſed per conceſſionem alteri factam forte non deuolueretur, quia haberet filios, per quos impediretur ipſa deuolutio. Laus Deo.

Mar. Anguiſſ. Placen.
I. V. D.

CONSILIVM X. D. NICOLAI EVERHARDI, ETC.

In cauſa venditionis Decimarum.

CHriſti Seruatoris noſtri pientiſſimi diuino auxilio inuocato. Viſis inſtrumento venditionis decimarum, & literis confirmationis, & informatione facti, &c. ad me miſſis, videtur principaliter quæri de tribus.

QVÆSTIONES.

Primò, vtrum iuxta conuentionem venditionis factam ſatis ſit.

tis ſit, quod de tractatu habito per Abbatiſſam eiuſque capitulum, fiat mentio in inſtrumento venditionis, an vero tutius ſit ipſi emptori, quod de eo fiat ſpeciale inſtrumentum, & qualiter & qua forma quam cautiſſime fieri poſſit.

Secundo, vtrum inſtrumentum venditionis ſit perfecte & ſufficienter in omnibus ſuis punctis confectum, ita, vt emptori ſatis per illud cautũ ſit, vel adhuc aliquid addi oporteat, vel detrahi, vel mutari, &c.

Tertio, vtrum confirmatio germanica, adiecta inſtrumento venditionis, ſit magis amplexanda, an vero alia confirmatio Latina ſeparatim facta, & qualiter ea optime fieri poſſit?

Vltra iſta dubia adhuc quæritur, an promiſſio de euictione ſufficienter ſit facta? ſeu an melius fieri debeat? & an conſultum eſſet impetrare confirmationem & ratificationem ſummi Pontificis, ſine præfata venditione decimarum, &c.

SVMMARIA.

1 *Decimæ eccleſiaſticæ ſunt in bonis Eccleſiæ.*
2 *Fructus decimarum inter ſpiritualia non computantur.*
3 *Ex quibus cauſis permittatur alienatio rerum eccleſiaſticarum.*
4 *Alienatio rerum eccleſiaſticarum ſine ſolennitatibus non valet.*
5 *Annui redditus inter immobilia computantur.*
6 *In alienatione rerum eccleſiaſticarum immobilium requiritur conſenſus Capituli.*

ANtequam veniam ad reſolutionem ipſorum dubiorum, præmittendum videtur neceſſario, quod decimæ † eccleſiaſticę ſint in bonis Eccleſiæ. *c. cauſa. de verborum ſignificat. c. 1. in fin. de rebus Eccleſiæ non alien. in 6. notab. Specul. in titul. de decimis, poſt princip.* & regulariter non poſſunt concedi laico, *vt per text. in cap. prohibemus. extra de decimis.* Sed hoc verum eſt, quo ad ius decimandi, de quo agitur in caſu noſtro. Nam fructus † decimarum inter ſpiritualia non computantur: ius autem 1 2

tem

tem decimandi eſt quid ſpirituale, *vt in c. literas. de iura. cla. & in c. cauſam, de præſcriptio. & in c. fin. de rerum permutat.*

3 Secundo præmittendum, quod † alienatio rei Eccleſiæ immobilis permittitur tantum ex duabus cauſis, ſcilicet neceſſitatis & maioris vtilitatis, *vt in d. c. 1. verſic. præſertim. de rebus Eccleſiæ non alien. in 6. & hoc ibi notat dominus de S. Geminia. in 2. col. verſic. nota duos caſus*, vbi amplius dicit, quod debeat eſſe euidens neceſſitas, vel Eccleſiæ vtilitas, faciunt ea, quæ habentur *12. q. 2. in ſumma. Philip. Franc. in d. c. 1. in 6. col. num. 19.* Addit etiam duas alias cauſas, ſcilicet, cauſam pietatis pro redimendis captiuis vel ſubueniendis pauperibus, & cauſam minimæ incommoditatis, *vt ibi latius per ipſum faciunt notata per Bal. in conſ. 378. incip. factum tale. in 3. col. ſecundum nouam impreſſionem, &c.*

4 Præterea hic præmittēdum eſt, ſi fuit † alienatio rerum Eccleſiæ, ſine ſolennitatibus requiſitis, non valet, ſed eſt ipſo iure nulla. *c. ſine exceptione. 12. q. 2. notat Archid. in d. c. 1. de rebus Eccleſiæ non alien. in 6. in 2. colum. num. 2. in fin. notat. in Auth. hoc ius porrectum. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. iubemus, eo. tit. refert Corn. in conſi. 207. incip. quoniam de multis. in 1. col. nu. 8 in 1. col.* Ad hoc enim, vt bonorum immobilium Eccleſiæ alienatio valeat ſecundum communem opinionem, duo copulatiue requirunt, ſcilicet ſolennitas, id eſt, forma requiſita, & iuſta cauſa alienandi, *vt in d. c. 1. de rebus Eccleſiæ non alien. in 6. & in Clem. prima, eod. titu. not. per gloſſ. penult. in fin. in c. 1. de reſtit. in integrum, quam Anton. de Butr. & Abb. & alij Dd. ibi ſequuntur. Ad idem eſt gloſſ. fin. in c. quæ in eccleſiarum, ibid. Abb. in 4. notab. de conſtit. & ita communiter tenet, prout tractat Abb. in c. tua nuper. colum. 2. de his, quæ fiunt à Prælatis. refert & ſequitur Philip. Deci. in conſil. 282. incip. viſo puncto, in penult. colum. num. 6. in 2. parte. & in conſil 174. incip. & pro tenui facultate mea, in princ. in 1. parte.* Et idem in dubio dicendum videtur de iure decimandi, quod parti nec ad Eccleſiam vel Monaſterium, prout probatur in ſæpius allegato *c. 1. de reb.*

5 *eccleſ. non alien. in 6. cum ibi notat. per Dd.* Nam ſunt † annui redditus,

ditus; qui quidem inter immobilia computantur, per tex. *in l. iubemus. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in Clem. exiui de paradiſo. §. cunque annui, de verborum ſignif. & notat Dominic. de S. Gemin. in ca. 2. in 3. colum. verſic. de redditibus annuis. de rebus eccleſ. non alien. in 6.* Et ſic in caſu noſtro in venditione iſtius Iuris decimandi, requirebatur euidens neceſſitas, vel Eccleſiæ vtilitas, vel pietas vel incommoditas, & ſimul etiam requirebatur ſolennitas, vel Eccleſiæ vtilitas, vel pietas, vel incommoditas, & ſimul etiam requirebatur ſolennitas, ad hoc requiſita. Ergo ſi caſu noſtro Abbatiſſa Monaſterii E. extra iſtas cauſas, & abſq; ſolennitatibus requiſitis, de iure prohibeatur vendere ius decimandi, prohibeatur etiam emptor emere, *iuxta notata per Abb. in c. nulli. extra, de Iudæis; & in c. de locato, notat Bar. in l. vnic. C. ne fideiuſſ. dot. dēt. & in l. fin. cap. de nouitate tol. & in l. fin. C. de cupreſſ. lib. 11. & Bal in l. nemo Martyr. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Requiruntur autem † plures in alienatione rerum immobilium Eccleſiæ vel Monaſterii, & inter cætera requiritur tractatus præhabitus, & conſenſus Capituli congregati. Item conſenſus ſuperioris, aliqui etiam dicunt conſenſum Papæ, *prout de iſtis late habetur per Domin. de S. Gemin. in c. ſine exceptione, in 1. & 2. colum. 12. quæſt. 2. & ibi per propoſitum, num. 2. & 4. in 1. colum. & num. 12. & 13. & in 3. colum. Habetur etiam late per Philip. Franciſ. in ſæpius allegato cap. 1. de rebus Eccleſiæ non alien. in 6. colum. cum ſeq. num. 20. 21. 22. 23. & 24. faciunt notata per Abb. in c. nulli. extra de rebus Eccleſ. non alien. in 6. & per eundem in c. 1. in penult. col. de reſtit. in integr. & per Bald. in Auth. hoc Ius porrectum. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per. Pau. de Caſt. in Auth. ſi quas ruinas, eod. tit. & per Alex. in conſ. 189. incip. viſo & mature diſcuſſo. in penult. colum. num. 11. & 12. & in 2. col.* Et iſta videntur quoque habere locum in alienatione feudi Eccleſiæ. *iuxta not. per Bald. in conſil 475. incip. quidam Ioan. Abb. in 2. col. nu. 5. in 1. volum. ſecundum nouam impreſſionem, &c.* 6

PRIMÆ QVÆSTIONIS ſummaria.

1 *In alienatione rerum Monaſterii requiritur conſenſus Abbatis & Monachorum.*

2 *Verba enunciatiua propter aliquid prolata, non probant.*

3 *In alienatione rerum Eccleſiaſticarum debet ſeparatim fieri inſtrumentum de actu habito ab inſtrumento venditionis.*

4 *In alienatione rei magni momenti debet fieri iteratio tractatus.*

5 *Forma ſeparati inſtrumenti ſuper tractatu habito.*

HIs ita ſic præmiſſis deueniendo ad primum dubium, de
quo ſupra apparet, quod in alienatione bonorum im-
mobilium ſeu iurium Eccleſiæ requirantur multa, de quibus
ſuperius dictum eſt. Sed in ſpecie caſus noſtri, quando alie-
1 natur † res immobilis alicuius Monaſterii, Clericorum reli-
gioſorum, ſeu Monialium, tunc pro ſolennitate ſeu forma re-
quiritur conſenſus Epiſcopi & Abbatis, ſeu Abbatiſſæ, ac et-
iam conſenſus Monachorum ſeu Monialium, & tractatus in-
ter eos, *vt in c. Abbatibus. 12. q. 2. & in cap. in venditionibus. 17.
quæſt. 4. & tradit Ioann. Petrus de Ferrar. in practica, in forma libel-
li in actione reali. in verbo, Illis veris ac legitimis, nu. 6.* Quæ qui-
dem etiam locum habent in venditione Iuris decimarum
Monaſterio competentis, *vt probatur in d. c. 1. de rebus Eccleſ. non
alie. in 6. & per notata per Doctores in aliis locis ſine allegatis.* In caſu
autem noſtro interueniſſe videtur conſenſus Epiſcopi loci.
Item etiam Abbatiſſæ ac Monialium, prout apparet ex eorum
ſubſcriptione. Item videtur etiam præceſſiſſe tractatus inter
Abbatiſſam & Moniales, *prout apparet ex tenore literarum vendi-
tionis:* ſed circa hoc dubitatur, an de eo ſatis conſtare poſſit
per verba enunciatiua, de quibus in princ. literarum vendi-
tionis, *& fol. 7. verſ.* Deß alles zu einem ewigen/ ſteten vnd veſten
Vrkundt/ 2c. & hic dicendum videtur, quod ita. Quia licet ver-
2 ba † enunciatiua incidenter propter aliud prolata non indicét
probationem, *vt per Alex. late in con. 155. in 1. & 2. col. in 5. vol. & per*

Phil.

Phil. Decium in conſi. 110. in 3 col. in 2. parte. Tamen in caſu noſtro non videntur incidenter, & propter aliud prolata eſſe in contractu, ſed principaliter & propter ſe: ideo inducunt probationem, *per tex. l. public. §. fin. ff. depoſiti.* Imo etiam interdum ad obligandum inducunt diſpoſitionem, *vt in l. optimam. C. de cōtrah. & commit. ſtipul. &c.*

Verum tamen illis non obſtantibus, videtur contrarium dicendum in caſu noſtro, quia, vt ex prædictis apparet, Abbates vel Abbatiſſę prohibentur libere alienare bona immobilia ſeu iura Monaſterii. Sed inter alia requiritur tractatus habitus ſuper hoc.

Sed ita eſt, quod verba enunciatiua non probant inter eos, qui non poſſunt libere diſponere. *l. ſi forte, & ibi Bart. notat. ff. de Caſtr. pecul. notat Bart. & alij in l. ſi donationes. C. de collat. cum concordantibus ibi poſitis, & habetur etiam per Dd. in l. ſciendum ff. de verb. oblig. refert & ſequitur Iaſ. in prælud. feud. in 27 col. nu. 89. & 90. verſ. pro pleniore inſtructione*, vbi notabiliter ſubdit allegando ad hoc Bald. quod ea eſt certiſſima regula, quæ nunquam fallit, quod vbi aſſertio facta in literis vel inſtrumentis, facit negotium eſſe initum vel contractum, qui alioqui vel à iure improbatus, certe eo caſu tales verborum cautiones ſeu partium enunciationes nihil probant, nec eis eſt ſtandum. Imo potius ex talibus verbis circumuentio Iuris oſtenditur, niſi ſic eſſe, vt enunciatum eſt, per legitimas probationes doceatur. *l. qui inſtrumentum. ff. de probat. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3.*

Et ſic in caſu noſtro per verba illa poſita in literis venditionis Iuris decimarum de contractu præcedente, non probant. *Ita tenet expreſſe Calder. in conſil. 4. incip. an valeat vnio. ſub Rubr. de reb. Eccle. non alie. & per Phil. Franc. in c. 1. in 2. col. in fin. verſ. ſecun. limit. de reb. Eccleſiæ non alien. in 6 faciunt notata per Bart. in l. 1. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. & per Innocent. in cap. cum in iure. de offic. delegat. & in cap. quoniam contra falſam, etiam in probat.* Et ideo in propoſito noſtro tutius eſſe videtur, vt de

tractatu præcedente & habito per Moniales, fiat ſeparatum & peculiare inſtrumentum, per quod de hoc conſtare poſſit. Ita ſentit Bald. *in l. ſciendum ff. de verb. oblig. & refert & ſequitur Ioan. Pet. de Ferrar. in practica ſua, in forma libelli, de actio real. num. 73. ibi. allegat quoque ad hoc Rolandinum in ſua ſum.* Et hanc opinionem,

3 quod de tractatu habito debeat fieri † inſtrumentum per ſe, & ſeparatim ab inſtrumento venditionis, tenet Alex. *in conſil. 17. incip. viſo inſtrumento. in 2. colum. nu. 6. & 7. verſ. nec obſtat, in 4. vol. vbi allegat ad hoc Pau. de Caſtr. in conſil. 89. incip. in nomine Domini ſuper eo, quod quæritur, vtrum viſo ſtatuto, &c. ſecundum antiquam editionem, & eſt de mente Specul. in tit. de locato. §. 2. verſi. & ſcias, iuncto verſic. præcedentibus &c.*

Et circa iſta etiam quęri poſſet, an videatur neceſſe eſſe, vt i-

4 ſte tractatus, præſertim in alienatione rei magni † momenti, debeat non ſemel, ſed etiam pluries præceſſiſſe, & habitus eſſe. Pet. de Anch. *in c. 1. in 3. col. verſ. 20. quæro poſt gloſſ. ibidem, de reb. eccleſiæ non alien. in 6. dicit, quod vtile eſſet iterari tractatum.* Sed tamen non eſt neceſſarium per illum tex. ibi, qui loquitur in noſtro ſingulari, *& pro hoc facit gloſſ. in ſimili. in verſ. loco aliquo. in Clemen. cauſam. de electio. & iſtud ſequitur Dominic. de S. Gemin. in d. c. 1. & Philipp. Franciſc. ibi in 2. colum. nu. 9. circa princip. & Cornel. in conſ. 181. incip. viſis nonnullis actis, in 15 col. n. 45. in 2. vol.* Niſi forte aliud haberet conſuetudo, ſcilicet plures deberent haberi tractatus ſine alienatione rei Eccleſiæ. Nam tunc illa ſeruanda eſt, iuxta nota. *per Bald. in Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per Ioann. Andr. in cap. nulli, de rebus Eccleſiæ non alien. in antiqu. refert & ſequitur Phil. Franc. in præallegato c. 1. num. 9. verſi. ſecundo limita, &c.*

5 Quæ autem † ſit forma conficiendi inſtrumenta ſub tractatu præhabito, nota. per Speculat. *in tit. de locato. §. ſequitur, in 2. col. nu. 7. verſ. & ſcias,* & ſecundum eam doctrinam ita conficietur in caſu noſtro.

Domina Regina à K. Abbatiſſa Monaſterii E. congregatis

infra

infra ſcriptis eiuſdem Monaſterii Monialibus ad Capitulum more ſolito, ſcilicet, Cordula ab E. cuſtode ſeu theſauraria, Anna ab E. Cordula à S. Anna à B. Sabina E. & Catharina à N. Capitularibus propoſuit coram eis, quod cum occaſione euidentis vtilitatis Monaſterii, ſeu etiam incommoditatis expediat, vt habeatur pecunia vſque ad quantitatem 22000. flor. Rhenenſium, prouideant ipſę & deliberent, vnde dictæ pecuniæ quantitas poſſit haberi. Igitur Monialibus ſuper hoc ſolenniter tractantib. & deliberantibus, diligenter tandem communi conſenſu confirmarunt, vt vendatur ius magnarum decimarum, & etiam paruarum, ſimul cum horreis & aliis receptaculis & pertinentibus, in locis infra ſcriptis, &c.

Hic ſpecificentur loca, in quibus ius decimandi venditur, ita, vt pecunia ſeu precium venditionis dictarum decimarum, in cauſam & negotium prædictum, melius & vtilius conferatur, credentes hoc pro dicto Monaſterio expedire, &c.

Cum hac forma Specul. conuenit etiam & concordat Ioan. Pet. de Ferrariis in forma libelli, in actione reali declaratoria, ſub verbis illis, veris ac legitimis. *num. 70.* vbi dicit, *quod conueniunt omnes de Capitulo ſimul in vnum certum locum conſuetum, & fiet coram eis propoſitio, ſuper alienatione facienda de aliqua re, & ibi ſingulatim omnes dicent, quid ſibi faciendum videbitur, pro maiori vtilitate Collegij, vel Monaſterij, argumento text. l. fin. C. de vend. bono. cur. libr. 2 & de hoc fiet inſtrumentum, prout hoc tenet gl. in c. tua nuper. extra de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capituli.* Et licet Specul. in loco præalleg. dicat, quod talis tractatus debeat haberi ſaltem ter, *prout etiam dicit Roland. in notabilibus ſuis*, tamen hoc intelligi debet, quod id quidem tutius ſit & conſultius, *vt in c. & tertio loco. de teſtibus*, non autem vt ſit neceſſarium, faciunt notata per Alexand. *in præalleg. conſil. 17. nu. 6. verſ. nec obſtat. in 4. vol. & alia quoque ſuperius adhuc adducta, &c.*

Et pro forma ſupra dicta de inſtrumento conficiendo ſuper tractatu habito, faciunt quoq; notata per Archid. *in d. c. 1.*

colum. 2. verſic. tractat. de rebus Eccleſiæ non alien. in 6. Sed in tali conſultatione, & deliberatione, ſeu tractatu habendo ſuper alienatione rei Eccleſiæ, inter cętera quoque neceſſarium eſt, quod Capitulum legitime congregatum, & in ſufficienti modo, iuxta notata per Corne. *in præalleg. conſil. 181. nu. 45. in ſecundo volum.* & conſenſus ille ſingularis de Collegio dicitur collegialiter præſtari, *iuxta gloſſ. in verſic. tractatus, in præallegato c. 1. de rebus Eccleſiæ non alie. lib. 6. & ibi hoc notatur per d. Anchor. in 3 col. & Archid. in c. ſine exceptione, num. 2 12. quæſt. 2.* & bonum eſſe, quod de hoc fieret mentio in ipſo inſtrumento. Verum, quia Notarius non fuit pręſens in ipſo tractatu pręhabito, non poſſet de illo facere inſtrumentum publicum, niſi ex relatione Abbatiſſæ & Monialium, quæ interfuerunt tractatui, vel poſſet etiam ſufficere, quod ipſamet Abbatiſſa & Moniales fecerunt de hoc literas, cum ſubſcriptione propria, & appenſione ſigilli communis Monaſterii. Et hæc ſuper contentis in primo dubio ſufficiunt, &c.

SECVNDÆ QRÆSTIONIS ſummaria.

1 *Renunciatio de exceptione ſimulationis & fictionis contractus, nihil releuat.*

2 *In dubio non præſumitur contractus ſimulatus.*

VEniendo nunc ad ſecundum dubium reſponderi poteſt, quod literæ venditionis videantur eſſe factæ cum omnibus clauſulis neceſſariis, vt per diſcurſum illarum colligere licet. Nam in primis Abbatiſſa vna cum Monialibus ſuis capitularibus confitentur pro ſe & ſuis ſucceſſoribus in Monaſterio, quod ipſæ Collectæ in Capitulo, vbi ſolent graues cauſæ tractari Monaſterii animo deliberato ex certa ſcientia, pręcedentibus ſolennitatibus & ſecundũ ordinem & formam Iuris tractatu præhabito, & concordi conſenſu, propter euidentem maio-

maiorem vtilitatem Monaſterii, cum omni meliori forma & modo, & etiam de conſenſu & confirmatione Reuerendiſſimi Epiſcopi Auguſti, ordinarii & ſuperioris, vendiderunt & vendunt nobili & egregio viro ac domino E. V. à R. & eius heredibus, pro pretio 21500. quod pretium fatentur ſe recepiſſe ſibiq; plene ſatisfactum eſſe, eamq; pecuniam ſtatim conuerterunt poſtea in maiorem vtilitatem Monaſterii, ec q̃; nomine liberatum agnoſcunt dictum emptorem, vigore præſentium literarum. Fatentur itaq; ſe omni meliori modo vendidiſſe, ac vendere magnas ac paruas decimas, &c. & paulo poſt ſequitur, quod vendant eas, vt literas & nemini obligatas vel hypothecatas, & tanq̃ ſi omnes partes in ſpecie expreſſę eſſent, &c. & poſtea fatentur ſe decimas illas ſeu ius earum è manu ſeu poteſtate ſua relaxaſſe, & in ipſum emptorem realiter tranſtuliſſe, vt ipſe poſthac quaſi poſſideat, ſine impedimento Monaſterii ſeu Monialium, &c.

Poſtmodum quoque ſubiicitur, quod fecerint ipſum emptorem Procuratorem in rem ſuam, & promittunt per dignitatem ſuam, & veram fidem datã loco iuramẽti, qui dictã venditionẽ inuiolabiliter obſeruare velint, & obſeruabunt. Item promittunt quoq; ſe defenſuras dictũ emptorem cõtra quemcunq;, & ex quacunque ratione vel cauſa, & hoc amplius ſubiicitur, quod dicta Abbatiſſa & Moniales obligant & oppignorant omnia bona Monaſterii in caſu euictionis decimarum, vel partis alicuius earum, & quod emptor ea bona propria auctoritate occupare poſſit, & retinere, & cum illis agere, ſicut cum propriis bonis, donec & quouſque ſibi ſatisfactum ſit. Adiiciuntur præterea multę renunciationes priuilegiorum, reſtitutionum, ſtatutorum, decretorum, conſtitutionum, &c. & in ſpecie renunciant priuilegio conceſſo perſonis & bonis Eccleſiaſticis, & beneficio legis ſecundæ. C. de reſcind. vend. Item exceptioni non numeratæ pecuniæ, quia fatentur ſe pretium recepiſſe, & in vtilitatem Monaſterii conuertiſſe. Renunciant

quo-

quoque beneficio Senatusconſulti Velleiani, & fatentur ſe de
1 iſtis certioratas eſſe, &c. Sequitur poſtea, quod † renunciant etiam exceptioni non ſic facti & celebrati contractus, & rei non ſic geſtæ. Iſta vltima renunciatio eſt in effectu, renunciatio exceptionis, ſimulationis & fictionis, quæ quidem renunciatio nihil releuat, iuxta notata per Bartol. *in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. & per Abb. late in c. cum contingat, in 13. colum. verſic. Nicolai Abb. extra de iureiurand.* Ideo melius eſſet illam renunciationem ſimulationis & fictionis non adeſſe, quia alioquin præſumitur pro inſtrumento, & in dubio non præſumitur contractus ſimulatus. *l. cum precibus. Cod. de probatio. not. Barto. Veronenſ. dictus Cepolla in tractatu ſimulationis cõtractuum, verſi. ſexto caſu, num. 103.*
2 Et dicunt nonnulli Dd. quod talis † renunciatio ſimulationis reddit contractum magis ſuſpectum de ſimula. Ideo in caſu noſtro poteſt iſta renunciatio tolli ex literis venditionis decimarum, reliquę autem clauſulæ & renunciationes videantur valde aptæ pro ſecuritate ipſius emptoris, & adſunt longe plures, quam regulariter in communibus inſtrumentis, vel literis venditionis contineri ſolent, *vt eſt videre apud Specul. ſub titulo, de empt. & vend. per totum, & maxime ibi in 6. colum. cum ſeq. num. 18.* vbi probantur etiam clauſulæ, de quibus hic in literis venditionis, & apud Roland. in not. ac ſumma ſua, in prima parte. *c. vnic.* Quæ autem vltra clauſulas in communibus venditionibus rerum neceſſarias requiruntur amplius in venditionibus rerum immobilium, ſeu rerum Eccleſiæ, vel Monaſterii, videntur hic ſufficienter interueniſſe, & ex præmiſſis ſupra in princ. colligere licet. Ideo circa hoc dubium non puto vlterius inſiſtendum.

TERTIÆ QVÆSTIONIS ſummaria.

1 *Epiſcopus poteſt quartam decimarum ſibi debitam remittere ſeu alienare.*

2 *Quando requiratur conſenſus Capituli, quando vero non.*

Nunc

NVnc itaque veniendo ad tertium dubium, dico breuiter, quod Germanica confirmatio, adiecta literis venditionis, eſt longe melior, quam Latina facta, declaratur præterea hoc amplius illatum, quod indicat conſenſum Epiſcopi interueniſſe, non ſecundum eſſe tantum, & hoc melius videtur propter euitandas cauillationes, *vt nota. in c. 1. de rebus Eccleſiæ non alien. in 6.* vbi diſceptatur, an cõſenſus Epiſcopi interuenire debeat, vel an ſequi poſſit? Satis autem hic videtur eſſe, quod Reuerendiſſimus dominus Cardinalis & Epiſcopus Auguſt. interpoſuerit decretum ſuum, & fateatur ſe bonam diſquiſitionem vtilitatis Monaſterii habuiſſe. *Faciunt ad hæc pulch. notata per Corn. in conſ. 181. incip. viſis nonnullis actis, in 12. col. nu. 4. verſi. nec etiam obſtat, in 2. vol. &c.*

Verum cum in iſta confirmatione Epiſcopi Auguſt. remittatur quoque quarta Epiſcopalis, quæ Epiſcopis dari ſolet de decimis Eccleſiarum & Monaſteriorum, *iuxta nota. per Abb. in cap. cum olim, in fi. extra de cenſibus, & in c. requiſiuiſti. extra de teſtamentis, & per Fel. & alios in c. de quarta. extra de præſcript.* Aduertendum eſt, quod potuit quidem Reuerendiſſimus Epiſcopus illam † quartam alienare ſeu remittere, *iuxta nota. per Bald. in leg. præſes. in 6. quæſti. Cod. de tranſaction.* Quamuis Baldus ibi loquatur de quarta funeralium vel morticiniorum, tamen idem videtur eſſe in quarta Epiſcopali, quæ debetur Epiſcopo de decimis. 1

Veruntamen ad hoc, vt poſſit alienare d. quartam, videtur requiri conſenſus † Capituli, vt colligitur ex notatis per Hoſtienſ. *in c. de quarta. de præſcript. col. fin. vt probatur per gloſſ. fin. in c. paſtor. in fin. de donat. faciunt notata per Cornel. in conſi. 262. incip. licet in hac conſultatione, in 2. colum. num. 5. in 3. vol. & per d. Vbald. de Peruſio, in tractat. de Canonica Epiſcopali, in c. 2. in 6. col. nu. 19. videtur probari per tex. in c. ſine exceptione, cum ibi notat. per Dom. de S. Gemin. & alios. 12. q. 2.* 2

Iſtis tamen non obſtantibus, videtur quod in caſu noſtro

Reuerendiſſ. Epiſcopus Aug. alienare potuerit iſtam Canonicam ſeu quartam epiſcopalem ſine conſenſu Capituli, nam præſupponit, quod iſta quarta non erat communis inter Epiſcopum & Capitulum, ſed erat potius Epiſcopi, & præſupponitur etiam, quod non erat de menſa ipſius Epiſcopi: ergo non regulatur conſenſus Capituli, per ea quæ notantur per Philip. Franc. *in cap. 1. in 6. colum. num. 20. de rebus Eccleſiæ non alie. in 6.* Quinimo, ex quo hic agebatur de re parui momenti, *puta de 15. flor. annuis*, videtur, quod omnino & abſque dubio hoc fieri potuit ſine conſenſu Capituli, *per text. in c. terrulas & ibi nota. 12. q. 2. & ita nota. Philip. Franc. in ſæpius præallegato cap. 1. in colum. penult. num. 26. verſ. ſeptimo limita. de rebus eccleſiæ non alien. in 6 & Præpoſitus in c. ſine exceptione, in penult. colum. verſic. quarto fallit. 12. q. 2* Et hoc maxime dicendũ videtur in caſu noſtro, quia præſupponit hic, quod iſta alienatio facta fuerit per Epiſcopum, Capitulo ſciente, & non contradicente, *iuxta notat. per Philip. Franc. in loco iam allegato.* His accedit etiam, quod pretium alienationis pro quarta Epiſcopali, per Reuerendiſſimum dominum Epiſcopum & Cardinalem acceptum, in maiorem & meliorem vtilitatem dignitatis Epiſcopalis conuerſum eſſe aſſeritur.

VLTIMÆ QVÆSTIONIS ſummaria.

1 *Si ab initio contractus non conuenerit, quantum venditorem pro euictione præſtare oporteat, venditor ſimplam euictionis nomine præſtabit.*

2 *Si de conſuetudine loci introductum ſit, vt in omnibus venditionibus ſatiſdetur de euictione, tunc in duplũ venditor conuenitur.*

3 *Auctoritas Pontificis in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum, tum demum requiritur, quando Prælatus iuraſſet, ſe non alienaturum inconſulto Pontifice.*

4 *Emptor rerum Eccleſiaſticarum tenetur probare pretium in maiorem vtilitatem Eccleſiæ eſſe conuerſum.*

5 *Eccleſia æquiparatur minoribus, ideo poteſt petere reſtitutionem in integrum.*

VLtra dubia prædicta quærebatur etiam, an promiſſio de euictione ſit ſufficienter facta, iuxta tractatum de venditione facienda.

Ad hoc quoque reſpondeo breuiter, quod poſteaquam ini-
tio † non conuenerit, quantum dominam venditricem pro e- 1
uictione præſtare oporteat, nihil venditrix præſtabit præter
ſimplam euictionis nomine, & ex natura ex empto actionis,
hoc quod intereſt, ita dicit text. *in l. ſi in vend. ff. de euictio.* Præ-
terea cum in caſu noſtro initio contractus non immineat eui-
ctio, nec conuenerit, vt euictionis nomine ſatiſdaret, non ne-
ceſſe tamen, num venditrix propter hæc ſatiſdare, hoc eſt, da-
re fideiuſſores in euentum euictionis, & vt fideiuſſores eo no-
mine compelli & vocari poſſint in obſtagium, ſeu Leyſtung / vt
vocant, per tex. *in l. emptori ff. de euictio. & in l. 1. verſ. ſtipulatio du-
ple. ff. de prætori. ſtipul. & notat Bart. ibi. in §. ſtipulationum.* niſi for-
te conſuetudo loci haberet, vt in omnibus venditionibus ſa- 2
tiſdaretur de euictione, cum fideiuſſoribus, *vt notat Bart. in d.
§. ſtipulationem, verſic. quintus caſus, per tex. in l. quod ſi nota. §. quia aſ-
ſidua. ff. de ædil. edict. & in l. ſi prius. §. 1. ff. de aqua plu. arc.* alioquin
vero in caſu noſtro, vt nunc D. Abbatiſſa induci poſſet, vt e-
uictionis nomine obligaret ſe ad duplum pretii, vel vt ſatiſda-
ret fideiuſſoribus, noua pactione opus eſſet, iuxta text. *in l. pact.
conuenta. ff. de contrah. emp.* Nam ex priori conuentione non vi-
detur ad hoc teneri, faciunt notata per Spec. *in tit. de empt. &
vend. in 4. col. nu. 8. verſ. verum tamen.* Et ita ex iſtis apparet, quod
ſi D. Abbatiſſa, neq; ex conuentione præcedente, neq; ex con-
ſuetudine loci teneatur ad dandos fideiuſſores euictionis no-
mine, fruſtra quæritur de fideiuſſorib. locandis in obſtagium.
Cæterum videtur D. Abbatiſſa alioquin ſufficientiſſime pro-
miſiſſe de defendēdo ipſum emptorem contra quemcunque,

cum obligatione omnium bonorum Monaſterii,& aliis abundantiſſimis cautelis, quæ optime videntur facere pro ſecuritate domini emptoris, &c.

Sed circa hoc etiam quæritur per ipſum dominum emptorem, an ne conſultum eſſet, pro maiori ſecuritate, & vt ſum-
3 mus Pontifex † confirmaret hanc alienationem? Ad hoc breuiter reſponderi poteſt,quod illud non videatur neceſſarium, niſi in caſu, quando Prælatus iuraſſet non alienare inconſulto Pontifice, iuxta notata per Dominic. de S. Gemin. *in prælle-gato cap.1. in 3.colum. verſic. an autem ſit neceſſarium. de rebus Eccleſiæ non alien. in 6. & in cap. ſine exceptione, in 1. colum. in fine. 12. quæſt. 2. & ibi. per Præpoſitum in ſecunda colum. verſic. an his, faciunt notata per Bald. in conſil. 378. incip. Factum tale eſt, ſuper quo petitur. in 3. colum. ſecundum recentiorem impreſſionem.* Ex quibus omnibus videtur probari, quod cum in noſtro caſu præſupponatur, quod hic domina Abbatiſſa non ita iurauerit, videtur hic ſufficere conſenſus Epiſcopi, &c. Vtrum autem per dominum emptorem etiam atque etiam curandum ſit, vt videat, an pretium
4 iſtius emptionis ſit conuerſum in maiorem vtilitatem Monaſterii, requiritur ſecundum aliquos Dd. vt emptor † probet pretium conuerſum eſſe in maiorem vtilitatem Eccleſiæ vel Monaſterii, *vt per Philip. Franc. in ſæpius allegato c. 1. in 1. colum. in 4. nota. de rebus Eccleſiæ non alien. in 6. poſt Pet. de Ancha. ibid. & Domin. de S. Geminia. ad quod videri poſſunt notata per Petr. Philip. Cornel. in conſi. 181. incip. viſis nonnullis actis, in 10. colum. num. 32. verſ. nec etiam obſtat, in 2. vol. vt per Guid. Papæ in deciſione parlamenti Delph. quæſt. 151. incip quarta concluſio.* Itaque in caſu noſtro conſultum eſſet domino emptori, vt prouideat, vt ſaltem iam in princ. bene
5 collocetur pecunia ad maiorem vtilitatem Monaſterii. Nam licet verum ſit, quod Eccleſia † æquiparetur minori, & idcirco læſa eſt in contractu ſuo, enormiter poteſt petere reſtitutionem in integrum, *per tex. in c. 1. de reſtit. in integr. in 6. & in c. 1. & c. auditis, de reſtit. in integrum, in antiquis, facit tex. in l. nam & poſtea.*

§. ſi

§ ſi minor. ff. de iurciur. iuncta l. final. ff. de temp. in integr. reſtit. petit. Tamen iſta læſio conſideratur tempore contractus, iuxta notata in cap. *cum dilecti, de empt. & vend. per illum tex. ibi in fin. & in l. ſi voluntatem. eodem titul.* Itaque in propoſito noſtro conſiderandum eſt, an à parte Monaſterii contractus fuerit prudenter & ſobrie celebratus, & nõ attendit, ſi altera res ſuccedatur, & ſic tractu temporis forte redundet damnum ex ipſo contractu. Nã ex tali læſione ita accidentaliter cõtingente, non cauſatur reſtitutio in integrum, per tex. *in l. rerum. §. item non reſtituetur. ff. de minor. faciunt ad hæc pulchre notata per Corne. in præalleg. conſ. 181. in 22. col. nu. 61. in 2. col.*

Hęc breuiter per hanc temporis anguſtiam, vt nuncium cito remitterem, ad ſupradicta dubia reſpondere putaui. Saluo vniuſcuiuſq; rectius ſentientis iudicio.

Nicolaus Euerhardus Iureconſultus, vt ſupra deductum eſt, reſpondi, ſubſcripſi, ac ſubſignaui, &c.

CONSILIVM XI. HERMANNI VVLTEII, IC. CLARISSIMI, ET PROfeſſoris Academiæ Marpurgenſis.

De pactis dotalibus, & mutuo coniugum teſtamento.

SVMMARIA.

1 *Subſcriptionis vis eſt maxima.*

2 *Subſcribens inſtrumento eo ipſo cenſetur contractum approbare.*

3 *Subſcribere & ſcribere paria ſunt.*

4 *Ius in negãte ſcripturam alienam, cui ſubſcriptum, idem eſt, quod in negante ſcripturam propriam.*

5 *Bartoli quædam ſententia improbatur.*

6 *Graue eſt fidem fallere.*

7 *Contractus ab initio voluntatis ſunt, poſtea neceſſitatis.*

8 *Contra factum proprium nemo venire debet.*
9 *Quod quis per alium facit, ipſemet facere cenſetur.*
10 *Contractus præſumitur iniri, prout de iure debet.*
11 *Contrahentes cenſentur ſeſe accommodaſſe iuri.*
12 *Error non præſumitur.*
13 *Dolus non præſumitur.*
14 *Delictum non præſumitur.*
15 *Nemo ſuum iactare præſumitur.*
16 *Conditio actum ſuſpendit.*
17 *Conditione deficiente ipſe etiam actus deficit.*
18 *Paria ſunt non fieri, aut fieri, ſed ſub conditione non purificata.*
19 *Conditio eadem eſt cum cauſa finali.*
20 *Cauſa ampliat & reſtringit obligationem.*
21 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
22 *Errans in facto non cenſetur conſentire.*
23 *Errans non obligatur ex actu, quem celebrat.*
24 *Etiamſi iuratus eſt actus.*
25 *Iuramentum non ſupplet defectum conſenſus.*
26 *Error etiam poſt ſententiam definitiuam allegari poteſt.*
27 *Error probatur eo ipſo, quod probatur rem ſeſe habere aliter.*
28 *Error in facto alieno multo eſt tolerabilior.*
29 *Dolo inductus non cenſetur conſentire.*
30 *Dolus coniecturis & indiciis probatur.*
31 *Dolus præſumitur ex taciturnitate eius, quod dici debuit.*
32 *Dolus præſumitur ex aſſeueratione eius quod non eſt.*
33 *Dolus præſumitur ex perſuaſione vrgenti.*
34 *Dolus præſumitur ex omiſsione ſolennitatis requiſitæ.*
35 *Dolus probatur à veroſimili.*
36 *Æqualitas in contractibus eſt ſeruanda.*
37 *Etiam in correſpectiuis & reciprocis.*
38 *Heres tenetur præſtare factum defuncti.*
39 *Geminationis vis eſt maxima.*
40 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

41 *Quod nullum eſt, nullum præſtat effectum.*
42 *Pactum eſt duorum pluriumue in idem conſenſus.*
43 *Alter alteri paciſci nequit.*
44 *Hereditas pactis non datur.*
45 *Pactum de ſucceſſione viuentis eſt contra bonos mores.*
46 *Ac ne fauore quidem piæ cauſæ ſuſtinetur.*
47 *Conſuetudine vel ſtatuto non poteſt conualidari pactum de futura ſucceſſione.*
48 *Contra factum inualidum veniri poteſt.*
49 *Heres contra factum defuncti inualidum venire poteſt.*
50 *Regula,* quod quis per alium facit, *explicatur.*
51 *In claris non eſt opus præſumptionibus & coniecturis.*
52 *Præſumptio ſpecialis derogat generali.*
53 *Præſumptiones plures præferuntur vni.*
54 *Quo quidque modo colligatum eſt, eodem diſſoluitur.*
55 *Conſenſu perfecta conſenſu diſſoluuntur.*
56 *Conuentiones intelliguntur* Rebus ita ſtantibus.
57 *Etiam iuratæ.*
58 *Coniuges ſeſe mutuo inſtituere poſſunt.*
59 *Pactis coniugũ mutuis de ſuccedendo recedi poteſt à pactis dotalibus.*
60 *Coniuges ſeſe inuicem lenociniis verborum inducere poſſunt.*
61 *A pactis dotalibus teſtamento recedi poteſt, etiamſi conuenerit, ne fiat teſtamentum.*
62 *Rei partes ſunt fauorabiliores.*
63 *In dubio pro teſtamento pronunciandum eſt.*

Reſponſum ad quæſtionem primam.

IN prima quęſtione contra conſulentem magnopere vrgere videt᷑ quod † ſubſcriptionis maxima vis 1
ſit. Subſcribendo enim † quis prorſus cenſetur con- 2
ſentire in contractum, itemq; plene comprobare & ratum habere, cum ſubſcriptionem ſuam adiicit inſtrumẽto de eo confecto. *l. ſicut §. non videtur, verſ. ſed ſi ſubſcripſerit ff. quib. mod.*

mod.pign.vel hypoth.ſolu.l.ſi ego. §.*dotis.ff.de iure dot.contract. verb. ſubſcriptione partium confirmata. C.de fide inſtrum.l.fin.*§.*ſubſcriptionem.C.de iure delib. Bartol. Angel. Fulgoſ. Paul. de Caſtro. Ioann.& alij Doctores communiter in l.emptor.*§.*Lucius.ff.de pact.ca.ſi quis pres-*
3 *byterorum. & ibi gl. de rebus eccleſ.non alien.* Nam† paria ſunt ſcribere & ſubſcribere, nihilque intereſt ſua manu quis inſtrumentum ſcribat, an ſubſcribat. *d.*§.*non videtur. l. Caius.ff.de pignor.act. Angel.in l.ſi ita ſtipulatus.* §.*Chryſogonus.ff.de ver.obligat. Bald.in Auth.Contra qui propriam, col.2.verſic. Item quæro. C.de non numer.pecun. Innocent. in c. Quoniam contra.de probat.& ibid. Felin. nu.43. verſ. habes ergo doctrinam. Pariſ.conſil. 19. num. 108. volum. 2.* Menoch. *de arbitrar. ind. quæſt. caſu. 94. numer. 14.* vbi ait ſubſcriptionem totam ſcripturam, cui ſubiicitur, repræſentare.

4 Atque hoc adeo verum eſt, vt † ius de negante propriam ſcripturam locum etiam habeat in negante ſcripturam alienam, cui ipſe ſubſcripſit. *Bald.in d. Auth. Contra qui propriam. verſic. Item quæro, Purpurat. in leg. admonendi. numer. 166. ff. de iureiur. Dec. in dict. cap. Quoniam contra. verſic. circa ſecundum, & in Authent. ſi quis in aliquo. verſic. ſed tamen dictum. Cod. de edend.*

5 Etſi vero ita † demum ſcribere & ſubſcribere paria ſunt, ex ſententia Bartol. *in l.Diuus.*§.*idem ſenatus.ff.ad leg. Cornel. de fal.* ſi ſit ſubſcriptio ſpecialis, mentio item de iis quæ ſuperius in ipſo inſtrumento ſunt in præiudicium ſcribentis ſcripta: tamen verior eſt contraria ſententia exiſtimantium, ſubſcriptionem generaliter & ſimpliciter factam ſubſiſtere. Angel. & Imola. *in d.*§.*Chryſogonus,& Felin.in d.c.quoniam contra.nu.48.* vbi plures alios Doctores huius ſententiæ adſtipulatores laudat, & refutat obiectionem; qua ex textu *in d.*§.*ſenatus.* nititur Bartolus. Et facit contra Bartolum quod idem operetur genus quoad genus, quod ſpecies, quoad ſpeciem. *l.ſi duo. in fine. ff. de adminiſtrat.tutor.l.omnes. C.de præſcript.30.vel.40.annor.*

Atq;

Atq; ideo in propoſita etiam facti ſpecie generaliter & ſimpliciter facta ſubſcriptio ſufficit ad oſtendendum conſenſum, cum præſertim hodie ſubſcriptiones ſcripturarum pactorum, datalium & aliarum donationum plerunque ita à contrahentibus fiant, & generali conſuetudine receptæ ſint.

Item quod † ſemel paciſcendo vel pactis in ſcripturam red 6
actis ſubſcribendo placuit, non poteſt poſtea diſplicere, ſed graue eſt iurique naturali repugnat, fidem ita ſemel datam fallere. *c. quod ſemel, de regul. iur. in 6. leg. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtitut. pecun.*

Sicuti enim † initio liberum eſt contrahere, vel non con 7
trahere, ita Contractui ſemel inito & perfecto ſtandum eſt, nec inde reſiliri debet. *l. ſicut. C. de obl. & act. l. in commodato §. ſicut. ff. commod.* Atq; hinc beneficium ēt legis mereri negatur qui ipſe ſibi conuentione aliqua impoſuit neceſſitatem. *l. ſi fideiuſſ. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.*

Quare conſulenti ſua ſubſcriptio obſtare videtur, quo minus contra eam venire & vxoris hereditatem cognatis eius denegare poſſit.

Etſi enim ſponſa ipſa non ſubſcripſerit pactis dotalibus: tamen non quid ipſa fecerit, vel non fecerit, attendendum, ſed ad ipſius ſponſi proprium factum reſpiciendum eſſe videtur, quod videlicet propria ſubſcriptione pacta dotalia comprobarit, eoque facto teſtatus ſit, ſe nolle ſponſæ ſuæ intra biennium morienti ſuccedere, ſed velle, vt bona eius ad proximos eius agnatos redeant.

Proprium † enim factum cuiuſq; ſpectandum eſt, & contra 8
illud veniri non debet, ſiue in ſubſcriptione, ſiue in alia re conſiſtat, *l. poſt mortem. ff. de adop.*

Ad hęc propter ipſorum propinquorum ſponſæ præſentiam & factū, quo videlicet eius nomine pacti ſunt & ſubſcripſerunt pactis dotalibus, perinde eſſe videtur ac ſi ipſa pacta ſit, & pacta illa ſua ſubſcriptione comprobarit. Quod enim † quis 9

per alium facit, ipſe facere cenſetur, *ca. qui facit. de reg. iur. in 6. l. qui mandat. & l. cum iuſtũ. ff. de ſolut. l quod ſtatu. liber. de donat. cauſ. mort* Atque hoc quidem eo magis in propoſita facti ſpecie attendendum eſt, quod paſſim moribus receptum ſit, vt ſponſæ propinqui interſint eius nomine pactis dotalibus, ſubſcribantque etiam huiuſmodi pactis.

10 Sed & alias perſumi debet contractum † iniri, prout de iure poteſt & debet. *Iacobus de S. Georg. in tract. feud. verb. etiam quod*
11 *ipſi vaſallt. nu. 1. VVeſenb. conſi. 70. num. 3.* Huic enim † contrahentes ſe accommodaſſe & conformaſſe intelliguntur, *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. l. 2. C. de nox. act. Lud. Roman. conſ. 510. nu 28. Corn. conſ. 190. in pr. part. 3. Euer. conſ. 87. nu. 40. VVeſenb. d. conſ. 70. nu 7.*

Neq; vero conſulens vllo modo obtendere poſſe videtur, ſe errore vel dolo cognatorum vxoris ſuæ ad ſubſcribendum
12 pactis dotalibus inductum eſſe, cum † nec error, nec dolus præſumatur, idq; de errore reſponderunt Corn. *cõſ. 17. col fi. l b. 4.* & Menoch. *con. 89. n. 121.* vbi allegat etiam Iaſ. & Crauet. additq; omnes hoc docere. *in l. poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. ignorant.*

13 Dolum vero non præſumi vel inde probatur, quod † dolus
14 ſit delictum, *l. item exigit. de dol. mal. l. ex contractibus. ff. de action. & oblig.* & delictum † non præſumatur, *l. vlt. C. de probat. glo. in c. illud. d. 49 Rolan. à Valle. conſ. 11. nu. 27. lib. 3. Menoch. conſi. 102. nu. 6. & VVeſemb. conſ. 12. nu. 73.* Et in ſpecie de dolo, quod non præſumatur, tradunt Grammat. *voto 10. nu. 20.* Crauet. *con. 319. nu. 1.* Menoch. *conſi. 35. nu. 26.* eoq; pertinet tex. *in l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. l. merito. pro Soc. c. dudum. de præſumpt. cap. 1. de renunciat. in 6.*

Verum licet hæc contra conſulentem aliquid coloris habeat: tamen circumſtantiis propoſitæ facti ſpeciei penitius inſpectis, malo in contrariam ſentẽtiam deſcendere, quod conſulenti ſubſcriptio ſua non noceat, nec obſtet, quo minus defunctæ vxoris heres ſit.

Nam

Nam primum ſubſcriptio à conſulente facta eam tacitam
continet conditionem, ſi & ſponſę eadem pacta placerent, vel
ſaltem ab ea rata haberentur. Hæc enim altera principalis erat
perſona, quam pacta dotalia concernebant, & eius conſenſus
neceſſario requirebatur, neq; præſumendum eſt, quod ſpon-
ſus ſolus voluerit de ſuis bonis obligari, nec viciſſim ſibi obli-
gatam habere ſponſam, cum † nemo ſuum iactare præſuma- 15
tur, *l. cum de indebito. ff. de probat.*

Tacita autem illa conditio purificata non eſt, ſed plane de-
fecit, cum ſponſa poſt confectionem pactorum dotalium, vbi
contenta eorum intellexit, expreſſe iis contradixerit, eaq; ap-
probare noluerit, in eoq; diſſenſu ita conſtans fuerit, vt vſque
ad mortem in eo perſtiterit, ac teſtamento ſuo contrarium
diſpoſuerit.

Atqui expediti iuris eſt, conditionem † efficere, vt actus o- 16
mnino ſit in ſuſpenſo, *leg. quæ ſub conditione. ff. de condit. inſtit. l. ſi
quis ſub condit. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. cedere diem. verb. Vbi
ſub conditione ff. de verb. ſignif. cap. ſi pro te. vbi gloſſ. & Dd. de reſcrip.
in 6.* Ideoq; † deficiente conditione & ipſe actus deficit, perin- 17
de ac ſi nunquam in rerum natura fuiſſet. *l. qui heredem. & l. Mæ-
uius ff. de condit. & demonſtr. l. in teſtam. ff. eod. l. pecuniam quam, vbi
Alex. nu. 4. ff. ſi cert. pet. Paris. conſ. 31. n. 17. vol. 4. Burſat. con. 151. nu. 6.
Cach. deciſ. 50. nu. 12.*

Paria enim † ſunt nihil fieri, aut fieri ſub conditione aliqua, 18
quæ non purificatur, *Rip. li. 1. Reſp. c. 2. nu. 23. Cur. iun. conſ. 92. nu. 6.*

Conditio † etiam & cauſa finalis in idem recidere cenſetur. 19
*Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa. pa. 1. limitat. 1. nu. 56. 60. 61. Bald. in
authent. matrim. C. quando mul. tut. offic. VVeſenbec. conſil. 16. num. 9.
Gul. obſ. 132. num. 4. lib. 2.* Cauſa vero huiuſmodi † vt ampliat, 20
ita etiam reſtringit & coarctat totam obligationem, *Soc. ſenior.
conſi. 165. n. 21. vol. 2. Paris conſi. 84. nu. 12 & conſ. 113. nu. 22. lib. 1.
VVeſenb. d. conſ. 16. n. 5.* ideoque hic locum habet, quod † ceſſan-
te cauſa ceſſat effectus, *gloſſ. in leg. generaliter. in verb. derel ct. C.* 21
de Epiſc.

de Epiſc. & Cleric. per illum text. & l. vlt. ff. de teſtam. tut. Tiraquell. fuſe toto tract. ceſſante cauſa, &c.

Quamobrem cum condonatio, ad quam reſpexit ſponſus in ſua ſubſcriptione, non ſit impleta, ſed omnino defecerit, perinde eſt, ac ſi nulla ſubſcriptione pacta dotalia comprobaſſet.

Secundo in facto per ſponſum erratum fuit, dum aſſertionibus ac perſuaſionibus de ſponſę voluntate à propinquis eius factis fidem adhibens putauit, propinquos ſponſæ ex mandato ſponſæ tractare, quæ ad pacta dotalia facerent, ideoque ſponſam in iis acquieturam, nec vllo modo repugnaturam eſſe.

22 Non cenſetur † autẽ conſentire, & actum aliquem approbare, ſiue ſcribat, ſiue ſubſcribat, qui in facto errat, *l. error. ff. de iur. & fact. ignor. l. nihil conſenſui. § fin. ff. de reg. iur. l. in omnib. negoc. ff. de action. & oblig. Dd. in l. 1. ff. Quemadmodum teſt. aper.* Ideoq;
23 errans † non obligatur ex actu, quem celebrat. *Angel. in l. qui pœnæ. §. duo patres. quæſt. 1. ff. de verb. oblig. Menoch. conſ. 1. num 99. & Roland. à Vall. conſ. 13. nu. 29. lib. 1.*

24 Atque hoc † ita ſe habet, etiamſi iuramentum erroneo actui
25 acceſſerit, cum † iuramentum non poſſit ſupplere defectũ conſenſus, *l. fin. C. de non num. pec. Dec. in l. Non omnis. nu. 11. ff. ſi cert. pet. & conſ. 532. nu. 12. Cacher. deciſ. 172. num. 19. Io. Crot. conſ. 12. n. 15. & 16. & Rol. à Vall. ſupra citato loco.*

26 Imo † tam fauorabilis eſt erroris allegatio, vt, ſi quis ex aduerſarii aſſertione in eum inductus ſit, poſt definitiuam ſententiam talis error allegari & corrigi poſſit, vt docet Menoch. *conſ. 38 nu. 45.* poſt Socin. ſen. *conſ. 92. nu. 13. lib. 4.* & Bart. *in l. 1. gloſſ. vlt. ff. quando actio. de pec. eſt annalis.*

Probatio vero erroris in propoſita facti ſpecie ſecundum ea, quę in eadem facti ſpecie narrantur, facilis eſt, cum res ſe aliter quam ſponſę cognati de eius voluntate, conſenſu & approba-
27 tione aſſerebant, habuerit, & iuris certi ſit † errorem eo ipſo pro-

probari, quod quis probat rem ſe aliter habere, quam dictũ vel factũ eſt, gloſſ. *in l. de ætate. §. vlt. ff. de interr. act. & in l. non fatetur. de confeſſ.* Bart. *in l. error. in fin. C. de iur. & facti ignor.* Bald. *in l. cum falſa. C. eod.* Ruin. *conſ. 10. nu. 16. lib. 3.* Crauet. *conſ. 157. num. 14. & 15.* vbi late oſtendit eo ipſo, quod quis credidit alterius aſſertioni abunde doceri errorem, & hoc illud eſſe quod Doctores clamant & inculcant, ſubueniendum eſſe deceptis ob alterius aſſertionem.

Et cum † hæc ita ſe habeant in facto etiam proprio, præſertim ſi de damno vitando agitur, *Dec. conſ. 350. nu. 4. Rol. à Vall. con. 100. nu. 25. lib. 3. Ruin. conſ. 10. nu. 16. li. 3. & con. 127. nu 16. lib. eod.* multo magis ſibi locum vendicant, & iuſtiſſimus error eſſe cenſetur, qui inducitur in alieno facto (vt hic) ex alterius aſſertione, idque verum affirmaſſe & commendaſſe omnes Doctores dicit Menoch. *conſ. 1. nu 98.* vbi nominatim etiam complures de ea re adducit Doctores. 28

Ex quibus omnibus conficitur, hoc caſu conſulenti ob errorem etiam, in quem per aſſertiones propinquorum ſponſæ de voluntate & conſenſu eius vt alieno facto in re aliter ſe habente inductus eſt, non officere ſuam ſubſcriptionem, & ob illam quoq; cauſam perinde eſſe, ac ſi pactis dotalibus non ſubſcripſiſſet.

Tertio, conſtat de iure in quocunq; † contractu dolum exceptũ cenſeri, nec pro conſentiente habendum eſſe, qui dolo alicuius ad aliquid faciendum inducitur. Cacher. *deciſ. 58. nume 33* & Burſ. *conſil. 82. num. 18.* vbi oſtendit id ita etiam ſe habere in iurato contractu, idemque traditur à Cacher. *deciſ. 41. numer. 3.* ac facit pro ea ſententia textus *in cap. quamuis. de pact. in 6.* 29

Dolus autem † ſolis coniecturis & indiciis recte probatur. *l. dolum. C. de dol. gl. in l. apud Celſum. in pr. ff. de except. dol. c. 2. in prin. de renun. in 6. Neuiz. conſ. 34. nu 28. Port. conſ. 22. nu. 26 Crauet. conſi. 100. nu. 3. Pariſ. conſ. 86. nu. 29. lib. 3.* 30

Huiuſmodi multæ variæ coniecturæ ac præſumptiones iuris in propoſita facti ſpecie concurrunt, ex quibus colligi ac doceri poteſt, dolo quodam ſponſum per cognatos ſponſæ ad ſubſcribendum pactis dotalibus inductum fuiſſe.

Nam cognati ſponſæ id, quod dicendum fuit, tacuerunt in ſui commodum, & damnum ſponſi, vt qui non inito pacto de non ſuccedendo ſponſæ intra biennium morienti ex ſtatuto loci eius heres futurus erat.

Expreſſe quoque de ſponſæ voluntate & conſenſu aſſeruerunt, quod non fuit aſſerendum & dicendum, longeque aliter ſe habebat: imo inſtando & importunius vrgendo perſuaſerunt, & quodammodo extorſerunt ſponſo ſubſcriptionem, qua tale pactum cõprobaret. Et licet conſuetudine receptum ſit paſſim, vt ipſa ſponſa etiam pactis dotalibus ſubſcribat, & B. eo caſu, quo ipſa ſponſa non ſubſcribit, obſeruetur, vt per Curatorem, ei peculiariter cõſtitutum, ſubſcriptio eius nomine fiat: tamen hoc ipſum, quod ita fieri conſueuit, hic omiſſum eſt, viaque inuſitata ſponſæ nomine vſi ſunt cognati eius. Nec veroſimile eſt ſponſum conſenſurum ac ſubſcripturum fuiſſe, ſi ſciuiſſet ſponſæ pacta dotalia diſplicere, nec aliud ei *perſuaſum* fuiſſet.

Ex his omnibus, & quidem diuerſis circumſtantiis, varie etiam & complures, eæque vehementes naſcuntur doli præſumptiones & coniecturæ iuri conſonæ, idq; ex ſubiectis præſumtionibus iuris manifeſtum euadet.

31 Etenim certi iuris eſt, quod † dolus arguatur & præſumatur ex taciturnitate, quando quis tacet aliquid ad ſui commodum & in damnum alterius, *leg. quæritur.* §. *ſi venditor. ff. de æd. l. edict.* Innoc. & Dd. *in c. cum dilecta. de reſcrip.* oſtendentes in dolo eſſe qui apud principem generalibus vtitur verbis, nec eum de omnibus in ſpecie certiorem reddit. Caſtrenſis quoque. *conſ. 411. viſo facto & dub. col. 1. in fin. lib. 1.* ſcribit contra tacentem, nec certiorantem aliquem de beneficio ſibi competenti, præſumi dolum

dolum. Et ratione taciturnitatis dolum pręſumi docent Bald. & Salic. *in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appellat.* Iaſ. *in l. paciſci. ff de pact.* Corn. *conſili. 190. colum. 6. verſic. tamen. in caſu noſtro. libr. 2.* & prolixe Crauet. *conſil. 83. num. 3. & conſil. 142. nu. 20. & conſ. 172. num. 5.*

Similiter doli præſumptio naſcitur † de iure non ſolum ex taciturnitate, ſed & falſa expreſſione eius, quod aliter ſe habet, *l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo. Bart. in l. procurator. qui pro euict. circa fin. ff. de procur. Crauet. conſ. 2. nu 13.* 32

Arguitur † etiam dolus, ſi quis per alium importunius vrgentem & inſtantem perſuadeat aliquid, *leg. cum quis. & ibi Bart. ff. de dolo. gl. in l. apud Celſum. ff. de except. doli. Hieron. Tortus. inter conſil. Curtij ſenioris. conſil. 28. in fine. Crauet. late conſi'. 192. numer. 12.* 33

Atque hæc ita ſe habere cenſentur, etiamſi quis adſerat perſuadeatque alicui quod ignorat. *l. Iulianus, ibi, ſed non debuit falſo, quæ ignorabat, aſſerere. ff. de act. empt. dict. l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo.* Caſtr. *conſil. 419. in quadam informatione. colum. fin. circa princ. libr. 1.* Crauet. *conſ. 249. nu. 6.* vbi addit, ideo aliquem ex temeraria aſſeueratione perinde puniri, ac ſi in dolo eſſet. Per Gloſſ. & Doctores. *in l. 2. ff. quod quiſq. iur.* & Calcan. *conſ. 25. col. 3. in fine.*

Superioribus præſumptionibus & illa accedit, quod † dolus præſumatur, ſi quid inuſitata via fiat per omiſſionem ſolennitatis debitę, ac de conſuetudine requiſitæ *Glo. & Bar. in l. ſi quis. ſub cond. ff. de condit. inſt. Roman. con. 54. nu. 6. Pariſ. conſi. 100. n. 67. vol. 1. Burſ. conſ. 82. nu. 18. lib. 1. Caual. in tract. de vſufr. mulier. nu. 128. Cacher. deciſ. 109. nu. 9.* 34

Recte quoque dolus dicitur probari † per locum à veriſimili. Paul. de Caſtr. *conſi'. 68. Viſis his quæ ſuper. colum. 2. poſt medium. verſ. Item reſultat tertia. lib. 2.* & Dec. *conſi. 444. colum. 1. ad fin.* quos allegat pro hac ſententia & ſequitur Crauet. *conſi. 100. nu. 5.* 35

Quarto

36 Quarto, in † conuentionibus ac contractibus ſeruanda eſt æqualitas, nec committendum vt claudicent, *l. Iulianus. §. ſi à pupillo. ff. de act. empt. Menoch. poſt Anch. conſi. 120. & Crauet. conſi.*
37 *239. nu. 6.* idque locum habet † in correſpectiuis & reciprocis Contractibus, quorum eadem natura eſt, ideoque vno ſublato tollitur & alter, *l. etiam. §. ex cauſa. ff. de minor. l. cum emptor. ff. de reſcind. vend. l. Clemens. § 1. ff. de hered. inſt. l. Alumnæ. §. Seiæ. ff. de adim. leg l fin ff. de acceptil. Abb. conſ. 111. nu. 3. lib. 3. Menoch. conſ. 92. nu. 42. & Crauet. conſ. 230. nu. 2.*

Hic autem maxima oriretur inæqualitas in pactis, non de ſola dote, ſed de ea, & de donatione propter nuptias ſimul & reciproca conuentione initis, ſi ſolius à ſponſo factæ ſubſcriptionis & approbationis habetur ratio, nec in ſponſa aliqua approbatio ac ſubſcriptio attenderetur, quaſi ſponſum ſubſcripſiſſe ſufficeret. Quare cum à parte ſponſæ in propoſita facti ſpecie nulla ſubſcriptio vel eius manu, vel eius mandato, vel etiam alia ratione legitime eius nomine facta interuenerit, nec illa pactis dotalibus aſtricta fuerit, æqualitas ſeruanda eſt, ne videlicet ſponſus iis pactis ſtare teneatur, nec ei ſua ſubſcriptio obſit.

38 Quinto, cum † ſponſæ cognati heredes eius eſſe velint, tenentur factū eius præſtare, nec poſſet contra illud venire, *l. cum à matre. C. de rei vind. l. vend. C. de reb. alien. non alien. l. ſi ab eo. C. de liber. cauſa. l. ex qua perſona. ff. de reg. iur. l. vnum ex famil. §. ſed ſi vno. ff. de leg. 2.*

Atqui ſponſa noluit ſponſo ſuam ſubſcriptionem officere, & præiudicium aliquod parere, ſed non obſtante ea ſubſcriptione, voluit ſua bona ad eum ſolum deuolui, eumque vnum heredem exoptauit, idq; tum inter viuos contradicendo pactis dotalibus & contrarium de ſua conſenſu aſſerendo, tum per vltimam ſuam voluntatem teſtatum fecit, atque hoc
39 tanto efficacius maioriſque momenti eſt, quod † geminatio magnam vim habeat, & magis enixam voluntatem alicuius oſtendat

ſtendat quam ſi ſimpliciter ac ſemel aliquid dictum vel factum fuerit, *l. Baliſta. ff. ad Trebell. in Auth. ſiue à me. C. ad Vell. l. cum ſcimus. & ibi Bart. C. de agric. & cenſ.* late Nicol. Euerh. in loco legali. *A vi geminationis.* vbi inter cætera *nu. 3.* hoc adeo verum eſſe oſtẽdit, vt ob eiuſmodi geminationem perinde ſit, ac ſi quis corporali iurameto id, quod dictum vel factum eſt, confirmarit.

Merito igitur & hoc nomine ſubſcriptio ſponſo non poteſt nocere, quod ſponſæ propinqui non poſſint impugnare factum eiuſdem ſponſæ, ſed in eo acquieſcere cogantur.

Sexto, quemadmodum ipſa pacta dotalia non ſubſiſtunt, ſic & ſubſcriptio à ſponſo facta nullius eſt momenti. Acceſſorium enim, † cuiuſmodi eſt ſubſcriptio, ſequitur naturam ſui principalis, *c. Acceſſorium. de reg. iur. in 6.* Ideoq; corruente principali, corruit etiã acceſſorium eius, *l. cum principalis, ff. de reg. iur. c 2. de precar.* & hoc acceſſorium tacitam illam conditionem habere dicitur, ſi ipſe principalis actus valeat. *Bald. in leg. ſi diuerſa. C. de tranſact. Alexand. conſ. 22. num. 1. libr. 1. Socin. ſen. conſ. 215. in fine. libr. 2.* 40

Proinde cum ſubſcriptio cum ſuo principali non valeat, nõ potuit ſponſo nocere nec obſtaculo eſſe, quo minus ſponſæ, etiam intra biennium morienti, ſuccederet. Non præſtat enim † vllum impedimentum quod inualidum eſt, atq; ita nullum poteſt ſortiri effectum. *c. non præſtat. de reg. iur. in 6. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. l. non putauit. §. non quauis. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* 41

Pacta vero dotalia, vt actum principalem non ſubſiſtere inde relucet, quod in his pactis vtriuſque partis conſenſus non interuenit, & nõ ipſa ſponſa, ſed eius cognati pacti ſunt, illudq; ſine vllo eius mandato vel ratihabitione fecerunt, ac iuris ſit expediti, in pactis vtriuſque partis conſenſum interuenire debere, adeo vt pactum definiatur, quod ſit † duorum vel plurium in idem placitum conſenſus. *l. 1. §. 1. ff. de pact.* vbi per duos 42

vel plures intelliguntur ii, quos negotium concernit, cuiuſ-
43 modi hoc caſu ſunt ſponſus & ſponſa, & conſtat † de ſe ſuoque facto quenquã promittere debere, & alium de alio eiuſq; facto promittentem non obligari, nec quenquam alteri paciſci vel ſtipulari poſſe, *leg. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. leg. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. eod. §. ſi quis alij. & §. alteri. Inſt. de inutil. ſtipul. l. quo tutela. §. fin. ff. de reg. iur.*

Nam quæcunque gerimus, cum ex noſtro contractu originem trahãt, niſi ex noſtra perſona obligationis initium ſumãt, inanem actum noſtrum efficiunt, vt ait Paulus I C. *in leg. quacunque. ff. de act. & oblig.* Atque huc faciunt quæ præter alios Interpretes aliis locis hac de re loquentes notant Bald. Salicet. & Caſtr. *in l. multum. C. ſi quis alij vel ſibi.* & gloſſ. & Bart. *in d. l. 1. §. 1. ff. de pact.*

Eo vero magis in propoſita facti ſpecie pacta dotalia inualida ſunt, & nullius momenti, quod de hereditate ac ſucceſſione
44 viuentis ſint facta. Nam † pactis hereditas non datur, *l. Heredi-*
45 *tas C. de pact. conu.* Et pactum † de ſucceſſione viuentis cenſetur eſſe contra bonos mores, ſiue ii paciſcantur qui ſpem à ſucceſſione remotam habent, *leg. vlt. C. de pact.* ſiue ii qui proximam & quaſi certam ſpem ſuccedendi habent, *l. pactum quod dotali. C. de pact.* eoque pertinent etiam text. *in leg. quidam. §. & de donat. l. 2. § interdum. ff. de vulg. & pup. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. l. ex eo. C. de inutil. ſtipul.*

46 Atque hoc quidem adeo verum eſt, vt † ne quidem fauore piæ cauſæ ſubſiſtat huiuſmodi pactum. Ita tenent Doctores *in d. l. pactum quod dotali. & dict. leg. fin.* Tiraquell. fuſe *in tract. primogen. quæſt. 6. num. 16. Paris conſi. 24. num. 55.* & Dec. *conſi. 475. numer. 19. & 20.* Natta *in c. quamuis. num. 61. de pact. in 6.* Iaſ. *in leg. licet. not. 4. Cod. de pact. Vaſqu. de ſucceſſ. creat. libr. 2. §. 18. requiſ. 29. nu. 220.*

47 Neque vero † conſuetudine vel ſtatuto effici & introduci poſſe, vt ex pacto quis aliis ſuccedat, multi Doctores tradunt, ex qui-

ex quibus ſunt Alexand. *in d. l. ſtipulatio hoc modo. de verb. oblig.* & Ziſ *ibid. num. 49.* item Bald. Iaſ. Decius, Ia à S. Georg. Georg. Natta & Bertr. pro hac ſententia adducti à Tiraquell. *in dict. tract. de primogen. quæſt. 7. num. 3.* etiamſi ſtatutum eſſet, vt omnia pacta generaliter ſeruarentur Purpur. *in dict. l. fin. num. 176.* Vaſqu. *d. requiſ. 29. num. 228.* Quibus accedit Gail. *Obſeru. 125. numer. 4. lib. 2.* vbi pro confirmatione eius ſententiæ hanc rationem allegat, quod vbi non valet pactum tanquam contra bonos mores, ibi nec ſtatutum vel conſuetudo valeat.

Atque hæc quidem omnia cum ita ſe habeant, non obſtant quæ ſuperius in contrarium pro cognatis ſponſæ allata ſunt. Nam quantum ad ſubſcriptionis vim attinet, licet ea magna ſit, ac ſcribere & ſubſcribere æquiparari ſoleant: tamen hic illud attendi non poteſt, tum quod principalis actus non ſubſiſtat, tum alias diuerſas ob rationes, ſupra pro conſulente adductas. Et hæc ipſa etiam efficiunt, quo minus locum habere poſſint, quæ de pactis ſtricte ſeruandis inter oppoſita obiiciebantur.

Non facit quoque negocium, quod contra proprium factum venire nemo poſſet, *leg. poſt mortem. ff. de adopt.* Nam hic tale factum eſt, quod multis modis non præiudicat ſubſcribenti, & conſtat † de inualido & nullo facto certi iuris eſſe, 48
contra illud veniri poſſe. Ita poſt Bart. *in leg. poſt mortem.* docet Abbas, *in cap. noſti. de elect.* Ita etiam reſpondent Ruin. *conſil. 78. num. 5. lib. 4.* Alexand. *conſil. 123. num. 6. lib. 1.* & Socin. iun *conſ. 93. num. 15. libr. 2.* quemadmodum & de ſucceſſoribus defuncti proditum eſt, quod licet eius perſonam repræſentent, tamen contra † proprium eius factum venire queant, ſi inualidum eſt 49
& nullum. *Grammat. deciſ. 93. numer. 8. Socin. iun. conſil. 77. numer. 134. verſ. Reſpondetur. lib. 1. Alciat. Reſp. 162. n. 4. Tiraq. de retract. conſang. § 1 gl. 1. n. 5. Ant. Gabr. commun. conclu. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 11. limit. 31.*

Sic nec illud refragatur, quod ipſe facere cenſetur, qui per alium aliquid facit. *c. qui facit. de reg. iur. in 6. & l. qui mandat. de ſo-*
50 *lut. cum ſimilib. ſupra citatis.* quia hoc ius pertinet † ad eum, qui quod factum eſt vel mādauit, vel ratihabitione ſua comprobauit, idque *ex d. l. qui mandat, & aliis ſupra citatis, & ſimilibus locis*, planum fit: Hic vero nec mandatum nec ratihabitio ſponſæ interuenit in eo, quod per cognatos eius geſtum eſt.

Nihilo magis ad rem facit, quod paſſim conſuetudine receptum eſſe dicebatur, vt ſponſę propinqui interſint pactis dotalibus, adhibeanturque etiam ſubſcriptioni talium pactorum. Nam & illud conſuetudine generali comprobatum eſt iuriq; communi conſonum, vt non minus ſponſæ, quam ſponſi conſenſus adhibeatur. Et etiamſi non interſit ipſi actui pactorum dotalium, tamen vel mandatum, vel ratihabitio eius interuenire debeat, ſicut & illud in ſpecie facti ſupra poſita innuitur B. obſeruari, vt ſi ipſa ſponſa ſui iuris exiſtens nō ſubſcribat, peculiaris Curator ei conſtituatur, qui actui eius nomine interſit & ſubſcribat.

Hic vero nec ipſa ſponſa ſubſcripſit pactis dotalibus, nec Curator adhibitus eſt eius nomine, nec conſanguineorum factum vel mandatum anteceſſit, vel ratihabitio ſecuta eſt: imo & inter viuos contradicendo, & per teſtamentum ſponſa contrarium de ſua voluntate teſtata eſt.

Non refragatur etiam quod de præſumptione iuris, qua cōtractus præſumitur iniri, prout de iure poteſt & debet, ſuperius afferebatur, ſiquidem ex iis quæ iam dicta ſunt, & in rationibus decidendi adducta, res hic ſatis eſt clara, quod pacta dotalia ita non ſint facta, prout de iure & conſuetudine fieri potuit &
51 debuit. In claris vero † non eſt opus præſumptionibus & coniecturis. *l. ille aut ille. ff. de leg. 3. l. continuus. §. cum ita ff. de Verb. oblig. Roland. conſi. 2. nu. 10. lib. 1. Burſat. conſi. 151. nu. 46. lib. 2.* & præſumptio quælibet vincitur à contraria probatione. *l. ſi. in pr. ff. quod*

met.

me'. cauſ. l. nupturæ. in fi. ff. de iure dot. l ſi chirographum. ff. de probat. c. is qui fid. m. de ſponſal c. quicunq;. d. 80.

Poſtremo nec illud obſtat, quod error & dolus negentur præſumi ſecundum auctoritates ſupra adductas. Primum enim conſtat ex rationibus decidendi ſupra adductis, etiamſi errore vel dolo non eſſet ſponſus ad ſubſcribendum inductus, tamen aliis de cauſis ei ſubſcriptionem ſuam non obſtare, quo minus heres eſſe queat, remotis à ſucceſſione propinquis eius.

Deinde quoad ipſum errorem & dolum contra regulare illud ius, quo negatur error vel dolus præſumi ex peculiaribus circumſtantiis, ſpeciales naſcuntur prǽſumptiones, ex quibus & error & dolus hoc caſu arguitur. Specialis † vero præſum- 52
ptio derogat generali. *cap. illud. de præſumpt. & l. g. in toto. ff. de reg. iur.*

Et plures præſumptiones † præferuntur vni, eamque peni- 53
tus perimunt. *Auth. Itaq;. C. communia. de ſucceſſ. Burſ. conſ. 89. nu. 2 & conſ. 111. nu. 19. Crauet. conſ. 145. nu. 11. & conſ. 149. nu. 17.* vbi ait, cum vna præſumptio tollat alteram quid hic dicemus, vbi tot, tantæ, tamque vrgentes præſumptiones concurrunt contra vnam tantum præſumptionem? Quibus verbis & de præſumptionibus, ſupra cumprimis de dolo poſitis, optimo iure hoc caſu vti licet.

Reſolutio ſecundæ Quæſtionis.

QVantum ad alteram quæſtionem attinet, & hic pro conſulente reſpondendum exiſtimo, eumque vxoris ſuæ heredem eſſe, excluſis cognatis eius, etiamſi ponatur pacta dotalia ſubſiſtere.

Nam † nihil tam naturale eſt, quam eodem genere vnum- 54
quodq; diſſolui, quo colligatum eſt, *l. nihil tam naturale. & l. omnia quæ iure ff. de reg. iur.* ideoq; quæ † conſenſu nudo conſtant, 55
merito contrario conſenſu vtriuſq; partis mutantur, ac prorſus

ſus etiam tolluntur *l. ab emptione. ff. de pact. l. prout. ff. de ſolut. d. l. nihil tam naturale. in fine.* Atq; eo pertinet reſcriptum Diocletiani & Maxim. *in l. ſicut. C. de obligat.* vbi Impp. obligationi ſemel conſtitutę renunciari poſſe negantes, addunt hæc verba, *Aduerſario non conſentiente*, atque ita haud obſcure volunt vtriuſque partis conſenſu contrario recte diſcedi ab antea initis conuentionibus & contractibus, vtcunq; alias obligationi ſemel contractæ ſtandum ſit.

56 Semper enim † conuentiones habere ſolent hanc tacitam conditionem, *Rebus ſic ſtantibus*: ideoque rebus in alium ſtatum mutatis, euaneſcit conuentio, *leg. cum quis ſibi. in princ. ff. de ſolut. leg. Mæuia nepotem. §. vxore herede. ff. de ann. leg. leg. in confirmando. & leg. ſequent. ff. de confirmat. tutor. Anchar. conſ. 402. in fin. verſ. Non obſtat. contra Mynſing. conſi. 37. nu. 17. Menoch.*
57 *conſi. 27. nu. 47.* Atq; hoc adeo verum eſt, vt † ne quidem iuramenti adiectio efficiat conuentionem ſe aliter habere, quam rebus ſic ſtantibus, nec mutatur. *Curt. iunior. in l. ſi quis maior. numer. 30. Cod. de Tranſact. Gomez. in §. ſi quis poſtulante. numer. 7. Inſt. de action. Iaſ. in leg. ſed etſi quis. §. quæſitum. numer. 42. ff. ſi quis caut. Mynſing. dict. conſ. 27. nume. 17. & Menoch. dict. conſil. 37. numer. 48.*

58 Quibus ita † ſe habentibus conficitur, contraria voluntate partium recte à priori voluntate & conſenſu diſcedi, ſiue id fiat contrario pacto, ſiue mutuo teſtamento, & ſiue id faciant coniuges, ſiue alii, ideoque in noſtro etiam caſu coniuges contra pacta dotalia per teſtamentum mutuum diſponere potuerunt. Atque hoc non ſolum conſuetudini generali, ſed & iuri eſt conſentaneum, quod coniuges vna etiam membrana teſtari, & ſe mutuo heredes inſtituere queant, *leg. licet. Cod. de pact.* vbi id docet Baldus, Salic. & alii Doctores. Eamque ſententiam communiter approbatam eſſe teſtatur Clar. *in §. teſtamentum. quæſtione 60.* poſt Bellon. *conſilio 85. numer. 9.*

Sane

Sane† quoad pacta ſubſiſtunt etiam ea, quę de mutua ſucceſ- 59
ſione ſua inter coniuges fiunt, & per quæ tanquam per contrarium conſenſum à pactis dotalibus receditur. *l. quod autem. §. ſi vir & vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor. Doctores in leg. quæ iam nupta. ff. eod. Cyn. Bald. Caſtr. & alij Doctores in leg. ſi pater puellæ. Cod. de inoffic. teſtam.* Hippol. *de Marſil. ſing. 333. numer. 2. Mynſing. Obſeruat. 33. cent. 2. & Gail. Obſeruatione 126. numer. 3. libr. 2.* Eamque ſententiam notiſſima Germaniæ conſuetudine comprobatam, & in Imperiali Camera iudicando firmatam eſſe, atteſtatur Mynſing. *iam citato loco.* Idem aſſerit Gail. *Obſ. 117. nu. 6. lib. 2.*

Quia vero hoc ita ſe in pactis de hereditate & ſucceſſione mutua habet, vtcunque alias hereditas pactis dari non ſoleat, & pacta de ſucceſſione viuentis turpia eſſe cenſeantur, vt in ſuperiore quæſtione oſtenſum eſt, multo profecto magis teſtamenta, vt quibus recte hereditas datur, & quorum proprium eſt de ſucceſſionibus diſponere, ſubſiſtunt, ſi coniuges à pactis dotalibus de ſuis bonis factis per mutuum teſtamentum, tanquam contrarium conſenſum, recedant, iuxta ea quæ late notat Nicol. Euerhard. *in loco à minori. numer. 1.*

Atque hęc quidem de teſtamento coniugum adeo ſunt vera, vt † licet conſtet coniugali amore & lenociniis verborum 60
inductos eſſe coniuges, vt alter alterum inſtitueret: tamen valeat hæc inſtitutio, & teſtamentum mutuum de ea conditum, per textum *in l. fin. ff. ſi quis aliq. teſt. prohibuer. & l. fin. C. eod.* & vtrobique Bart. & Caſtr. quos allegat & ſequitur Andr. Gail. *d. Obſ. 117. nu. 4.*

Neq; eſt, quod cognati defunctę coniugis ſibi per teſtamentum mutuum iniuriam fieri querantur, & præiudicari nõ poſſe dicant. Nam negotiũ pactorũ dotalium eos non concernit, ſed ipſos cõiuges, vt inter quos matrimoniũ contractum, & de

quo-

quorum propriis bonis pactum initum eſt, & quibus libera facultas teſtandi adimi non debuit nec potuit.

61 Adeo vero † integrum fuit coniugibus à ſuis pactis dotalibus, de ſuis bonis initis, per mutuum teſtamentũ recedere, vt etiamſi diſerte ſimul in iſtis pactis cautum eſſet, teſtamento vel alia vltima voluntate contra ea aliquid à coniugibus diſponi non poſſe, tamen dicendum eſſet, validum eſſe teſtamentum mutuum ab iis conditum, quo contra pacta dotalia teſtati ſunt. Nam conuentio, qua libera teſtandi facultas hominibus adimitur, tanquam turpis reiicitur, *l. 1. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Bartol. & Doctores *in l. ſi quis pro eo. ff. de legat. 3. & in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. obligat.* Eamque communem eſſe omnium Doctorum ſententiam teſtatur Vaſquius. *de ſucceſſ. lib. 3. § 28 limitat. 32. num. 13. part. 1. l. filium quem habentem. verſic. Sanci. teſtator. C. famil. erciſc.* & Burſat. *conſ. 180. nu. 13. part. 1.* vbi ſimul oſtendit non ſolum contra bonos mores & turpe eſſe pactum, quo libera teſtandi facultas adimitur, ſed etiam aduerſari publicæ vtilitati.

Porro autem licet dubia res eſſet, an teſtamentum hoc caſu ſubſiſteret, tamen pro conſulente pronunciandum eſſet, non

62 ſolum quod † Rei partes ſunt fauorabiliores, *per l. fauorabiliores.*

63 *& ibi Dd. ff. de reg. iur.* ſed & cum primus hoc nomine, quod † pro teſtamento in dubio pronunciari debeat, text. eſt *in l. ſi pars. ff. de inoff. teſtam.* Quo facit ꝙ maximus ſit fauor teſtamentorum, ne contra vltimam voluntatem iis expreſſam veniatur, & ea reſcindatur, *l. in teſtament. ff. de reg. iur. in l. nulli. C. de Epiſ. & Cler.*

Eo vero magis pro teſtamẽto hic pronunciandum eſt, quod hereditas illo teſtamento coniugi ſuperſtiti relicta ab inteſtato etiam eidem debeatur ex ſtatuto loci, quod hac in re ius eo loci eſt commune, iuxta *l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure.* & quæ ibidem à Doctoribus de iure municipali notantur.

Hermannus Vulteius I C. reſpondit, ſaluo rectius ſentientium iudicio, menſe Sept. An. 1585.

CON-

CONSILIVM XII. MARPVRGENSIS ACADEMIAE.

De ſucceſſione liberorum, ex Canonico procreatorum.

SVMMARIA.

1 *Olim non erat connubium patritiis cum plebeiis.*
2 *Liberi ex inæqualibus procreati legitimi ſunt, ſi mater non ſit indigna matrimonio.*
3 *Canones non dedignantur ſequi leges.*
4 *Ex vili perſona nati ſecundum quoſdam per ſubſequens matrimonium non legitimantur.*
5 *Ignobilis fœmina reſpectu mariti nobilis eſt vilis.*
6 *Omiſſo eius quod eſt neceſſarium, ſuſpectum reddit id quod geſtum eſt.*
7 *Matrimonia clandeſtina ſunt prohibita.*
8 *Contra leges factum nullum eſt.*
9 *Clericis matrimonium contrahere iure Canonico interdictum eſt.*
10 *Qui contra facientes officiis ſuis ſunt indigni.*
11 *Matrimonium cum ancilla, ſi manumittatur, ſubſiſtit, & ex eo nati ſunt legitimi.*
12 *Ancillæ & libertæ perſonæ ſunt viles.*
13 *In matrimonialibus ius Canonicum ſequimur.*
14 *Iure Canonico nobili viro ducere licet vxorem vilem.*
15 *Quales ſunt nuptiæ, tales ſunt liberi inde nati.*
16 *Meretrix vxor duci poteſt.*
17 *Etiam ex viliſſima ante matrimonium nati ſecundum veriorem legitimantur per matrimonium ſubſequens.*
18 *Generali conſuetudine receptæ ſunt nuptiæ inter nobilem & ignobilem.*
19 *Quisq. in actibus ſuis cenſetur ſe conformare iuri communi.*
20 *Credendum eſt honeſtius.*

21 *In meliorem partem eſt præſumendum.*

22 *In dubio liberi cenſentur eſſe legitimi.*

23 *Etiam ex adultera natus præſumitur eſſe legitimus.*

24 *Confeßio patris vel matris non præiudicat legitimitati liberorum.*

25 *Sed pro legitimitate valde prodeſt.*

26 *Nominatione liberi efficiuntur legitimi.*

27 *Geminationis vis maxima.*

28 *Lege Canuleia permiſſa ſunt connubia patriciis cum plebeiis.*

29 *Indiſtincte prolata indiſtincte ſunt accipienda.*

30 *Inſtrumenta dotalia non ſunt de ſubſtantia matrimonii.*

31 *Ideoq́ in neutro foro attenduntur in ſucceßionibus.*

32 *Matrimonium per verba de præſenti tametſi clandeſtine contra-ctum, eſt matrimonium nec diſſolui poteſt.*

33 *Iuramenti vis iure Canonico in immenſum eſt aucta.*

34 *Iuramentum actui addit robur, & de inualido facit validum.*

35 *Cauſa prohibitionis ceßante, ipſa etiam ceſſat prohibitio.*

36 *Thori ſeparatio ſine animo diſſoluendi matrimonium, ei non præiu-dicat.*

37 *Factum cuiq́ ſuum, non alii nocere debet.*

38 *Nobilitas ſola eſt legitimorum.*

39 *In nonnullis terris etiam illegitimorum ex conſuetudine.*

40 *Nobilitas ſolida non niſi ab vtroq́ parente eſt.*

41 *Qualis eſt cauſa talis eſt effectus.*

42 *Liberi ex iuſtis nuptiis patris, non matris familiam ſequuntur.*

43 *Nobilitas eſt dignitas.*

44 *Dignitas ex iure ciuili eſt.*

45 *Natura matrem, ius patrem demonſtrat.*

46 *Nobiles naſcuntur ex patre nobili, tametſi mater ſit ignobilis.*

47 *Ignobiles ſunt nati ex patre ignobili, tametſi matre nobili.*

48 *Fœmina ignobilis nupta viro nobili redditur nobilis.*

49 *Et vidua facta manet nobilis.*

50 *Quæ omnia confirmantur generali conſuetudine.*

51 *Omnibus iuribus præſcribi poteſt.*

52 *Talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur eſſe à prædicatis.*
53 *Conceſſo antecedente, conceditur vtiq́; etiam conſequens.*
54 *Etiam per ſubſequens matrimonium legati ſuccedunt parentib. ſuis.*
55 *Liberi etiam in feudalibus præferuntur.*
56 *Caſus feudalis iure feudali non deciſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*
57 *Fœminæ in feudis non ſuccedunt.*
58 *Filij naturales, adoptiui, legitimati, non ſuccedunt in feudis.*
59 *Argumentum à contrario ſenſu in iure eſt validum.*
60 *An & quomodo id locum habeat in iure feudali.*
61 *Correctio iurium eſt vitanda.*
62 *Legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedunt in feudis.*
63 *Fides ſeruanda eſt.*
64 *Acceptatione promiſſionis ius quæritur acceptanti.*
65 *Contractus vt ſit animum contrahendi ſubeſſe neceſſe eſt.*
66 *Stipulatio fieri poteſt ſub conditione.*
67 *Conditionem impleri oportet, vt quod ſub conditione promiſſum eſt, effectum ſortiatur.*
68 *Et quidem ad vnguem.*
69 *Ad ſuſtinendum actum conditionalem conditionem purificari neceſſe eſt.*
70 *Contractus cuiuſq; initium ſpectandum eſt.*
71 *In contractibus innominatis pœnitere licet vni, altero inuito.*
72 *Obligationes perſonas contrahentium non egrediuntur.*
73 *Alieni facti promiſſio eſt inutilis.*
74 *Stipulatus in dubio ſibi, non alij ſtipulatus eſſe cenſetur.*
75 *De feudis non poteſt diſponi in teſtamento.*
76 *Ac ne ad pias quidem cauſas.*
77 *Vt ne æſtimatio quidem etiam legati debeatur.*
78 *Feuda ſimpliciter & mere hereditaria cenſentur per omnia iura allodialium.*

Species facti.

DEs iſt im Fürſtenthumb N. ein fürnemes Geſchlecht vom Adell dero von H. auß deſſen mittel einer N. von H. vor vngefährlich viertzig vnd mehr jahren / ſich in den geiſtlichen Standt begeben / vnd im Stifft N. in welchem noch biß auff die heutige Stundt ob der Papiſtiſchen Religion gehalten wirdt / wiewol die Leute meiſtes theils der Augſpurgiſchen Confeſſion verwandt vnd zugethan / auch in der fürnembſten Statt deſſelbigen Stiffts / da die Canonici jre Reſidentz haben / die Religion einem jeden frey gelaſſen / vnd zu dem Behuff ein Pfarrherr Augſpurgiſcher Confeſſion gehalten wirdt / ein Canonicus oder Tumbherr worden. Dieſer Canonicus N. von N. hat in ſolchem wehrenden ſeinem geiſtlichen Standt vor vielen jahren ſich mit einer Weibsperſon geringes Standts ehelich / doch ohn beyſeyn vnd wiſſen beyderſeits Freundtſchafft / oder ſonſten anderer Leut / vertrauwet / vnnd nach ſolcher beſchehener Vertrauwung von derſelben etzliche Kinder gezeuget. Als ſie nun dieſelbige Ehe ein zeitlang heimlich gehalten / gleichwol jhre eheliche Beywohnung gehabt / tregt es ſich zu / daß vor vngefähr 26. jahren dieſe beyde Perſonen N. von H. Canonicus, vnd ſeine jm der Geſtalt vertrauwte Haußfrauw / von GOtt mit gefährlicher Leibsſchwachheit heimgeſucht worden / vnd weil ſie ſich beſorgten / es würde Gott der Allmächtige vber ſie nach ſeinem Willen gebieten / vnd von dieſem Jammerthal abfordern. Demnach / damit die von jhnen lang zuuor angefangene vnd vollnzogene Ehe / da ſie je Todts verfahren würden / männiglichen Kundt gethan werde / auch die von jhrer beyder Leiben erzeugte Kinder jhrer als der Eltern genieſſen / vnd was im Recht jhnen gebürte / ſich erfreuwen möchten. So haben ſie einen Pfarrherrn Augſpurgiſcher Confeſſion zu ſich erfordern laſſen / demſelben jhren Eheſtandt bekennet / vnd durch Gottes Wort vnd gewöhnliche Benediction zubekräfftigen von jhm begehret / welches auch der Pfarrherr nit allein begerter maſſen gethan / ſondern auch auff der beyden fleiſ-

ſiges

ſiges Erſuchen vnd Anhalten zu mehrer Ratification vnnd Beſtär-
ckung dieſes jhres Eheſtandts alſo baldt das Nachtmal deß Herrn ge-
reicht/ welches ſie auch empfangen/ vnd darauff ferrners vor GOtt
ehelichen zuleben vnd zu ſterben mit handtgebener Treuw wider mit
einander verſprochen vnd zugeſagt/ wie ſie dann auch beuor einander
ſolches verſprochen vnd zugeſagt hetten.

Daß ſolches oberzehlter maſſen ſich verlauffen vnd ergangen/ hat
berürter Pfarrherr mit ſeiner eigenen Handtſchrifft/ welche er des
Thumbherrns Kindern auff jr Anſuchen vor eilff jahren mitgethei-
let/ nicht allein bekandt/ ſondern auch zum offternmal repetirt vnnd
erwidert/ vnd ſonderlich noch vor wenig jahren in Gegenwärtigkeit
eines darzu requirirten Notarii vnnd fünff glaubwürdiger Zeugen/
dieſes alles alſo ergangen ſeyn höchlich bethewert/ wie auß dem o-
ber erwehntem actu auffgerichten instrumento klärlich zuerſehen/
auch dieſe ſeine Auſſage biß in ſeinen Todt nicht mutirt oder geen-
dert/ ſondern beſtändiglich/ ſo offt vnd dick er darumb befragt wor-
den/ darauff verharret/ dardurch dann bey vielen ehrliebenden Leu-
ten vom Adell vnd andern dieſe Ehe dermaſſen kundt vnd lautbar ge-
macht/ daß männiglichen der Orter dauon zuſagen gewuſt. Es iſt
aber auch nicht ohne/ daß dieſelbige Weibsperſon etzliche Jahr bey
dem Thumbherrn nicht gewohnet vnd ſolches auß denen Vrſachen
daß ſie jhres Leibsſchwachheit/ vnd ſonderlich deß Haubts Gebre-
chen halben die Lufft hat verendern/ vnd an einen andern Ort ſich
begebē müſſen. Es hat aber gleichwol der Canonicus ſie/ wie einem
Ehemann gebürt/ in ſolchem Zuſtandt wol vnnd redtlich vnderhal-
ten/ vnd damit jr je nichts mangeln möchte/ bey N. jrer beyder ehe-
leiblichen Tochter/ biß ſolang ſie zu jrer vorigen Geſundtheit wider-
umb kommen möchte/ gethan.

Ob nun wol der Thumbherr dieſen ſeinen Eheſtandt niemals
außtrücklich verneint/ auch nie offentlich deſſen geſtändig geweſen/
So iſt er doch ohngefährlich vor vier oder fünff Monaten zugefah-
ren/ nach dem er ein Jahr zuuor ſeine Præbendam ad manum E-
piſcopi reſignirt/ auch von ſeinem geiſtlichen Standt abgeſtanden/

vnnd ohne ſchew vor zween ehrlichen Männern offentlich bekanndt vnnd geſtanden / daß die Perſon / welche er ſo lange zeit bey ſich gehabt hette / ſeine eheliche Haußfrauw wehre / hat es auch dabey nit bewendē laſſen / ſondern vber etzliche Wochen darnach / als er deß Herrn Nachtmal von ſeinem Pfarrherrn empfangen wöllen / eben deſſelbigen ſich verlauten laſſen / hernacher gleichsfals in beyſeyn zweier ſeiner Bludtsfreunden / vnd ſonſten zweier ſeiner Diener / außtrücklich bekandt / wie er dann auch deßwegen an N. geſchrieben.

Vber das hat vielbemelter Canonicus die von ſeiner Haußfrauwen erzeugte Kinder / für ſeine eheleibliche Kinder tractirt vnnd gehalten / auch ſeine Söhne vnnd Töchter genannt / ſie wie ſeine Kinder ehrlich aufferzogen / vnnd ſonſten mit jhnen vmbgangen / wie ein Vatter mit ſeinen Kindern vmbzugehen pfleget / vnnd ſolches alles alſo biß in ſein End gethan / wie er dann vor wenig Wochen todts verfahren / vnd etzliche auß derſelben Ehe gezeugte Kinder nach ſich im Leben / beneben einem auffgerichten / wiewol noch zur Zeit nicht publicirten oder eröffneten Teſtament / verlaſſen.

Nun iſt es weiters an deme / daß bemeltes Thumbherrn nachgelaſſener Sohn einer N. von H. genennt / weil er ſich allerley Weiterungen / ſo jhm vnd ſeinen Geſchwiſtern von deß Thumbherrn Agnaten vermutlich zuſtehen mögen verſehen muß / zu verhütung deroſelben ſich gegen die Agnaten erbotten / ſo ferrn ſie jhm vnd ſeinen Geſchwiſtern / Schildt / Helm vnnd Namen / in maſſen die jhr Vatter vnnd das Geſchlecht dero von H. biß dahero gebraucht / auch ſie die Kinder ſelbſt faſt in die zehen vnnd zwantzig jahre / ohne einige Contradiction jres Vatters oder Verhinderung der Agnaten offentlich gebraucht haben / alſo ferrners zugebrauchen nicht hindern / ſondern ſie dabey / wie es ohne das billich wehre / bleiben laſſen würden / als wehre er vrbütig von den Lehen vnnd Stamgütern abzuſtehen / vnd mit dem jenigen / ſo ſein Vatter jme im Teſtament würde gegeben vnnd vermacht haben / zu frieden ſeyn / auch allen andern vätterlichen Willen jhnen den Agnaten zu beweiſen / da ſie

da ſie aber ſich hierinn ſperren wöllen / würde man jhn N. von H. nicht verdencken / das jenige hierinn zuthun vnnd an die Handt zunemmen / was jhm zu Beſchützung ſeiner Ehren vnd guten Leumuths von GOTTES vnnd Rechtens wegen gebüren würde.

Dieſes friedliebenden Erbietens aber ongeacht / ſeyn die Agnaten zugefahren / vnd nach N. von H. Canonici tödtlichen Abgang als baldt die Lehengüter / welche doch der Canonicus je vnnd allwege biß an ſein Endt vnder handen gehabt / vnnd zu ſeinem beſten Nutzen gewendet vnd gebraucht / mit der That ohnerkandtes Rechtens / auch ehe vnd zuuor das von N. von H. auffgerichte Taſtament eröffnet / eingenommen / auch ſonſten nicht allein allerley Newerung fürgenommen / ſondern ſich auch vernemmen laſſen / daß ſie N. von H. Kindern keiner ſucceſſion an den Lehengütern / auch keines Schilts / Helms vnnd Namens / ſo jr Vatter gefürt / geſtändig wehren / könten auch dieſelbige jhnen nit paſſiren laſſen / dardurch deß Canonici nachgelaſſene Kinder ſich zum höchſten beſchwert zuſeyn / bedüncken laſſen / vnd wirdt demnach gefragt.

Erſtlich ob die Kinder / ſo der Canonicus mit dieſer Weibßperſon gezeuget / ehelich vnd recht geborn.

Zum andern / ob vorberürte Kinder vor adeliche Perſonen im Rechten zuhalten ſeyn / vnd deßwegen jhnen Schilt / Helm vnd Namen deß Geſchlechts von H. von Rechts wegen gebüre / vnd durch die Agnaten jnen zuführen müſſe zugelaſſen werden.

Zum dritten / ob die Kinder der Erbgüter / welche der Canonicus verlaſſen / fähig / vnd die andern blutsverwande Freundt davon vermöge der Rechten außſchlieſſen können.

Zum vierden / da auch gleich etliche ſtücke darunder vorhanden / ſo Lehengüter wehren / oder künfftiglich in Recht darfür erkandt werden könten / ob dann nit zu den Lehengütern / die Kinder vnd Söhne / von dem Canonico gezeugt vor der nechſten Agnaten vnd Bludtsverwan-

verwandten Freundtſchafft gleicher Geſtalt die Nechſten/oder was ſie dißfals nach Gelegenheit dieſer Ehe ſonſten in Rechten allenthalben befugt ſeyn möchten.

Zum fünfften/da offtbemeldte Kinder in dieſen ſtücken befugt/ vnnd jr Intent wider jrer Agnaten Willen mit Recht erhalten würden/ob dann die durch N. von H. beſchehene Promiſſion/daß er an den Lehen vnnd Stammgütern auff den bemeldten Fall nichts begerte zuhaben/ſondern dieſelbige willig wolte fahren laſſen/jhme ſonderlich oder ſeinen Geſchwiſtern ſamptlich nachtheilig ſeyn/ vnnd alſo ab omni ſucceſſione bonorum feudalium außſchlieſſen köndte.

Zum ſechſten/Im Fall der Canonicus der Lehengüter halben etwas in ſeinem letzten Willen diſponirt/vnd vielleicht dieſelbige ſeinen eheleiblichen Kindern entzogen/vnd auff die Agnaten verwandt hette/ob ſolches bündig/vnd die Kinder zuhalten ſchuldig/oder ob ſie es ſaluis reliquis teſtamenti clauſulis anfechten können.

Zum ſiebenden vnnd letzten/weil man noch zur zeit nicht wiſſen kan/wo ſich deß Canonici letzter Will hinauß ſtrecke/wird gefragt/ da nun hiernechſt das Teſtament ſolte eröffnet werden/ob es nit dienlich daß ſeine Kinder eine Proteſtation eingewendet hetten/daß wo ferrn ſich die Agnaten mehrer vnd weiter als im Teſtament verordnet/anmaſſen/vnd ſich hierinn gegen die Kinder nicht freundtlich verhalten würden/daß ſie als dann deß Rechten/ſo jhnen zu gut wider die Agnaten zulaſſen keines wegs begeben/ſondern ſich in beſſer Form zugebrauchen haben wöllen.

Reſponſum ad primam Quæſtionem.

Ardua hæc eſt & grauis conſultatio, quæ de propoſita facti ſpecie & diuerſis inde emergentibus quæſtionibus expetitur. Et quidem prima quæſtio præiudicialis eſt, cum in ea de ipſo ſtatu liberorum, ex dicto Canonico procreatorum, quæratur, An videlicet pro legitimis habendi ſint?

Neque

Neque vero pauca ſunt, ob quæ reſpondendum videbatur, illegitimos eſſe hos liberos.

Nam veteri lege XII. Tabul. vt à Dionyſ. Halicarna. memoriæ proditum eſt, diſerte cautum fuit, ne † patriciis cum plebeis Romæ connubium eſſet, idque ab Appio Claudio Decemuiro poſtremis duab. tabulis additum fuit. Similiter lege Iulia de maritandis ordinibus conſtitutum fuit, ne Senator ſenatoriſue filius, nepos vel pronepos duceret libertinam, nec cuius pater materue artem ludicram exerceret, *l. le Iulia. de ritu nupt.* Et licet Iuſtin. *in l. Imperialis. §. vlt. C. de nupt.* velit, liberos legitimos effici & patri ſuccedere, ſi patricius inierit matrimonium cum ea, quæ iam artem ludicram & ſcenicam exercuit, & tandem reſipuit: tamen hoc ita coarctat, vt ſimul Imperatoris conſenſum de contrahendo tali coniugio requirat, ideoq; ſine tali venia nolit matrimonium ſubſiſtere, liberoſq; legitimos fieri. 1

Acceditbhis conſtitutio eiuſdem Iuſtiniani, quæ extat *in Nou. 74. quibus mod. nat. effic. l g. §. ſed & illud.* vbi † conſtituere videtur, tunc demum liberos effici legitimos, ſi mater coniugio, ex quo nati ſunt, digna fuit. Idque ibidem notat Angelus, qui per mulierem indignam intelligit eam, quæ eſt vilis conditionis vel meretrix, & contrahit matrimonium cum homine nobili vel opulento, aitq; ſe vidiſſe de facto ſeruari, quod huiuſmodi liberi ex vilis conditionis fœmina geniti non fuerint pro legitimis habiti. 2

Etſi vero textus *in c. tanta. qui fil. ſint legit.* dicat, eos etiam, qui ante contractum matrimonium ex aliqua fœmina nati ſunt, legitimos fieri: tamen non meminit eiuſmodi fœminæ, quæ non ſit matrimonio digna, reſtringenduſque videtur is textus per ſupra citata iura ciuilia, vt reſpondit Iaſ. *in conſil. 234. verſ. tenendo iſtam part. lib. 2.* vbi pro confirmatione eius dicti addit, non eſſe inconueniens vt ius Canonicum, quãuis generaliter & indiſtincte loquatur, limitetur & reſtringatur per ius Ciuile,

3 quia Canones non † didignantur ſacras leges imitari, *c.1.de oper. nou. nunciat.c.ſuper ſpecial. de priuileg.* & opera danda eſt, vt ius Canonicum cum iure ciuili, quo ad eius fieri poteſt, concilietur. *c.cum expediat. de elect.in 6.*

Complures & præter Angelum ſupra citatum reperiun-
4 tur iuris Interpretes, qui in ea ſunt ſententia, quod † matrimonii tanta non ſit vis, vt ſi abiectæ & vilis conditionis ſit fœmina, cum qua initum eſt, liberi ex ea antea nati legitimi fiant, *Capol. caut.250.Cag.inl.ſi qua illuſtris.n.5.circa.fi.C.ad SC.Orfic.Mart.Laud. in tract. de legitim. num.158. Ioh. Cephal. conſil.80. num.11. libr.1.Rimmald. inter conſil. matrim. conſil.80.* Atque hanc ſententiam communem eſſe, & neminem ab ea diſſentire, teſtatur Cur.iu. *conſi.52.nu.2.lib.1.*

Atque hæc quidem cum ita ſint in propoſita facti ſpecie, eo minus videntur pro legitimis habendi eſſe, quod varia circa eos concurrunt.

5 Nam mater † ignobilis eſt, & vel eo nomine reſpectu viri nobilis vilis conditionis eſſe videtur, *l.1.C.de natural.liber.*

Deinde illud non parum liberos grauare videtur, q̃ cum matre ita matrimoniũ ſit initum, vt dominus N. von H. huic contractui matrimoniali nullos alios nobiles, & ne quidem ſuos agnatos vel cognatos, vel vllum alium hominem adhibuerit, neq; etiam appareat ex parte fœminæ vllos fuiſſe adhibitos, multo minus pacta dotalia eſſe confecta. Omiſſum igitur eſt,
6 quod paſſim fieri conſuetum eſt, ideoq; † res ſuſpecta redditur, & minus legitimum eſt, quod per contractum matrimonii eſt geſtum, ſecundum ea quę notant gl. & Bar. *in l.qui ſub conditio.ff. de condit.inſtit.Burſ.con.197.n.3.Crauet.conſ.97.nu.6.*

Idq; hic tanto magis, quod matrimonium hoc clandeſtine
7 contractum eſt. Sunt † autem matrimonia clandeſtina de iure prohibita contrahi, *c.vlt.de cland.deſpon.c.conſanguineorum.3.q.4.*
8 At † cõtra leges factum nullum eſt *l.non dubiũ.C.de legib.* Ideoq; clandeſtina matrimonia non dicuntur coniugia, ſed adulte-

ria vel contubernia, aut ſtupra & fornicationes, *c. 1. cauſa. 30. q. 5.* Vnde infertur q̃ matrimonia clãdeſtina, cum à principio non valeant, & iura expreſſa iis reſiſtant, per publicationem ſequẽtem ex poſt facto non conualeſcant, *c. non firmate. de reg. iur. in 6. c. dudum. de electi on. c. ſcientes. de cenſ.*

Quia vero & ipſe Dominus N. von H. Clericus fuit, videtur & hoc liberis, quo minus legitimi dicendi ſint, obſtaculo eſſe, ſi ad ius Canonicum reſpiciatur, quo † prohibentur Clerici matrimonium contrahere. *c. ſane. de Cler. coni. c. diaconus. cap. presbyter. d. 27. c. decernimus. & c. ſeq d 28. c. interdixit. d. 32.* Ideoque ſuis † officiis indigni eſſe cenſent, qui contrafaciunt, *c. presbyter. d. 28. & c. Erubeſcant. d. 37. Panorm. in c. 1. de Cler. coniug.* 9 10

Quod ipſe etiam Canonicus ſatis intellexiſſe videtur, eo q̃ cum vxore ſua M. vt in facto proponitur, ad aliquot annos non cohabitarit, ſed thorum ab ea ſeparatum habuerit.

Verum his & ſimilibus non obſtantibus, nos liberos, ex Domino N. von H. eiuſq; vxore M. genitos, legitimos eſſe cẽſemus.

Nam Iuſtinian. *Nou. 18. de trient. & ſemiſſ. §. vlt* conſtituit † matrimonium etiam cum ancilla contractum ſubſiſtere, & liberos inde procreatos legitimos eſſe, ſi poſtea manumittatur. Idem cautum eſt *Nou. 78 vt liber. de cat. §. & ita vel us.* Similiter à Iuſtin. *in d. §. vlt. & in d. Nou. 78. §. Si quis autem liber.* permittitur vt quis libertam ſuam vxorem ducat & liberi efficiãtur legitimi, additurque *in dict. §. ſi quis autem,* hoc in quolibet, cum liberta matrimonium contrahente, cuiuſcunq; dignitatis ſit, locum habere. 11

Atqui † ancillarum & libertarum conditionem vilem eſſe, planum fit *ex l. humilem. C. de inceſt. nupt. l. eg 1. C. de natur. libr.* 12

Porro † conſtat in matrimonialibus cauſis ius Canonicum magis attendi, quam ius ciuile, *cap. vlt. de ſecund. nupt. cap. Euphemium. in fine. 2. quæſt. 2.* Quare etiamſi iure Ciuili vel dubium eſſet, an cum ignobili aut alia vilis conditionis fœmina à nobili viro matrimonium contrahi poſſet, vel etiã pro certo habere- 13

tur, huiuſmodi matrimonium prohibitum eſſe: tamen ad ius Canonicum reſpiciendum eſſet, & ſufficeret hoc iure tale matrimonium non eſſe interdictum.

14 Quod autem liceat hoc iure † nobili viro quamlibet vilem vxorē ducere, & filii inde nati legitimi ſint, probatur per text. *c. recurrat. 32. q. 4.* vbi adducitur illud *Geneſ. c. 21.* quod filii Iacobi ſuſcepti ex ancilla poſſederint regnum & terram promiſſionis, idque gloſſ. *in c. non omnis. in verb. conſtituente. 32. q. 2.* ideo contigiſſe annotat, quod Iacobus matrimonium cum ancilla contraxerit.

Cui accedit textus *in c. 2. & vlt. de coniug. ſeru.* vbi ab homine libero cum ea, quæ in ſeruitute eſt, iuſtum & legitimum contrahitur matrimonium. Ex quo cōſequitur & liberos inde na-
15 tos legitimos eſſe: Quales † enim nuptiæ, tales liberi ſunt. *Nou. 74. quibus mod. nat. effic. legit. §. quoniam. verſ. ſit a. & Sobcles,* cum cauſa effectum arguat, *l. 4. de iuſt. & iur.* Atq; hoc iure ex meretrice etiam, cum qua matrimonium cōtractum eſt, ſuſcepti li-
16 beri pro legitimis habendi ſunt, cum † cuilibet liceat meretricem vxorem ducere, *c. integritas. §. vlt. & cap. ſeq. 32. q. 1. c. inter opera. de ſponſal. Riminald. conſil. matrimon. 80. nu. 211.*

Sunt etiam quamplurimi Interpretes in ea ſententia, quod
17 ex † ea, quæ viliſſimæ conditionis eſt, nati legitimi ſint, etſi ante matrimonium cum ea contractum ex ea ſint procreati. Ita enim ſentiunt præter alios Ioſ. Brunel. *in tract. de ſponſal. & matr. concl. 2. nu. 36.* Lup. *in repet. c. per veſtras. §. 21. nu. 8. de donat. inter vir. & vxor.* Eman. à Coſta. *in l. Gallus in tr. de noth. ſpur. fil. c. 12. n. 17.* Did. Couar. *in Epit. de ſponſal part. 2. c. 8. §. 2. n. 9.* Cacher. deciſ. *154. num. 5. 6. & ſeqq.* Iaſ. *conſ. 234. verſ. præmiſſ. non obſt. libr. 2.* Natta *conſil. 473. nu. 38.* Franc. Burſat. *conſ. 10. nu. 9.* vbi aſſerit filios quoſcunq;, & quidem etiam ſpurios, ex matrimonio, cum matre eorum contracto, legitimos fieri, licet ipſorum pater nobiliſſimus eſſet, mater vero viliſſima, & conditionis humilis, eamque ſententiam communem eſſe ait.

Eam-

Eandem multo communiorem & receptiorem eſſe, quam contrariam, atteſtatur Iohan. Fichard. *in addit. ad communes opin. Villalob. in lit. M. num. 17. verſ. contrarium vero.* Idem teſtatur Menoch. *conſi. 18. nu. 14. & 19. 20. 21.* vbi addit Socin. iun. *in conſil. 52. n. 2. li. 1.* inconſiderate loqui, dum ait, Angelum contra ſentientem non habere contradictorem. Idem tenet Tib. Deci. *con. 5. n. 83. vol. 1.* Et Burſ. iam citato loco aſſerit ſecundum iſtam receptiorē ſentētiam à Rota Romana iudicatum eſſe. Et quod Senatus etiam Pedemontanus hanc ſententiam iudicando amplexus ſit, teſtatur eius Senatus præſes Cacher. *d. deciſ. 154. num. 13.* quem etiam ea affirmantem laudat Burſatus, *iam citato loco.*

Si igitur ii legitimi ſunt, qui ex viliſſima fœmina, & nobili viro ante cōtractum cum ea matrimonium nati ſunt, & legitimi reputantur, multo profecto magis dicendum eſt, liberos non ex concubinatu vel alio coitu extra matrimonium, ſed ex ipſo coniugio procreatos legitimos eſſe, etiamſi mater viliſſima extiterit.

Hic vero ſumus in ea facti ſpecie, vbi cum matre matrimonium contractum eſt, & liberi ex eo matrimonio procreati ſunt, nec vllus illicitus concubitus hoc matrimonium anteceſſit.

Sed & eo certius eſt, hos liberos legitimos eſſe, quod generali etiam conſuetudine hoc ius receptum ſit, vt † matrimo- 18
nia inter nobiles viros & ignobiles, ac vilis conditionis perſonas cōtrahantur & liberi inde nati legitimi reputentur. Quam conſuetudinem Syluan. *conſil. 3. nu. 43. verſ. præterea.* allegat etiam de iis liberis, qui ante matrimonium concepti ſunt.

Imo etiamſi in dubio eſſemus: tamen liberi pro legitimis habendi eſſent.

Vnuſquiſque enim † præſumitur ſecundum leges contra- 19
here matrimonium, & ſe iuri communi conformare, *l. curatores. §. fin. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. Caſtr. conſil. 371. viſo puncto*

V 3 *ſupra*

ſupraſcripto. col.2.poſt med. vol.2.Phil.Port.con.2.nu.32.Crauet.conſ.
20 *77 nu.9.* Et in dubio † ſemper credendum eſt, quod honeſtius eſſe conſtat, *Bart.in l. Non ſolum. §. ſed vt. ff. de oper.nou.nunc. Paleot. de noth. ſpur. fil. c.20.nu.3.& 4. Paris conſil. 10. num.5.volum.2.*
21 cum † ſemper in dubio præſumptio fieri debeat in partem meliorem, *l. ſpu. in dubiis. & l.rapienda.ff.de reg. iur.l.penult. ff. de pœnis.c vlt.de præſump.*

22 Et in ſpecie de liberis, quod † in dubio legitimi eſſe præſumantur, probatur *in leg. ſi vicinis. vbi Bald. Cod.de nupt.* & ita tradunt Palæot. *in tract. de noth. ſpur. fil.cap.20.num.4.* Menoch. *con.*
23 *1. num.183.* Idque adeo verum eſt, vt † etiamſi vxor ſit de adulterio conuicta: tamen filius inde natus præſumatur legitimus, & ex marito potius quam ex adultero natus Paleot *d.c.20. nu.4. Panorm. & Feli. in c. per tuas. de probat.* Paris *conſil.10.num.4. lib.2. VVeſenb. conſil.44. num.63. vol. 1* Gail. *lib. 2. Obſeru. 97. nu.7.* vbi ex Gozadino *in conſi.13 num.5.* addit, ſi maritus vxorem abſque iudicio Eccleſiæ dimiſerit, illaque in lupanari poſtea extiterit, quod filius ex ea debito tempore natus præſumatur legitimus eſſe. Tib. Decian. late *conſi.1.nu.73.& ſeqq. vol.3.*

24 Quin etiam † licet mater vel pater confiteretur & affirmaret, filium non ex matrimonio, ſed ex adulterio natum eſſe, tamen hæc confeſſio & aſſertio non eſſet obſtaculo, quo minus hic filius legitimus præſumeretur, vt quem nuptiæ demonſtrant, vt notant Panorm. & alii Dd. *in dict. cap. per tuas* Anto. de But. & alii Dd *in c. officij. de pœnit. & remiſſ.* Ia à S. Georg. *in l.1. ff.d. probat.* Nicol. Boer. *dec. 249. nu. 6.* Tib. Decian. *conſi.1. numer. 75 volum.3.* Atque hanc ſententiam communem dicunt Ferdin. Vaſquius. *Illuſtriſſ. Controu. 48. nu.33.* Gail. *d. Obſ. 97. nu.8.*

In tantum vero in caſu propoſito abeſt, vt Dominus N. von H. liberos ſuos non agnouerit pro legitimis, vt eos non ſolum vt legitimos tractauerit, verum etiam liberos ſuos legitimos
25 appellauerit. Quæ † profeſſio & aſſeueratio patris maximam

pro

prolegitimatione facit pręſumptionem, pręſertim aliis circumſtantiis concurrentib. & potiſſimum quãdo aliquis vocatur eo nomine quo vocabatur pater. *l. Neque profeſſio. C. de teſtam. l. Caius Seius ff. de iure patron. cap. per tuas. de probat. c. tranſmiſſa. qui fil. ſint legitimi. Bart. in l. 1. §. 1. de lib. agno. Innoc. in c. quæ contra. de probat. Dec. in d. c. per tuas. num. 28. Paris conſil. 10. num. 15. leg. vxorem pragnantem. in pr. ff. de manum. teſtam.* quam commendat ad hoc vt ſingularem Bald. *in c. tuam. col. 2. verſi. ſi autem. de ord. cognit. Lud. Gomez. in §. ſic itaque. nu. 18. Inſt. de Actionibus.*

Atque hoc quidem ita ſe habet, etiamſi non in inſtrumento aliquo publico, vel teſtamento liberos profeſſus eſt legitimos. Hic vero præterquam quod tales profeſſiones factę ſunt, & matrimonium reuera contractum, reuera contractum eſſe legitimis rationibus doceri poteſt. Acceſſit & illud, quod pater liberos ſuos coram Notario, & quinque teſtibus nominarit legitimos, item filios & filias, de eaque re publicum inſtrumentum ſit confectum, quo hæc nominatio continetur. De huiuſmodi nominatione facta in publico inſtrumento, vel etiam in teſtamento, vel apud acta, vel etiam in priuata trium teſtium ſubſcriptione munita ſcriptura, certi iuris eſt, quod liberi per eam nudam nominationẽ † efficiantur legitimi. *Nou. 117. vt liceat matri & auia §. ad hoc autem.* Idque ita eſſe, docent 26
Gloſſ. Ioann. Andr. Butr. & Abbas, *in c. per tuas. qui filii ſint legitimi.* Salic. *in auth. ſi quis liberos. Cod. de naturalib. liber.* Iohan. Fabr. *in leg. cum quis. Cod. eod.* Atque hæc probatio legitimationis tanti fit, vt dicatur eſſe probatio iuris & de iure, & contrarium probari poſſe negetur. Hippol. de Marſil. *ſing. 116.* quem & Bartol. allegat, & ſequitur Iohann. Sichard. Var. vniuerſit. & Doctores German. Conſil. *tom. 4. conſil. 47. numer. 18.*

Hæc autem eo magis ſibi hic locum vendicant, quod non ſolũ inter viuos in prædicto publico inſtrumẽto, ſed & procul-

dubio

dubio per vltimam voluntatem in teſtamento à ſe conditopater liberos legitimos vel filios ac filias nominarit, ac † geminationes enixam voluntatem arguant, multoque maiorem vim obtineant, quam ea quæ ſine iteratione fiunt vel dicuntur. *leg. Baliſta. & ibi Dd. ff. ad ſenat. Trebell. l. cum ſcimus. & ibi Bartol. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Nicol. Euerh. in loco. leg. A vigeminat.* & perinde eſt, ac ſi nominationi, quę alias ad liberos legitimandos ſufficit, corporale iuramentum patris acceſſerit, cum iuramenti etiam vim habeat geminatio, vt demonſtrat Nicol. Euerh. *iam citato loco. nu. 3.*

27

Quæ quidem omnia cum ita ſe habeant, non aduerſantur dubitandi rationes ſuperius allegatæ.

Nam quod ex l. XII. Tabul. & lege Iulia de maritandis Ordinibus adductum eſt, iure nouiſſimo Ciuili, & quidem etiam Canonico antiquatum eſt, vt ſuperius eſt oſtenſum: Imo à lege XII. tabul. fuit etiam per antiquam aliam legem receſſum,
28 qua † rogante Canuleio Trib. pleb. anno 310. ab vrbe condita permiſſum fuit, vt patricii cum plebeis matrimonia contraherent, & patricio patre nati patricii reputarentur.

Nihilo plus negotii facit, quod *ex nou. 74 quibus mod. natur. effic. legit. §. ſed & aliud.* & Angelo de ea, quæ matrimonio non eſt digna, ſuperius adductum eſt, quia nec Angeli ſententia eſt vera, & Iuſtin. potius loquitur eo loco de patre recuſante matrimonium contrahere cum ea, quæ inhoneſta eſt, & thorum violauit, idque colligitur vel ex illis ſolis verbis, *neq. dignam exiſtimauit.* vt reſpondet Eman. à Coſta. *in l. Gallus. §. & quod ſi tantum. part. 1. nu. 104. verſ. denique. ff. de lib. & poſt.* & Menoch. *con. 18. num. 19.* vbi & alia, ad refutationem huius obiectionis ſpectantia, affert.

Et ſane quod Iuſtin. cum vilem etiam fœminam velit vxorem duci poſſe ab homine nobili, non ſolum *ex nou. 18 de trient. ac ſemiſſ. §. vlt.* ſed & cumprimis *ex nou. 78. vt libert. de. §. ſi quis autem libertam. & §. & ita rebus*, quæ nouella recentior eſt *d. nou. 74.*

num.74 Et vt maxime res eſſet diſputabilis & dubia: tamen vel ob ſolum ius Canonicum, quod in matrimonialibus cauſis ſequimur, id negari non poſſet, rem eſſe certam.

Neq; obſtat quod videatur textus, *in cap. tanta. qui fil. ſint legit.* dum ſimpliciter loquitur, reſtringi ſupra citatum ius Ciuile, quod eſt *in d. §. ſed & aliud.* ſecundum reſponſum Iaſ. *in con. 234. lib. 2.* quia id primum corruit per ea quæ iam dicta ſunt de ſenſu *d. §. ſed & aliud.* Deinde conſtat & ea, quæ † indiſtincte pro- 29
feruntur, generaliter & ſine diſtinctione eſſe exaudienda, *l. de pretio. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præſt. l. 1. §. Ait ergo. ff. quæ in fraud. Cred. & leg. Iulianus. ff. de legat. 3.* Vnde ex hoc ipſo textu, *in d. c. tanta.* conuincitur, liberos legitimos eſſe ſiue ex nobili, ſiue ignobili & vilis conditionis fœmina naſcantur. Idque eo verius eſt, quod & aliis iuris Canonici textibus, ſupra in decidendi rationibus citatis, conſentaneum ſit.

Non refragantur etiam auctoritates Doctorum, qui exiſtimant, liberos ex fœmina abiectæ & vilis conditionis natos per ſubſequens matrimonium non legitimari, quia contraria ſententia & ob textus rationesque iuris ſanior eſt, & frequentioribus Interpretũ calculis recepta, & grauiſſimarum Curiarum deciſionibus comprobata, vt ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, elucescit.

Præterea etiamſi hæc ita ſe non haberent: tamen iſtæ Doctorum auctoritates, ſecundum ea, quæ in hac facti ſpecie proponuntur, liberis, quo minus legitimi dici poſſint, vel hoc nomine non obſtarent, quod ex ipſo matrimonio ſint procreati, & illi Doctores loquantur de liberis ante matrimonium natis.

Non poteſt etiam liberis præiudicium parere, quod contractui matrimoniali non fuerint alii etiam adhibiti, ſiquidem aliorum præſentia non eſt de ſubſtantia matrimonii, nec poteſt minus legitimum dici, quod ſine præſentia aliorum con-

 tractum

tractum eſt, cum de ipſo poſtmodum ſatis aliis conſtiterit, neque parochi modo teſtimonio, verum etiam aliorum confirmati poteſt, præſertim tanta adhibita poſtea ſolennitate, vt medio ſumptionis Cœnæ Dominicæ id ratum & firmum eſſe voluerint.

Licet autem nulla confecta ſint inſtrumenta dotalia: tamen
30 ne hoc quidem obſtat, cum non † ſint de matrimonii ſubſtantia, iurique Canonico, quod ea non requirit, ſtandum ſit. *cap. tanta. c. Lator vbi Canon. qui fil. ſint legit. Dd. in l. Gallus. §. & quod ſi tantum. ff. de lib. & poſthum. Schurff. conſil. 1. nu. 15. cent. 1.*

31 Atque hanc ſententiam † non minus in terris Imperii, quam Eccleſię hodie quo ad ipſas etiam ſucceſſiones locum habere, docent Alexand. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. nu. 19 ff. ad Trebell.* Angel. *in §. fi. Inſt. de nupt.* Iaſ. *in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit.* & alii Doctores adducti ab Ant. Gabriel. *in commun. conclu. libr. 6. tit. de legitimat. conclu. 1. num. 12.* vbi ſubiungit, hanc ſententiam à Dominis etiam Rotæ Romanæ iudicando comprobatam eſſe, & eãdem communem dici. Et Panorm. *in d. c. tãta.* ait, ſe ſæpe ſecundum eam in praxi reſpondere, & à Legiſtis eam in praxi obſeruari.

Quod igitur de clandeſtino matrimonio afferebatur, ideiuſmodi eſt, vt nullo negotio dilui poſſit. Nam clandeſtinum hoc matrimonium nõ fuiſſe, primum in facto præſupponitur. Et quamuis fortaſſis ad tempus occultum fuerit, reuelatum tamen eſt, ante annos plus minus viginti ſex, eius loci parocho.

32 Deinde licet prohibitum ſit matrimonium clam contrahere, certum tamen eſt, vt maxime † concedatur matrimonium hoc clandeſtinum fuiſſe, quod, ſi aliqui contrahant occulte & clandeſtine per verba de præſenti, matrimonium illud dicat verum & proprium, adeo vt diſſolui non poſſit, tex. eſt *in c. nec illud. §. ſed obiicitur præmiſſis. & §. his ita reſpõdetur. 30. q. 5.* Alex. *in c. 1. de clandeſt. deſponſ.* vbi & Pan. *in 1. notab.* Idem Panor. *in c. 2. de clan-*

de clandeſt. deſponſ. expreſſe decidit, quod proles nata ante publicationem matrimonii ſit legitima, quia publicatio eius non eſt de matrimonii ſubſtantia. Alex. *in d. c. 2. in 4. notab. & plenius conſulunt Hieron. Schurff conſ. 1. cent. 1. nu. 4. & ſeqq.*

Nec obſiſtit hic impedimentum clericatus, quod Dominus N. von H. Canonicus fuerit, & præſertim eius Eccleſiæ, quæ etiamnum vtitur religione Pontificia. Nam ſiue ſpectes ipſum Dominum N. von H. non eſt dubium, quin fuerit addictus Auguſtanæ Confeſſioni, ſiue ipſam Eccleſiam, conſtat ab ea non ſolum ſtipendia dari nonnullis verbi Dei miniſtris, Auguſtanam Confeſſionem profitentibus, verum etiam pleroſque eius Eccleſiæ ciues eſſe reformatæ religioni addictos, ideoq; in ipſa ciuitate etiam Euangelium reformatum doceri. Eſt vero etiam in plurib. Imperii diœceſibus receptum, vt Clericis permiſſum ſit matrimonium contrahere, idq; quotidiana docet experientia, eoq; minus improbari poteſt, quod Auguſtanam Confeſſionem, cui hoc conſentaneum eſt, Imperii conſtitutione admiſſam eſſe, notiſſimum ſit.

Quicquid autem ſit, agnati Domini N. von H. eo minus hoc matrimonium impugnare debent aut poſſunt, quoniam & ipſi à Pontificia Eccleſia receſſerunt, & melius edocti ex verbo Dei ſciunt, eiuſmodi matrimonia Clericorum non eſſe prohibita, ſed conceſſa. Quare vt maxime inter Pontificios de illo matrimonio diſputari poſſet, inter eos tamen, qui Auguſtanam Confeſſionem amplectuntur, id matrimonium in dubium vocari non debet, quia hoc eſſet diſplicere, quod ante placuit, quod eſt contra bonam fidem. *l. 1. ff. de conſtit. pecun. cum ſimilibus.*

Accedit his tam ſancte & religioſe eius matrimonii ante annos plus minus viginti ſex coram parocho ſuo ſumptione Cœnæ Domini facta confirmatio quaſi iuramento, cuius in † immenſum aucta eſt virtus per ius Canonicum, 33
vt ait Nicol. Euerhardus *in loco leg. à vi, Energ. ſeu eff. iuram.*

num.1. eique iuri in hac materia veluti ſpirituali, & concernenti animam ſtandum eſt, *c. licet mulieres. de iureiur. in 6. gloſſ. in cap. Poſſeſſor. de reg. iur. in 6 Canon. in c. fin. de præſcript. Dd. in l. priuilegia. C. de ſacroſ. Eccleſ. Caſtr. in repet. Authent. ſumpta puberum col. 4. & 5. C. ſi aduerſ. vendit.* Eſt autem ſingularis ea iuramenti virtus,
35 vt † adiiciat robur actui, ſuper quo interponitur, ipſumque de nullo aliquem, & de inualido validum facere, quando interponitur ſuper actu non improbato à iure, *c. cum contingat. verb. firmando. de iureiur. c. 2. verb. firmatum. & in verb. omnino. de pact. in 6.*

Ergo vt maxime inualidum ante fuiſſet matrimonium, eo tamen ipſo validum factum fuiſſet, ad quod vt refugiamus opus non eſt, præſertim attentis agnatis N. von H. quibus, vtpote Auguſtanam Confeſſionem amplectentibus, non eſt incognitum, iure diuino non improbari clericorum matrimonia, ſed eſſe immaculata coram Deo, vt idem neceſſario ipſis de matrimonio inter N. von H. & eius vxorem M. ſtatuendum ſit.

Quinimo impedimentum, quod de iure Canonico in hoc matrimonio eſſe videbatur, poſtea remotum eſt, ante biennium facta à N von H. præbendæ ſuæ reſignatione Epiſcopo, & Clericatu relicto, quo caſu nec iura Canonica matrimonium
36 prohibent. Ceſſante enim † prohibitionis cauſa, ceſſat etiam prohibitio. *l. 1. & ibi Bal. col. 2. verſ. Nota quod ceſſet. C. ſi rect. prouinc. c. etſi cleric. & ibi Bald. col 2. de iureiur. c. non debet. de conſang. & affin. c. ex literis 7. quæſt. 2.* Quod vero prohibitum non eſt, id conceſſum eſſe intelligitur.

Neque parum momenti habet illa toties à N von H iterata profeſſio, & nominatio filiorum & filiarum eaq; non tantū ſolenniter ab ipſo facta, verum etiam in inſtrumentum publicum relata, & ſine dubio in ipſo etiam teſtamento repetita, & illud non tantum ante reſignationem præbendæ, verum etiam poſt, eo non amplius exiſtente Clerico, & quidem quatuor

tuor aut quinq; menſibus ante mortem ſuam coram duobus etiam ſuis agnatis & conſanguineis. Vnde apparet N. von H. conſtantiſſimam fuiſſe voluntatem, & ſemper liberos, quos ex M. genuit, pro ſuis legitimis, ipſumque etiam matrimonium pro vero matrimonio habuiſſe, *l. quinquaginta. cum ſimil. ſupra adductis.*

Nec obſtat, quod vxor M. ad aliquot annos ſeorſum à marito N. von H. vixerit. Primum quia N. von H. nihilominus eam maritali affectione proſecutus eſt. Deinde quod ſimplex thori ſeparatio extraiudicialiter, & non animo diſſoluendi coniugium facta, matrimonio non præiudicat, *cap. 2. de ſecund. nupt. c. qui. §. ſi autem de ca n. vt lite non conteſt. c. paulatim. qui fil. ſint legit. cap. non ſatis. § fin. cum c. ſeq 34. q. 1.* eoque pertinet etiam quod iure ciuili conſtitutum eſt. *Nou. 22. de nupt. §. ſed etiam. & §. nominamus autem. & nou. 117. vt liceat matr. & au æ. §. quod autem à nobis.* Idem obſeruatur in reformatis Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis. In iis enim etiam non ob quamlibet ſeparationem thori vel deſertionem, ſed ob eam, quæ malitioſe fit, matrimonium ſoluitur, vt videre eſt apud Philipp. Melanch. *in lib. de coniug. cap. quis ſit d. ſertor.* & Nicol. Hemming. *in lib. de coniug. cap. de ſecunda cauſa diuortij*, qui addit, Lutherum & alios excellentes Theologos idem ſentire. Idem ſimul hanc ſententiam multis argumentis confirmat, & oſtendit modum procedendi aduerſus malitioſum deſertorem, vt coniugium per huiuſmodi deſertionem ſolutum dici poſſit. Præterea vt maxime ponatur in propoſita facti ſpecie ob ſeparationem thori ad tempus factam matrimonium fuiſſe diſſolutum: certum tamen eſt, liberos antea vel ex coniugio natos, vel per illud legitimatos pro legitimis nihilominus habendos eſſe, nec ius legitimorum amiſiſſe.

Factum enim † cuique ſuum, non alteri nocere debet, nec 37
conſilium ſuum quis in alterius detrimentum mutare poteſt, *l. factum. ff. de reg. iur. c. Mutare. eod. in 6.* & pœna, quæ ob malitio-

ſam deſertionem vel ſimile delictum parenti irrogatur, cuiuſmodi eſt diſſolutio matrimonii, non debet excedere auctorem delicti, nec vel liberis, vel aliis officere, *l. ſancimus. C. de pæ.* Quod in legitimatis liberis non minus, quam aliis eo verius eſt, quia legitimatio fauorabilis eſt, eaq; eſt communis Dd ſententia, teſte Philip. Dec. *conſi. 76. in fin.*

Recte igitur concluditur, liberos ex N. von H. genitos natos eſſe ex matrimonio legitimo, ac proinde eos legitimos eſſe, & pro legitimis habendos eſſe.

Ad ſecundam Quæſtionem.

IN ſecunda quæſtione id diſcutiendum proponitur; An liberi ex N. von H. geniti ſint nobiles, & iure nomine & inſignibus familiæ nobilium von H. vti poſſint.

Quod vtique eſſet negãdum, ſi liberos eos illegitimos pro-
38 nunciaremus. Nobilitas † enim tranſit ad legitimos, non etiam ad nothos & naturales tantum. Batt. *in l. 1. col. 4. ver. Item pono ex eod. C. de dignitat. lib. 12.* Feli. *in c. in præſentia. nu. 23. ver. quarto in quantum. de probat.* Imol. & Alex. *in l. ex facto. §. ſi rogatus. ff. ad Trebell.* Tiraquell. poſt alios à ſe adductos, *in tr. de nobilit. c 15. nu. 10.* Bald. *in l. cum antiquiorib. nu. 8. C. de iure delib. & in l. ex libera. C. de ſuis & legit.* dicit, quod ſpurii nihil ex honore parentis accipiãt, ne ſint de familia eius, additq; ita fuiſſe deciſum in quę-
39 ſtione nobilium de Petra mala.

Non deſunt quidem loca, quibus † illegitimi etiam liberi iure nobilitatis gaudent, & pro nobilibus habẽtur, idq; quoad Franciam teſtatur Tiraquell. *in tr. de Nobilit. c. 15. nu. 25.* vbi ait, in Francia obſeruari vt baſtardi reputentur Nobiles, ſintq; immunes à ſubſidiis popularibus. Et Angel. *in l. ex facto. §. rogatus. ff. ad Trebell.* aſſerit, in Tuſcia baſtardos eſſe de domo. Eodemq; ſpectat quod à Bartolo proditum eſt, *in tract. de inſign. & arm. nu. 11.* & à Nicol. de Vbald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 2. nu. 52.* vbi addit, Florentiæ idem obtinere, de qua vt & de Peruſio

hoc

hoc teſtatum facit Angel. *in conſil. 30. nu. 6.* Verum hæc ad Germaniam non poſſunt produci, cum præſertim in hac ius commune receptum ſit, quod adeo notum eſt, vt id atteſtetur quoq; homo Italus, Nic. de Vbaldo. *ſupra citato loco.*

Imo licet in ſuperiori quæſtione dixerimus, eos legitimos eſſe: tamen vel hoc nomine non videntur nobiles eſſe, quod matrem ignobilem fuiſſe in confeſſo ſit. Videtur enim † tam à matre, quã à patre deduci debere nobilitas, vt quis nobilis natus eſſe dicatur. Quia, vt ait Aluarot. *in c. quis dic. dux vel March. §. cæteri vero. n. 7.* licet participet de vtroq;, tamen à patre recipit formam, à matre autem naturam, vt notat. *in c. vlt. 32. q. 2.* Ideoque non nobilis erit, niſi vtrunq; parentem habeat nobilem. 40

Quod ſi vero illi liberi, qui ex ignobili gignuntur, eo iure, quod ex nobili prognatis competit, non fruantur, conſequitur eos non eſſe nobiles. Qualis enim effectus, talis cauſa eſt, atq; 41 hęc non minus per illum, quam ille per hanc deſignari ſolet, *l. rem non nouam. in fine. C. de Iudic. §. quoniam vtramque in proem. Inſt. Nic. Euerh. prolixe in loco legali ab effect.* Ac proinde inſignia & arma nobilium von H. videbantur eſſe liberis ex N von H. genitis deneganda.

Verum ex his, quę ſuperiori quæſtione deducta ſunt, aliquo modo colligi poteſt, contrarium dicendum, & decidendum, liberos ex N. von H. genitos & nobiles eſſe, & iure nobilium 42 eius familiæ von H. frui. Conſtat enim † in nuptiis legitimis liberos, non matris, ſed patris conditionem ſequi. *l. cum legitimæ. ff. de ſtat. hom. l. liberos. ff. de ſenator.* Similiter patris, non matris familiam ſequi, dicitur *l. familiæ appellatione. §. 1. de verb. ſignificat.*

Ex quo conſequitur ex patre nobili natos & ipſos eſſe nobiles, & pro iis habendos, qui ex eadem nobili ſint familia, etiamſi matrem plebeiam fuiſſe conſtet. 43

Facit huc & illud, quod † nobilitas dignitas ſit, Bart. *in l. 1. nu. 36. C. de dignitat. libr. 12.* quem allegat & ſequitur Cacheran. *deciſ. 100. nu. 47.* Idem tradit Mandua *in Dial. Hiſtorologico, claſſ. 5. c. 95.*

44 *c.95.nu.3.* & Guido Papæ.*deciſ.90.* Dignitates † vero ex iure ci-
45 uili pendent. Atqui † matrem natura demonſtrat patrem ius ciuile,*l. lex naturæ. & l.cum legitimæ.ff.de ſtatu homin.l.quia ſi. ff.de in ius vocando.*

46 Et in ſpecie, q † nobilitas non à matre, ſed à patre deducatur, & liberi nobiles naſcantur ob patrem nobilem, etiamſi mater ſit ignobilis, tradunt Lupus. *ff.de donat. inter vir. & uxor. §. 32.num.1.* Alciat.*in d.l. familiæ.§ 1.num.6 d. verb. ſignif.* Fr. Purpur.*in l. Imperium.colum.3.limit.3 ff.de iuriſdict.* & Felin.*in c. nouit ille.num.2.de iudic.* vbi & complures alios pro hac ſententia adducit, quibus accedit Tiraquell.*de nobilit.c.17.nu 20.* Dec.*conſi. 19.nu.237.vol.3.*

Atque huc ſpectat, quod à Liuio *libr. 4. Decad. 1.* memoriæ proditum eſt de lege, an. 31 ,ab Vrbe condita à Canuleio Tribun. plebis rogata. Hac enim lege cautum fuiſſe refert, quod inter plebeios & patricios matrimonia coniugia eſſe poſſent, ita tamen vt patris ſolius conditionem ſequerentur liberi, & per eum cum plebeis adſcriberentur, ſi eſſet plebeius, aut patriciis, tanquam nobilibus, ſi eſſet patricius.

47 Quod etiam confirmat quotidiana experientia, qua † videmus natos ex patre ignobili & matre nobili, ignobiles eſſe, non nobiles, vt ad nobilitatem conferendam nulla habeatur fœminæ ratio, ſed tantum viri. Ideoq; à contrario ſenſu, ſi mater ignobilis ſit, pater vero nobilis, non obſtabit liberis ex eo matrimonio procreatis ignobilitas matris, quæ argumentatio in iure ſubſiſtit. *leg. 1. § huius rei. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. leg. qui teſtamento. §. Mulier. ff. de teſtam. cap. eum virum. de Regular.* quod adeo verum eſt, vt hæc argumentatio dicatur fortiſſima, frequentiſſima & vtiliſſima. *Nicol. Euerh. in loco leg. à contratrio ſenſu.nu.1.*

Adeo vero certum eſt, liberos, qui ex nobili viro & fœmina
48 ignobili, matrimonio ei ſociata, naſcũtur, nobiles eſſe, vt hæc ipſa fœmina ſtatim poſt contractum matrimonium nobilitate

viri

viri decoretur, *l. vlt. C. de Incol. libr. 10.* vbi Impp. Mulieres, inquiunt, honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus: quod iisdem verbis repetitur *in l. mulieres. C. de dignit. lib. 12.* Eodem pertinet textus *in l. cum te. & l. vlt. C. de nupt. & l. fœmina. ff. de ſenator.* vbi in princ. Vlp. ait, fœminæ nuptę clariſſimis perſonis, clariſſimarum perſonarum appellatione continentur. Et *in §. 1. ibidem.* dicit, fœminis dignitatem clariſſimam maritos tribuere.

Atque hoc quidem adeo iuris rationi eſt conſonum, vt † a 49
miſſo etiam viro, & in ipſo viduo ſtatu fœmina ignobilis, quæ nobili viro nupta fuit, pro nobili habeatur, & iiſdẽ priuilegiis gaudeat, quæ marito ob nobilitatem competebant, *d. ct. l. fœmina. §. 1. & l. filii. §. 1. ff. ad municip. & d. l. mulieres. & l. vlt. C. de Incol. lib. 10.*

Accedit his generalis Conſuetudo, qua non ſolum fœminę ignobiles maritorum ſuorum nobilium dignitate & ſplendore decorantur, priuilegiiſque eorum gaudent, ſed & liberi huiuſmodi matrimonio prognati veri nobiles ſunt, iiſq; priuilegiis omnibus, quib. veri nobiles fruantur. Et ſane nonnullis ex liberis N. von H. ſe ẽt vivo patre ſcientibus, & non contradicentibus agnatis, pro nobilibus geſſerunt vltra 10. & 20. annos eius familiæ nomine, inſigniis & armis vſi ſunt, qua de cauſa non incommode diſputari poſſet, etiamſi liberi N. von H. pro ſe iura ſuperius adducta non haberent, annon ius vtendi eius familiæ nomine, inſigniis & armis præſcripſiſſent, quæ præſcriptio in caſu propoſito eo fortius vrget, quo fortius iura adducta pro liberis militant. Conſtat † enim iuribus præſcribi in- 51
ter præſentes 10. annis, & multo magis 20. *per iura vulgatiſſima.*

Non aduerſatur liberis, quod nobilitas ad nothos & naturales non tranſeat, quia vere hos liberos legitimos eſſe abunde in præcedenti quæſtione edoctum eſt.

Similiter non obſtat, quod Aluarotus *in c. 1. §. cæteri vero. n. 7.*

quis dicat.dux.ait, liberos formã à patre, à matre vero naturam accipere. Inde enim non hoc conficitur;quod ab vtroque parente, ſed potius illud quod à ſolo patre nobilitas deducatur. Nam forma ex iure ciuili eſt, & nobilitas non ex natura dependet, ſed ex iure ciuili, quod latius oſtendit Tiraquellus.

Ad tertiam Quæſtionem.

TErtio loco quęritur de ſucceſſione liberorum N.von H.& quidem quoad allodialia, vtrum videlicet ea ſucceſſio ſolis liberis ex D. N. von H. natis debeatur, an vero iis præferendi ſint agnati patris?

Quandoquidem vero in ſuperiorib. quęſtionibus demon-
ſtratum eſt,hos liberos legitimos eſſe,eamq; appellationẽ me-
52 reri, conſequitur inde† iis eandem ſucceſſionem deberi, quæ
legitimis liberis debetur. Talia enim ſunt ſubiecta, qualia
prædicata demonſtrant aut permittunt. *l.3.in princ. ff.de fundo*
inſtr. §. præterea. in fin. Inſt. de inutil. ſtipulat. l.ſi defenſor. §.qui in-
terrogatus.ff.de interrog.action. Reiner.de Forliuio in l.vnic, num. 23.
Cod.de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.Euerhard.in loco leg. A nomine
53 *dign. offic.num.3. & ſeqq.* Et quibus† conceditur antecedens,iiſ-
dem etiam concedendum eſt conſequens, *l. 2. vbi Dd. ff. de iu-*
riſd.l.1.§.1.ff.ſi vſusfr.petat.l.2 §.inſpectio.ff.quemadmodũ.teſt.aper.
c.præterea.de offic.d.legati.Io.Bapt.in repet.l.omnes populi.nu.25.ff.de
iuſt.& iur.Io.Nic.in l.generaliter.nu.25.C.de ſecund.nupt.Nic.Euerh.
in loco leg.à conceſsione,antecedentis ad conceſsionem conſequentis.num.
1.& 2.

Poterunt igitur hi liberi de iure communi in omnibus allodialibus patri ſuccedere,excludentq; omnes alios tum cognatos,tum vero etiam agnatos.

Atq; hoc quidem eo verius eſt,quod & ii, qui non ex matrimonio,ſed ex concubinatu naſcuntur, & per matrimonium poſtea cum concubina legitimantur,ius ſuorum & legitimorum

rum ita adipiſcantur, vt ad ſucceſſiones etiam admittantur. §. *vlt. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. deferunt. l. cum quis. & l. nuper. Cod. de natural. lib. Nouell. 12. de inceſt. & nefar. nupt.* §. *vlt* vbi Iuſtin. Venient, inquit, etiam ab inteſtato & ex teſtamento (ſicut & pater & lex permittit) proprii exiſtentes atque legitimi, alterutriſque ſuccedent. Quid enim aliud decernimus, cum ſufficiat legitima & ſuorum appellatio ſub patre eos oſtendere & dare etiam contra teſtamentum, quæ leges præbent & omnia patere quæcunq; huiuſmodi appellationem decent.

Hoc ius idem Iuſtin. voluit in iis etiam liberis locum habere, qui ex tali Concubina nati ſunt, quę liberta eſt vel ancilla. *Nou. 18. de trient. & ſemiſſ.* §. *vlt. & nou. 78. vt liberi de cætero.* §. *ſi quis autem. &* §. *& ita rebus.*

Ex quibus liquet, inter eos, qui ex ignobili & vilis conditionis fœmina naſcuntur, nullum quoad ſucceſſionis etiam ius eſſe diſcrimen. Atq; hoc iuri etiam Canonico eſt conſentaneum, *c. 1. qui fil. ſint legit. c. recurrat. 32. q. 4.*

Neque vero aliud dicendum eſt de iis, qui extra matrimonium nati ſunt ex ea, quæ poſtea vxor ducitur, quam quod † non ſolum legitimentur, ſed & ſuccedant parentibus, 54
vt ſentiunt Brunellus *in tract. de ſponſal. & matr. concl. 2. num. 36.* Lup. *in repet. c. per veſtras.* §. *21. num. 8. de donat. inter vir. & vxor.* Eman. à Coſt. *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. part. 2. nu. 98 ff. de liber. & poſthum.*

Et ſane cum hic verſemur in iis terminis, in quibus liberi non extra matrimonium ex illicito aliquo coitu, ſed ex ipſo matrimonio procreati ſunt, merito multo magis ea ſententia vt liberi Domini N. von H tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ad allodialia, omnibus cæteris agnatis & cognatis excluſis, admittantur, præſertim etiam quod conſtat, generali conſuetudine receptum eſſe, vt liberi ex nobili patre & matre ignobili, vilioriſque conditionis prognati, non ſolum legitimi ſint, ſed & ad ſucceſſiones admittantur.

 Eo ve-

Eo vero magis liberi in propoſita facti ſpecie ad ſucceſſionem admittendi ſunt, quod per ſolam etiam nominationem legitimatio facta recte legitimet liberos: atque hic talem nominationem, eamque geminam doceri poſſe, ſuper in prima quæſtione oſtenſum ſit, ac Iuſtinianus *in nou. 117. vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc autem*, diſerte conſtituat, liberos ita legitimatos omni frui iure, quod leges conferunt legitimis liberis.

Ad Quartam Quæſtionem.

EXpeditis iis, quæ ad primam, ſecundam & tertiam quæſtionem ſpectant, promptius fuerit reſpõdere ad quartam quęſtionem, in qua de bonis feudalibus dubitatur; An ad ea etiam admittendi ſint liberi ex N. von H. & eius vxore defuncta nati.

Quemadmodum .n. in allodialibus bonis quoad parentum ſucceſſionem liberi aliis omnibus præferuntur, §. *inteſtatorum. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. §. ſui autem. Inſt. de hered. qual. &*
55 *differ.* Sic † & in feudalibus idem obtinet, *c. 1. in pr. de ſucceſſ. feud. ca. 1. §. & quia vidimus. de his qui feud. dar. poſſ. cap. 1. in quibus. cauſ. feud. amitt.*

Et licet in nonnullis per ius feudale, quoad ſucceſſiones etiam derogatum ſit iuri communi, ab eoq; omnino receſſum:
56 tamen illud certum eſt, quod † caſus, iure feudali non deciſus, ſubiectus ſit diſpoſitioni iuris communis, *c. 1 de feud. cognit. vbi tradunt etiam gl. & Dd.*

57 Iam vero † iure feudali filiæ quidem à ſucceſſione remouentur in bonis feudalibus, *c. 1. §. & cautum. qui feud. dare poſſ nt. c. 1. § filia vero. de ſucceſſ. feud.* Sed † ex filiis ii ſoli excluduntur, qui naturales, vel adoptiui, vel legitimati ſunt, vt videre eſt *in §. Adoptiuus. & §. naturales, ſi de feudo def. controuerſ. ſit inter dom. & agn.*

58 Eorum vero filiorum, qui ex legitimo matrimonio inęqualium parentum, cuiuſmodi ſunt nobilis & ignobilis, procrean-

tur

tur, nulla ſit mentio, ita vt iure feudali inter legitimos nulla adhibeatur diſtinctio.

Simpliciter igitur & indiſtincte prolata, ſimpliciter quoque & indiſtincte hic accipi debent, vt in reſolutione primæ quæſtionis dictum eſt. Et quia adoptiui, naturales & legitimati prohibentur in feudis ſuccedere, res quoad alios filios, qui legitimi ſunt, relinquitur diſpoſitioni iuris communis, & argumento à contrario ſenſu ducto cenſebuntur hi filii ad bonorum feudalium ſucceſſionem admitti, cum hoc † argumen 59
tum tam ſit validum, vt dicatur eſſe de mente legis, & hanc mentem ob oculos ponere, vt poſt alios à ſe adductos demonſtrat Nicol Euerhard. *in loco leg. A contrario ſenſu. nu. 2.*

Nec obſtat, quod † huiuſmodi argumentum in iure feuda- 60
li locum habere negetur. *Iaſ. in l 1. nu. 10. C. de iure Emphyteut. Cacher. deciſ. 77. nu. 19. Nicol. Euerh. in loco leg. à contr. ſen. num. 30.* quia hoc ita ſe habet, quando per illud argumentum diſceditur à iure communi, vt notat Cacher. *deciſ. 23. nu. 52* eoque pertinet, quod de iure communi additur à Nicol. Euerh. *iam citato loco.* Atqui iuri communi conſentaneum eſſe, vt inter eos, qui ex æqualibus & ex inæqualibus parentibus nati ſunt, nulla obſeruetur differentia, ſed tam hi, quam illi, ad ſucceſſionem admittantur, abunde demonſtratum eſt.

Præterea vt maxime res de iure feudali dubia eſſet, tamen in huiuſmodi etiam dubiis terminis ad ius commune eſſet reſpiciendum. Nam † in omni actu interpretationem fieri opor- 61
tet, vt, quoad eius fieri poteſt, ad ius cõmune deueniatur, & ne eius correctio aliqua inducatur, *l. quæro § inter locatorem. ff. locati. l. quidam cum fil. ff. de verb. obl ig. Dd. in auth. quas actiones. C. de ſacro. Eccleſ. Menoch. de arbir. iud. quæſt. caſu 199. nu. 9. Ant. Anguiſol. in con. 78. n. 5, Io. Crotus. conſ. 200. nu. 43. lib. 1.*

Eo vero magis in propoſita facti ſpecie liberi ad ſucceſſionem in feudalibus admittendi ſunt, quod † eos etiam, qui extra matrimonium nati ſunt, & per ſubſequens matrimonium 62

legitimātur, in feudis ſuccedere, & tex. *in d. §. naturales.* de legitimatorum excluſione loquentem, ad ſolos legitimatos per reſcriptum coarctandum eſſe, communis Dd. Schola doceat, vt teſtantur Iaſ. *in l. naturales. §. cum autem. nu. 10. C. de inſtit. & ſubſt.* vbi dicit Ang. contrarium conſuluiſſe, ſed male. Afflict. *in d. §. Naturales. in 5. notab. in 6.* Bartol. Soc. *conſ. 3. nu. 11. vol. 3.*

Secundum hanc ſententiam quotidie etiam conſuli & ſententiari refert præſtantiſſimus Germaniæ IC. Schurff *con. 1. n. 17. cen. 1.* eoq; minus de ea aliquid in dubium hodie in Germania reuocandum eſt, quod ſecundum eam per Dominos Camerales deciſum ſit, teſte Mynſing. *Obſer. 42. cent. 5.*

Atq; ex his quidem omnib. planum fit, hoc caſu filios in iis quoque paternis bonis, quæ feudalia ſunt, perinde ſuccedere poſſe, ac ſi tam ex matre, quam patre nobili prognati eſſent, licet filiabus huiuſmodi ſucceſſio non debeatur.

Ad quintam Quæſtionem.

QVinto diſcutiendum proponitur; An igitur his ita ſtantib. promiſſio ab vno ex filiis Domini N. von H. facta agnatis in eam ſententiam; Si agnati non eſſent ipſis controuerſiam facturi de familia, inſignus & armis, ſe ſponte bonis feudalibus & gentilitiis ceſſuros præiudicet, ipſi, promiſſori reliquiſque eius fratribus, vt vi illius promiſſionis ad feudalia & gentilitia bona aſpirare amplius nequeant.

63 Etſi vero nihil ita congruum ſit fidei humanæ, quam † ea quæ ſemel placuerunt ſeruare, & graue ſit fidem fallere, *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtit. pecun.* & quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poſſit, *cap. ſemel. de reg. iur. in 6.* Præterea cuique ſit liberum fauori & iuri pro ſe introducto renunciare, *cap. ad Apoſtolicam. de regular. l. ſi quis in conſcrib. C. de pact. gl. in c. ſi diligenti. de foro compet.* præſertim ſi cauſa ſubſit vt in noſtro caſu eſt metus futuræ litis, quia tum ſpeciem tranſactionis id habere videtur. *l. 1. ff. de tranſact.*

Idque

Idque tanto magis, quanto minus à promiſſione, per modum contractus aut ſtipulationis facta alterutri partium, inuita altera, recedere de iure licet, *l. ſicut. C. de obligat. & act. l. de contract. C. de reſcind. vend.*

Eaque promiſſio ab agnatis ſit acceptata, qua acceptatione ipſis ius quæſitum eſt, *Cyn. in l. vnic. quaſt. 6. Cod. de confeſſ. & ibi Salicet. oppoſ. 15. Idem Salicet. in leg. generaliter. quaſt. 6. Cod. de non numer. pecun. Iaſon in leg. poſtquam liti. colum. 1. verſ. ſecundo facit. C. de pact. Alexand. conſi. 90. vol. 1. & conſ. 111. colum. 4. volum. 3. Caphal. conſil. 90. colum. penult. numer. 55. volum. 1. cum ſimilibus.* 64

Eaſq; ob cauſas omnino videatur promiſſionem à N. von H. factam, ſi non reliquis eius fratribus ſibi ſaltem pręiudicialem eſſe.

Contrarium tamen putamus eſſe verius, vt rationibus adductis non obſtantibus nihilominus tam ipſe promiſſor, quam eius fratres ad feudalia & gentilitia bona aſpirare poſſint.

Primum enim quod ad ipſam promiſſionem attinet, ex facti ſpecie non conſtat, contrahendi animo eam fuiſſe interpoſitam, qui† ſi abſit Contractus nullus celebratus eſt, *l. in conuentionib. ff. de ver. oblig. l. ſed etiam Celſus. §. ſi fundus. ff. de contrah. emp. Iaſ. in l. iuriſg. §. prætor ait. nu. 16. ff. de pact. & in l. ſi tibi pecuniam. in princ. ff. ſi cert. pet.* 65

Deinde vt maxime contractus, & quidem ſtipulationis fuiſſet celebratus, promiſſio tamẽ fuit conditionalis, qualis† in eo contractu de iure eſſe poteſt. § *omnis ſtipul. Inſt. de verb. oblig. leg. Creditor. ff. de verb. ſignif. leg. talis. ff. de leg. 1.* ex cuiuſmodi ſtipulatione nondum quicquam debetur, ſed tantum ſpes eſt debitum iri, nempe ſub caſu conditionis exiſtentis. § *ſub conditione. Inſt. de verb. oblig. l. cedere diem. ff. de verb. ſignif.* 66

Cum autem conditio implenda ſit ex parte agnatorum, tam-

tamdiu pendet obligatio N von H. nec ex ſua promiſſione tenebitur, quamdiu cōditioni ex agnatorum parte non ſatisfit.
67 Sicut enim † ante omnia conditionem impleri oportet, vt locus ſit diſpoſitioni: ita impleri conditionem oportet, vt locus ſit obligationi cum effectu, *d.l. cede e diem. & ibi Alciat. Plot. in l. ſi quando. nu.34. C. vnde vi. Anchor. conſil.297. colum.1. Ruin. conſ.63.*
68 *nu.4. lib.4. & conſi.35. nu.13. lib.5.* Et † ſi quid ſub certa conditione ſtatuitur, neceſſe eſt conditionem ad vnguem effectum ſortiri, *Bart. in l. Mæuius. ff. de condit. & demonſtr. l. quicquid aſtring. ff. de verb. oblig. l. conſtitutionibus. in fine. ff. ad municip.* Et vt actus iu-
69 re † ſuſtineatur omni caſu cōditionem purificandam eſſe, textus eſt *in l. Hæc venditio. ff. de contrah. emptione.* Dec. *conſi.629 nu.1. & con.607. n.7.* Menoch. *lib.1. de arbitr. iud. quæſt. Caſu.68. nu.36.* vbi dicit, eum non dici contrahere, qui conditionem non implet, quia conditio obligationis cauſa eſt, qua ceſſante ceſſat etiam obligatio. *Soc. conſi.31. col. penult. verſ. Quarto etiam probatur. libr.1. Tiraquell. in reg. ceſſante cauſa. nu.189.*

Quinimo etſi ponatur, Contractum non ſub conditione, ſed pure initum eſſe: tamen ne ſic quidem N. von H. præiudicare potuit, quo minus ei pœnitere licuerit, & adhuc liceat.
70 Nam † ſi vniuſcuiuſque Contractus initium ſpectandum eſt, & ex eo de forma & natura Contractus iudicandum, quod vult *l. ſi procuratorem. ff. mand. l.1. §. ſi ſeruus depoſuit. ff. depoſiti. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. l. contractus, vbi Phil. Dec. ff. de reg. iur.* ex tractatu huius negotii apparet, nullam anteceſſiſſe interrogationem, q̃ reſponſio & promiſſio debito modo ſubſecuta fuiſſet, ſed id vel in nudis pacti terminis ſubſtitiſſe, aut certe ad contractum aliquem innominatum referēdum eſſe,
71 vt ſit negotium Do vt facias, aut facio vt facias. In quibus † contractibus licere alterutri contrahentium etiam inuito altero pœnitere, extra eſt controuerſiam. *l. ſi pecuniam. C. de condict. cauſa dati. Dyn. ad c. quod ſemel. nu.10. de reg. iur. in 6.*

Multo vero minus quicquid eius rei à N. von H. geſtum eſt reli-

reliquis eius fratribus obeſſe poterit, idq; non ſolum ex iam dictis rationibus, verum etiam aliis peculiaribus.

Eſt enim certiſſima iuris regula; Obligationem † perſonas contrahentium non egredi, nec per extraneam perſonam alteri acquiri poſſe, § *ex his itaque. Inſt. per quas perſ. acquir. l. ſolutum. § per liberam. ff. de pignorat. act.* & maxime ſi deterior tertii conditio inde efficiatur, *l. non debet. l. factum cuiq; ſuum. ff. de reg. iur. c. non debet de reg. iur. in 6.* 72

Quod in ſpecie de promiſſione facti alieni expreſſum eſt, *in §. ſi quis alium. & §. alteri. Inſt. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. l. ſi ſtipulatio. §. alteri. ff. eod. l. ſicut. de fideiuſſor. Socin. Reg. 373.* quod *ad d. § ſi quis alium.* Schneidwein ita ampliat. *num. 5.* vt ne promiſſor quidem teneatur curare, vt alius præſtet, quod promiſit illius nomine, quia peccatum ſit in forma Contractus, quod cum accidit, Contractus redditur nullus. *Dd. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obligat.* 73

Præterea N. von H. nullum habuit mandatum à fratribus ſuis, vt ipſorum nomine quid promitteret, multo minus promiſſionem ratam fratres habuerunt: quod vtique neceſſarium fuiſſet, vt quod per alium actum erat, id ipſi egiſſe viderentur. *l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi armata. l. is damnum. ff. de reg. iur. leg. non ſolum. § ſi mandato. vbi gloſſ. ff. de iniur. leg. non ideo minus. C. de accuſat.*

Idque adeo verum eſt, vt † cum ſtipulatus in dubio pro ſe ſtipulari intelligatur, vt habetur *in l. ſtipulatio iſta. § hoc quoque. & § ſi quis ita. ff. de verb. oblig.* is qui procurator eſt, ſeu mandatum habet, intelligatur ſtipulari Domino, *l. 1. ff. de ſtipul. ſeru.* Vnde à contrario ſenſu, quod argumentum validiſſimum eſſe ſupra dictum eſt, infertur, cum mandatum non habet, alterius etiam nomine promiſiſſe non intelligi. 74

Quæ cum ita ſe habeant, non obſtant, quæ ex parte agnatorum ſupra afferebantur. Reſpondebitur enim omnibus illis, promiſſionem illam, ſi per eam obligatio verborum inducta

videbatur, ſub cōditione, quę nondum impleta ſit, factam, aut ſi ſtipulatio non ſit vel pactum eſſe, ex quo actio non detur, vel contractum innominatum, à quo, vt in decidendi rationibus demonſtratum eſt, re integra N. von H. impune recedere liceat.

Quare etiamſi promiſſio à N. von H. facta ab agnatis fuiſſet acceptata, vt tamen ipſis inde ius quæreretur, acceptari debuit cum ſua qualitate, nec potuit pro parte ſcindi aut diuidi, quemadmodum nec confeſſio, *Bart. & Bald. in l. ſiquidem. Cod. de excep. Cæpoll. caut 86. & 226. Lud. Gomez. in §. Item ſi quis poſtulante. nu. 17. Inſt. de action. Lud. Roman. conſil. 167. col. 2. verſ. 4. & conſi. 353. col. final.*

Sin autem totam acceptarunt iam rei debendi facti ſunt, & cogi poſſunt bonis feudalibus & gentilitiis ipſis relictis conditionem promiſſioni adiectam adimplere.

Ad ſextam Quæſtionem.

HVIVS quæſtionis reſolutio ſuperioribus ita confirmatis non eſt difficilis.

Etſi enim magnus ſit vltimarum voluntatum fauor, eſt tamen
75 † hoc in bonis feudalibus ſingulare, vt in iis Teſtator nullam habeat poteſtatem, *cap. 1. de ſucceſſ. feudi.* vbi dicit textus: Parentem non poſſe alteram formam ſucceſſionis in feudorum materia conſtituere, & quicquid factum fuerit, eſſe irritum & inane. Ad idem eſt textus *in cap. vnico. in pr. Qualiter olim feud. alien. pot. c. Imperialem. §. donare. de prohib. feud. alien. per Feder.* & ita Ioann. Andreæ. *in addit. ad Specul. in tit. de teſtam. §. penult.* vbi dicebat, edictum D. Adriani, de quo *in l. fin. Cod. de edict. D. Adrian. tollend.* locum non habere in feudis, ex quo in illis non poteſt teſtator diſponere, quod ſequitur Oldrad. *con. 270. Bal. conſ. 397. lib. 4.*

Accedit, quod dicit Baldus *in dict. cap. 1. de ſucceſſ. feud.* quod

quod ſi pater inſtituerit filium in feudo, non ſuccedat iure teſtandi vel ab inteſtato, ſed iure ſucceſſionis feudi, quia pater nullam habet poteſtatem diſponendi in teſtamento.

Et hanc ſententiam indifferenter conſulendo ſequuntur Dd. *Bal. conſil. 275. Quod pro regula. col. 2. libr. 2. Pan. conſil. 53. Nitur. colum. 3. libr. 3. Fulgoſ. conſil. 22. Ex facto proponitur. col. 1. Laur. Calcan. conſil. 73.*

Atque in tantum id verum eſt, vt † ne ad pias quidem cauſas, quarum tamen maximus eſt fauor, relinqui poſſint, *dict. c. Imperialem. §. donare. & ibi Bald. & Aluarot. Idem Bald. in leg. 1. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Felin. in cap. quæ in Eccleſ. colum. 25. de conſtitut. & in cap. inter dilectos. num. 10. de fide inſtrument.* Et hanc opinionem conſulendo tenuerunt Lud. Gozadin. *conſil. 8. nu. 21. & conſil. 4. nu. 8.* Alexand. *conſil. 30. nu. 3. vol. 1.* Barthol. Socin. *conſil. 19. num. 10. vol. 1.* Marian. Socin. *conſil. 76. num. 46. volum. 1.* 76
adeo † vt ne æſtimatio quidem debeatur, etiamſi teſtator ſcienter rem feudalem legauerit, aut de ea quid diſpoſuerit. Aretin. *in l. apud Iulianum. al. incip. Idem Iulianus. §. conſtat. nu. 11. ver. & pro hoc alibi. ff. de legat. 1. & in l. multum intereſt. num. 5. in princip. ff. de verbor. obligat.* Math. de Afflict. *in cap. 1. in princip. num. 78. de prohib. feud. alien. per Frider.* Iacob. de S. Georg. *in inveſtit. feud. in verb. Et cum pacto quod de ipſo feudo.* Iul. Clar. *in §. feudum. quæſt. 40. num. 4.* Quibus conſulendo adſtipulantur Baldus *conſil. 274. num. 1. volum. 2.* Alexand. *conſil. 30. num. 14.* & apertius *conſil. 19. num. 11. volum. 6.* Ruin. *conſil. 45. num. 9. volum. 1.* Natt. *conſil. 502. num. 33.* Rol. à Vall *conſil. 71. num. 11. & 20. & conſil. 79. nu. 6. & 7. volum. 2.* Paris *conſil. 7. col. 1. vol 1.* 77

Eandem ſententiam vt ſaniorem amplectuntur celeberrimi & doctiſſimi Germaniæ noſtræ Iuriſconſulti, Nicol. Euerhard. *in loco leg. à feud. ad Emphyteut. nu. 16.* Frider. Schenk. *in dict. §. donare. num 2.* Sonsbec. *in comment. feud. part. 12 num. 18.* VVeſembec. *in dict. §. non ſolum. num. 3. & 4. inſtit. de legat.* & nouiſſime Gail. 2. *Obſeruat. pract. 154 num. 14.* in editione

tertia, nec videre nobis licuit vllum Germaniæ Iuriſconſultum, ab hac ſententia diſcedentem.

78 Secus tamen eſt in †feudis mere & ſimpliciter hereditariis, de quibus idem eſt iudicandum, quod de rebus hereditariis, vt dicit Dec. *conſil. 395. num. 5.* Et ſicut ea inter viuos alienari poſſunt: ita etiam teſtamento vel quauis vltima voluntate de iis diſponi. *Dec. conſi. 78. nu. 5. Curt. iun. part 4. nu. 131. cum ſequentib. & omnium optime Iul. Clar. in § feudum, quæſt. 40. nu. 2.*

Quam ob cauſam in propoſita quæſtione diſtinguendum exiſtimamus feuda mere & ſimpliciter hereditaria à feudis, ex pacto & prouidentia acquiſitis & mixtis, ita vt ſi de illis N. von H. quid teſtamento ſuo diſpoſuiſſet, id ab heredibus ratum ſit habendum, nec ei contraueniendum. Si de his, vt deſcendentes eius & filii id impugnandi habeant poteſtatem, teſtamento interim, ſi ſecundum leges & conſuetudinem confectum eſt, in reliquis firmo permanente.

Ad ſeptimam Quæſtionem.

His ita poſitis, non putamus eſſe neceſſarium, vllam publicationi teſtamenti à N. von H. facti proteſtationem præmitti, quia non videmus, cuius ea poſſit eſſe effectus.

Decanus & cæteri Doctores Facultatis Iuridicæ in Vniuerſitate Marpurgenſi.

CONSILIVM XIII. ACADEMIAE MARPVRGENSIS,

De Contractu pignoris, & eo qui fit ſub pacto retrouendendi.

Hoc Conſilium inter Conſilia Ioannis Borcholten I C. in ordine duodecimum, perperam adſcri-

ptum

ptum eſt Facultati Iuridicæ in Academia Iulia, quæ eſt Helmſtadii, cum non eius nomine, nec à D. Borcholten, ſed nomine Academiæ Marpurgenſis conſcriptum ſit ab Hermanno Vulteio I C.

SVMMARIA.

1 *Vbi animæ periculum ſubſiſtit, cautius eſt ambulandum.*
2 *Ante deciſionem cauſæ cuncta diligenter ſunt inueſtiganda.*
3 *Veritas diſputando eruitur.*
4 *Forma cuiq; rei dat ſuum eſſe.*
5 *Contractus talis eſt, qualis in ſui forma apparet.*
6 *Et quem partes eius ſubſtantiales denotant.*
7 *Subſtantialibus contractus ſublatis, ipſe contractus ſbulatus eſt.*
8 *Emptionis venditionis ſubſtantialia.*
9 *Quæ coniunctim probanda ſunt.*
10 *Res æſtimantur pretio.*
11 *Verba cui non conueniunt, ei nec diſpoſitio conuenit.*
12 *Correlatiuorum vno ceſſante, ceſſat etiam alterum.*
13 *Contractus ex pactis & clauſulis iudicatur.*
14 *Pignoris natura eſt in aſſecuratione.*
15 *In pignore permittitur creditori repetere pecuniam, non in emptione.*
16 *Perfecta emptione venditione periculum eſt emptoris, pignus autem perit ſuo domino.*
17 *Meum, tuum, & ſimilia dominium ſignificant.*
18 *Contractus emptionis venditionis titulus eſt in iure ad transferendum dominium habilis, non etiam pignoris.*
19 *Sua ſibi ipſi res obligata eſſe nequit.*
20 *Creditor proprie eſt, qui alterius fidem ſecutus eſt.*
21 *Euictionem promiſſam eſſe non præſumitur.*
22 *Dolo factum cenſetur non factum via conſueta.*

23 *In dubio non præſumitur dominium translatum.*
24 *Creditor non dominij, ſed Crediti iure poßidere cenſetur.*
25 *Contractum interpretamur de eo, qui debitori minus oneroſus eſt.*
26 *Contractus pignoratitius minus eſt oneroſus, quam venditiones.*
27 *Interpretatio fit contra eum, qui ſe fundat in inſtrumento.*
28 *Clauſulæ ex conſuetudine Notariorum apponi ſolent.*
29 *Vſura etiam in aliis contractib. quam in mutuo committitur.*
30 *Vſurarij palliare ſolent contractus ſuos ne detegatur vſura.*
31 *Veritas præualere debet.*
32 *Contractus vſurarius cenſetur factus ſub pacto retrouẽditionis, concurrente modicitate pretij.*
33 *Quæ ſententia, vt maxime alij præterea requirant conſuetudinem fænerandi.*
34 *Communis eſt, magis communis, verior, & in praxi recepta.*
35 *Communis potius quam res iudicata ſequenda.*
36 *Camera Imperialis conſiſtorium eſt ſupremi Principis.*
37 *Pretij modicitas probatur ex annuis reditibus.*
38 *Quinque computantur in centum.*
39 *Non redimendi pactum importat prauitatem vſurariam.*
40 *Correſpectiua iudicantur, quæ in continenti celebrantur.*
41 *Correſpectiuitas arguit ſimulationem contractus.*
42 *Correſpectiuorum contractuum ceſſante vno ceſſat etiam alter.*
43 *Clauſulæ inſolitæ arguunt ſimulationem contractus.*
44 *Clauſulæ quædam arguentes ſimulationem referuntur.*
45 *Ex ſe ipſo validum non habet opus confirmatione.*
46 *Clauſula abundans interdum nocet.*
47 *In dubio contractus præſumitur eſſe vſurarius.*
48 *Præſertim ſi is mutuo ſit vicinus.*
49 *Pactum legis commiſſoriæ in pignore reprobatum.*
50 *Simulatio contractus & contractus vſurarij probantur coniecturis & præſumptionibus, etiam leuibus.*

51 Contractus in perniciem vſurarum concepti difficilis ſunt probationis.
52 Actus falſus nullus eſt.
53 Atq; adeo ſimulatus.
54 Itemq; vſurarius.
55 Confirmatio eius quod non eſt, nulla eſt.
56 Clauſulæ Saluo iure alterius effectus.
57 Clauſulæ Ex certa ſcientia interdum nulla vis eſt.
58 Exceptioni ſimulati contractus renunciari non poteſt.
59 Pactum & ſtatutum tollens omnes exceptiones intelligitur de inanibus & friuolis.
60 Contractus illicitus iuramento firmari non poteſt.
61 Cum contractus principalis non tenet, nec clauſulæ tenent.
62 Contractus nullius nullus eſt effectus.
63 Per ſimulatos contractus, & actus erroneos non transfertur dominium, nec poſſeſſio.
64 Duo eiuſdem rei in ſolidum domini an poſſeſſores eſſe queant.
65 Fructus rei ad dominum eius pertinent.
66 Malæfidei poſſeſſor fructus ſuos non facit.
67 In contractu pignoratitio fructus ſiue obuentiones creditor debet in ſortem computare.
68 Eaq; extenuant ſortem.
69 Idemq; locum habet etiamſi Creditor à Iudice in poſſeſſionem miſſus ſit.
70 Pactum non valet, vt fructus non computentur in ſortem.
71 Qui vult conſequens, cenſetur voluiſſe etiam antecedens.
72 Adminiſtrator tenetur adminiſtrationis ſuæ rationem reddere cum reliquorum præſtatione.
73 Quod generaliter verum eſt, etiam in perſonis coniunctis.
74 Rei iudicatæ vis atq; effectus.
75 Cauſa de damno vitando certantis potior eſt, quam eius, qui certat de lucro.
76 Prior tempore potior iure.

77 Affir-

77 *Affirmatum probare debet, qui ſe in eo fundat.*
78 *Probatio per inſtrumentum eſt magna.*
79 *Subſcriptionis vis.*
80 *Sigillationis vis.*
81 *Inſtrumentum auctoritate ſuperioris factum eſt publicum.*
82 *Principes in ſuis territoriis habent iura imperialia.*
83 *Inſtrumentum publicum tres habet præſumptiones.*
84 *Inſtrumenti publici effectus.*
85 *Inſtrumentum publicum pro ſe habens, habet intentionem fundatam.*
86 *Contractus in ſui eſſentia is & talis eſt, quis & qualis in teſtamento in prima ſui figura apparet.*
87 *Emptio cenſus iure eſt licita.*
88 *Cenſus ille in illa emptione eſt merx, & inter immobilia computatur.*
89 *Contractus ſubſtantia & qualitas ex verbis & nominatione contrahentium cognoſcitur.*
90 *Verborum vis atque effectus.*
91 *Actus ſubſequens declarat antecedentem.*
92 *Verba cum clara ſunt, interpretatio non admittitur.*
93 *In dubio emptio-venditio potius, quam quiuis alius contractus præſumitur.*
94 *Emptionis venditionis contractus patet latiſsime.*
95 *Forma poſita aut deſtructa, ita & res ponitur aut deſtruitur.*
96 *Pretium nota eſt emptionis-venditionis.*
97 *AEſtimatio importat emptionem venditionem.*
98 *Germaniæ conſuetudo circa emptionem-venditionem redituum.*
99 *In toto pars continetur.*
100 *Conſueta fieri facta præſumuntur.*
101 *Actus à conſuetudine interpretationem recipit.*
102 *Conſuetum in inſtrumento poni habetur pro poſito.*
103 *Interrogatus quod reſpondiſſet diſpoſuiſſe cenſetur.*
104 *Nemo ſuum iactare præſumitur.*

105 *Diligentiæ præſumptio capienda eſt.*
106 *Quod veroſimile non eſt, ſpeciem habet falſitatis.*
107 *Contra ſeipſum nemo præſumitur quid dicere vel facere.*
108 *Quæ præſumptio in materia probationum magni eſt momenti.*
109 *Veroſimilia pro expreſſis habentur.*
110 *Ad probandum veroſimilia leuiores probationes ſufficiunt.*
111 *Iudex attendere debet ad fieri ſolita à bonis & cordatis.*
112 *Interpretatio ea capienda eſt, ne quis indebite damnum patiatur.*
113 *Alteri per alterum conditio iniqua inferri non debet.*
114 *AEquitas in omnibus ſpectanda eſt.*
115 *Præferendum eſt æquius.*
116 *AEqualitas ſeruanda eſt.*
117 *Emptionis venditionis contractus inter cæteros eſt fortior.*
118 *Actus in dubio iudicatur ex eo, quod plus valet.*
119 *Interpretatio verbis conueniens ſumenda eſt.*
120 *Emptio venditio conſenſu perficitur etiam re non tradita.*
121 *In dubio attendendum, quid principaliter actum ſit.*
122 *In dubio pro poſſeſſore interpretatio ſumenda.*
123 *In dubio pro Reo iudicandum eſt.*
124 *In paritate probationum præferuntur ea quæ ſunt poſſeſſoris.*
125 *Conditio ſuſpenſiua & reſolutiua, remiſſiue.*
126 *Conditio ſuſpenſiua ne ſit, an reſolutiua, vnde cognoſcatur.*
127 *Dictio,* Vbi, *conditionem importat.*
128 *Diſpoſitio conditionalis regulatur à conditione, qua exiſtente ipſa t, ſi deficiente non ſit.*
129 *Conditio in contractibus retrotrahitur.*
130 *Poſſeſſio per conſtitutum transfertur.*
131 *Clauſula generalis reſtringitur ad proxime præcedentia.*
132 *Verba cum effectu ſunt accipienda.*
133 *Cui non conueniunt verba, ei etiam non conuenit diſpoſitio.*
134 *Verba, maxime in contractibus, non debent eſſe ſuperflua.*
135 *Verba in caſu vero non ficto intelligi debent in dubio.*
136 *Geminationis vis magna eſt.*

137 *Succeſſor princeps anteceſſoris ſui dicta & facta ſeruare tenetur.*

138 *Pecunia numerata interdum vt ſpecies, nō vt quantitas cōſideratur.*

139 *Pecunia ad prædiorum comparationem deſtinata cenſetur iure prædiorum.*

140 *Imperiti & Laici emptionem-venditionem ſub pacto de retrouendendo habent pro contractu pignoris.*

141 *Doctori de conſuetudine atteſtanti eſt credendum.*

142 *Verbum vnum & idem ſenſum habere poteſt proprium & improprium.*

143 *Verba contrahentium à vulgo intellectum capiunt.*

144 *Verba in potentiori ſignificatu ſunt accipienda.*

145 *Interpretatio vitanda eſt, per quam contrarietas euitatur.*

146 *Verba rebus inſeruiunt, non res verbis.*

147 *Clauſulæ referuntur ad proxime præcedentia.*

148 *Eius eſt commodum, cuius eſt incommodum.*

149 *Creditoris appellatio latè patet.*

150 *Actionis definitio tam ad reales, quam ad perſonales pertinet.*

151 *Talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur eſſe à prædicatis.*

152 *Venditor ex natura contractus tenetur de euictione.*

153 *In dubio contra venditorem fit interpretatio.*

154 *Verba præſumuntur non ex ſtylo, ſed ex voluntate partium expreſſa inſtrumento inſerta.*

155 *Non præſumitur dolus.*

156 *Nec error.*

157 *Nec ea, quæ ſunt facti.*

158 *Nec ſimulatio contractus.*

159 *In probanda ſimulatione contractus, in ſpecie deducenda eſt ſpecies & cauſa ſimulationis.*

160 *Et præterea neceſſe eſt probari ita conueniſſe ab initio, vt contractus eſſet ſimulatus.*

161 *Contractus non præſumitur vſurarius.*

162 *Sicuti nec fraudulentus.*

163 *Vſuram allegans eam probare debet.*

164 *Inſtrumentum publicum excludit omnium ſimulationis & fœnoris ſpeciem.*
165 *Qualitas contrahentium excludit ſuſpitionem vſuræ. & nu.171.*
166 *Interpretatio facienda eſt, vt excludatur delictum,*
167 *Et vt excludatur vſura.*
168 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
169 *Bonus quilibet eſſe præſumitur.*
170 *Nobilitas magnam facit bonitatis præſumptionem.*
172 *Vſurarij clam & occulte contrahere ſolent.*
173 *Actus palam factus caret ſuſpitione doli.*
174 *Principi aliud placere non præſumitur, niſi quod iuſtum eſt.*
175 *Contractus omnis in dubio p̃ſumitur eſſe licitus, iuſtus & legitimus.*
176 *Actus factus præſumitur, prout ius diſponit.*
177 *Interpretatio ita ſemper facienda, vt actus potius valeat, quam pereat, & quidem meliori modo, nu.179.*
178 *Quam ob cauſam etiam verba ſunt impropriãda.*
180 *Præſumptio pro actus validitate omnium eſt firmiſſima.*
181 *Pactum de retrouendendo omni iure eſt licitum.*
182 *Negatiua fortius negat, quam affirmatiua affirmet.*
183 *Dua vincula fortius ligant, quam vnum.*
184 *Præſumptiones à præſumptionibus tolluntur.*
185 *Præſumptiones, quæ ſunt pro Reo, fortiores ſunt, quã ea quæ ſunt pro (actore.*
186 *Præſumptiones dubiæ nullius ſunt effectus.*
187 *Probatio dubia probantem non releuat.*
188 *Actore non probante Reus eſt abſoluendus.*
189 *Ad probandum admitti non debet, quod probatum non releuat.*
190 *Contractus ex conſuetudine pro licito habetur.*
191 *Vſurarum ſuſpitio tollitur in contractu à viris bonis & timoratis celebrari ſolito & nu.194.*
192 *Ex quo excuſatur quis à pœna vſurarij.*
193 *Sed forte non excuſatur in foro conſcientiæ.*
195 *Actus à conſuetudine probatus non poteſt reprobari.*
196 *Simulationis exceptio nõ admittitur, ſi quis in inſtrumẽto fateatur*

omnia & ſingula in eo contenta eſſe vera, & ſe ea velle obſeruare.

197 *Geminationis vis & nu. 204.*

198 *Fidei interpoſitio iuramento comparatur.*

199 *Iurans in inſtrumento ſe omnia velle ſeruare, non poteſt excipere de ſimulatione.*

200 *Iuramentum omne non incurrens in ſalutem æternam, ſeruandum eſt.*

201 *Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia refertur.*

202 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

203 *Clauſula,* omni meliori modo, *habet vim iuramenti.*

205 *Turpe à Iudice non eſt admittendum.*

206 *Pacta præſertim illuſtrium perſonarum ſunt ſeruanda.*

207 *Ex pactis in continenti adiectis agi poteſt ad impletionem conuenti.*

208 *Iure vt non ciuili, at certe Canonico ex pacto datur actio.*

209 *Exceptio facilius datur, quam actio.*

210 *Allegata probanda ſunt.*

211 *Precij modicitas negata eſt probanda ab affirmante.*

212 *Modicitatis precij ratio ineunda eſt ex eo, quanti res erat eo tempore, quo contractus inibatur.*

213 *Precij modicitas ex arbitrio iudicis dependet.*

214 *Precium modicum eſt ſi non attingat dimidium precij iuſti.*

215 *Deceptio in contractibus permiſſa eſt.*

216 *Pactum de retrouendendo rem facit minus valere, quam eſt in ſe ipſa.*

217 *Tempus in emptione-venditione facta ſub pacto de retrouendendo adiici poteſt ſine ſuſpitione vſurariæ prauitatis.*

218 *In vno correlatiuorum permiſſum, etiam in altero permiſſum cenſetur.*

219 *Vſuræ præſumptio locum habet in foro poli, non in alio.*

220 *Probationes contra inſtrumentum oportet eſſe fortiores.*

221 *Pactum legis commiſſoriæ quomodo contrahatur.*

222 *Pactum legis commiſſoriæ in emptione-venditione probatum eſt.*

223 *Iu-*

223 *Iuramentum validat pactum legis commiſſoriæ alias reprobatum.*

224 *Pactum legis commiſſoriæ non eſt reprobatum in contractibus vbi res diſtrahitur iuſto precio.*

225 *Lex commiſſoria in pignoribus quæ, qualis & vnde.*

226 *Ratio cuiuſcunq; diſpoſitionis eſt anima.*

227 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

228 *Mora committitur protinus atque dies obligationi additus tranſactus eſt.*

229 *Contractus iure communi ſuſtinetur in amplius, quam in quinque.*

230 *Contractus etiam per ſe validus peti poteſt, vt ab Imperatore aut alio ſuperiore confirmetur.*

231 *Clauſulæ,* Ex certa ſcientia, *magna vis eſt.*

232 *Clauſula,* Omni meliori modo, *addita argumento eſt Imperatorem plenitudine poteſtatis vti voluiſſe.*

233 *Dominium transfertur in eum, cui data eſt de re diſponendi facultas.*

234 *Dominium definitur.*

235 *Fructus pertinent ad rei dominium.*

236 *Etiam in mutuo & pignore pactum fieri poteſt de lucrandis fructibus loco intereſſe.*

237 *Adminiſtrator eſt, qui ſua, non aliena negotia gerit.*

238 *Dominus non tenetur reddere rationem adminiſtrationis rerum ſuarum.*

239 *Pactum fieri poteſt, vt quis res alienas adminiſtret non reddendo rationem adminiſtrationis ſuæ.*

240 *Feudum vt non pignorari, ita nec hypothecari poteſt.*

241 *In generali obligatione non venit feudum.*

242 *Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis.*

243 *Non præſumitur quem debitorem eſſe.*

244 *Debitor ex contractu conſtituitur.*

245 *Inſtrumenta probant.*

246 *Confeſſio omnes alias probationes ſuperat, & notorium inducit.*
247 *Confeſſio Creditoris ſibi ſatisfactum eſſe probat ſolutionem debiti.*
248 *Quantitas ſoluta in ſpecie probari debet.*
249 *Verba enunciatiua per modum cauſæ prolata probant.*
250 *Liber rationum pro ſcribente non probat.*
251 *Facit tamen aliqualem præſumptionem, ſi defunctus fuit vir bonus.*
252 *Factum cuiq; ſuum, non alij nocere debet.*
253 *Mandatum eſt facti.*
254 *Nec præſumitur, ſed probari debet.*
255 *Conſenſus eſt facti, adeoque probandus.*
256 *Contractus omnis conſenſu conſtituitur.*
257 *Contractui perfecto nihil poteſt addi.*
258 *Relatum ineſt in ſuo referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
259 *Copula,* Et, *eandem qualitatem omnibus copulatis tribuit.*
260 *Nemo ſuum iactare præſumitur.*
261 *Nefas eſt aliquem ſub Principis auctoritate decipi.*
262 *Princeps non prrſumitur mentiri.*
263 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
264 *Locupletari nemo debet cum alterius iactura.*
255 *Retentionis ius eſt fauorabile.*
266 *Prior tempore, iure eſt potior.*
267 *Patientia cum ſcientia conſenſum arguit.*
268 *Non eſt audiendus contra factum ſuum veniens.*
269 *Contractus initium ſpectandum.*
270 *Res tranſit cum ſuo onere.*
271 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
272 *Diſpoſitio ſeipſam non diſtinguens aliunde diſtingui non debet.*

Prima

Primæ Quæſtionis Reſolutio.

NON eſt noua, ſed antiqua, quæ ad conſultandum
hoc tempore nobis proponitur diſceptatio. Re-
uocatur enim in dubium vtrum contractus, inter
Illuſtres & generoſos Comites de M. ex vna, & no-
bilem, ſtrenuum atq; validum Ioachimum P. & Conſortes ex
altera, partibus, in feriis Paſchatos anni Domini 1561. initus,
pro contractu emptionis & venditionis, an vero pro contractu
pignoris, atque adeo vtrum pro contractu vſurario an vero li-
cito habendus ſit? Quam queſtionem in theſi non eſſe nouam,
ſed antiquam ſcripſit Soc. *conſ. 248. in princip.* quem refert & ſe-
quitur Roland. à Vall. *conſ. 58. in princip. volum. 4.* Atque vt hæc
diſputatio alias valde ſit vtilis & frequens, teſte Menoch. *lib. 2.
de arbitrar. iudic. quæſt. caſu. 217. in princ. & de præſumpt. lib. 3. præſum.
122. in princ.* eſt tamen ob intricatas Doctorum, & à ſe inuicem
& à ſeſe ipſis diſſentientium opiniones difficilis, quam difficul-
tatem auget, quod vſurarum crimen in eo arguitur, vt † pro 1
pter ſubſiſtens animæ periculum cautius ambulandum ſit, di-
ligentioriq; indagine negotiũ examinandum & maturius con-
ſulendum, *arg. c. vbi periculum. de elect. in 6. c. quieſcamus. diſt. 42. c. fi.
7. q. 11. l. 1. §. ſed ſi quis ff. de Carbon. edict. l. addictos. C. de appellat gl. in
l. ſi in ver. indiciis. C. de probat. Soc. ſen. conſ. 12. in princ. vol. 1.*

Quoniam vero † cauſas decidẽtem & iudicantem ante ſen- 2
tentiam cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione
diſcutere oportet, *c. iudicantem. 3. q. 5. c. ſuper quæſtionum. § inten-
tionis. de offic. deleg. cap. cum cauſam. de teſtib. l. Iudices. Cod. de Iudic.
Caſtrenſ. conſil. 295. Grammat. deciſ. 34. num. 2.* diſputando † autem 3
reperitur & eruitur veritas, *l. fin. §. miſta. & ibi Bartol. nu. 1. ff. de
muner. & honor. c. graue. & ibi gl. in ver. veritas. 35. q. 9. Mart. Lauden.
inter conſ. crimin. conſ. 59. col. 1. nu. 2. vol. 1. Cagnol. in l. 2. nu. 235. in fin.
C. de pact. inter emp. & vendit. Neuizan. libr. 1. Syluæ. nuptial. num. 1.
Crauet. conſil. 135. numer. 18. & pro genero conſil. 1. numer. 1. Marc.*

Mant.

Mant.conſil.67.col.2.nu.43.vol.1. & quanto magis conteritur & oppugnatur, tanto clarior expulſis nebulis in lucem progreditur, ſicut aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, vt dicit Caſtrenſ.*conſil.23.volum.1.*quem citat Crauet.*d.conſil.135.nu.18.*& vtrumque Rol.à Vall.*conſ.66.nu.1.vol.2.* Ad quod text.eſt *in c.grauem.35.q.9.gl.in c.cum Ioann.de fide inſtrum.*& contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcũt, & ex collatione contrariorum facilius eluceſcit veritas. *Salicet.in l.ſingularia, col.3 ver. tertia quoq; ratio.ff.ſi cert.pet. & in l.cum rationib. C.qui accuſ.non poſſ. VVeſemb.conſ.44. nu.45.* viamq; ferro aperit, qui per contraria ſcandit, vt dicit Bald. *in l precibus.col.9. verſ.modo contra.C.de impub & aliis ſubſtitut. & in l.ſi pecuniam.ff.de condict. ob cauſam.* Curſen.*conſil.78.in princip.*Socin.iun.*conſil.39.nu.19.vol.3.* late Tib. Decian. *in Apolog.contra Alciat.ca.15.num.36.* vbi ad hoc elegantes locos ex Ariſtot.refert. Argumenta & rationes quæ in vtramque partem afferri poſſunt, pro anguſtia temporis, ex caſu nobis tranſmiſſo, Apoſtillatione ei adiuncta, & actis atq;
4 actitatis collegimus, & deliberatione deſuper collegialiter habita accurate perpendimus & examinauimus.

Et principio quidem cum † forma cuique rei eſſe ſuum, ſuumque nomen dare dicatur. *l.ſi is qui.§.fin.ff.ad leg.falcid. leg.ſi moribus. §.prius autem. vbi Iaſon. numer.12.ff.de legat.1.l non codi-*
5 *cillum. C.de teſtament. l. Iulianus. §.ſed ſi quis. & ibi Bartol.ff.ad exhibend.Mynſ.reſponſ.50.nu 6. & ſequent. Andr.Gail.1.obſeru.pract.*
6 *124.nu.2.* & in ſpecie cum † talis contractus celebratus eſſe exiſtimetur, qualis in ſua forma eſſe apparet, per tradita à Tiraquell. *de retract.conuention.in fine.nu.125.*& partes eius ſubſtantiales denotant. *Bald.in c.1.num.1.& 2.de feudo dato inuicem.leg. commiſſ.& in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.de reb.credit.ſi cert.petat. Alexand.*
7 *conſil.3.numer.4.& ſequent.volum.1. Panormit.conſil.15.in fine.& conſil.49.num.3.vol.1.Socin.conſil.90.num.4.volum.3.Crauet.conſil.20.num.1.vol.1.* à quo † autem ſubſtantialia contractus alicuius remouentur, ipſe etiam contractus remotus eſſe videatur

tur, *Salicet. in Authent. ſacramenta puperum. num. 10. Cod. ſi aduerſ. vendit. Nicol. Euerhard. in loco leg. à defectu formæ.* ad quod text. eſt *in d. l. non codicillum. l. cum manu ſata. §. ſi. ff. de contrahend. emp. & in l. Lucius. ff. depoſ.* contractus controuerſus, de quo hoc tempore diſceptatur, contractus magis pignoris, quam emptionis-venditionis prima fronte, vt loquitur Celſus *in l. quingenta. ff. de probat.* videri poſſit.

Nam omnis † emptionis & venditionis natura atque forma 8
tribus his, merce quæ vendatur, precio quod pro merce detur, & conſenſu, quo vtrunq; illud concilietur, in iure definita eſt, *§ precium. §. item precium. Inſtit. de empt. & vendit. l. inter patrem. §. ſine precio. l. in venditionibus. ff. de contrahend. empt. l. 2. & l. empti. Cod. eod. l. ex conſenſu. in fine. ff. de action. empt. l. 2. in princ. ff. locati. gloſ. in l. pacta conuenta. ff. de contrahend. empt. gloſſ. in l. fin. C. de decurion. libr. 10. gloſſ. in l. ſi cum dotem. C. de iure dot. Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 2. in princip. Cephal. conſil. 139. numero 19. libr. 1. Aius Pinel. in rubr. Cod. de reſcindend. vendit. parte 1. cap. 1. & 3. Gomez. variar. reſolut. libr. 2. cap. 2. in princip. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæſt. princip. 1. Paris. conſil. 64. num. 8. volum. 1.* Et † hæc tria coniunctim probari debere docet Ro- 9
man. *in l. Titia. nu. 16. verſ. tu aduerte. ff ſolut matrim.* quem ſequitur Soc. ſen *conſ. 208. nu. 1. vol. 2.*

At vero vt conſenſus hic aliquis ſit, ſiquidem contractus eſt, qui, quiſquis tandem etiam ille ſit, conſenſum ſemper deſiderat, *per l. 1. ff. de pact.* nulla tamen merx, quę vendita ſit aut etiam vendi potuerit, in hoc contractu ſubeſſe videtur atq; ex conſequenti nec precium.

Etſi enim annuus cenſus emptus, àtq; adeo is in hoc contractu merx eſſe dici poſſet, eſt tamen cenſus ille annuus in pecunia numerata conſtitutus, contra cuius naturam eſt, vt ipſa merx eſſe poſſit, ſiquidem † precio res æſtimari ſolet, *l. plerun-* 10
que. ff. de iure dotium. pecuniæ autem numeratæ æſtimatio vlla eſſe non poteſt, ſed ipſa cæteræ res omnes æſtimantur, *dict. §.*

 pre-

precium. dict. §. item precium. d. l. 1. ff. de contrahend. empt. l. 1. ff. de rer. permutat.

Neque dici poteſt mercem in hoc contractu eſſe caſtrum N. cum ſuis pertinentiis, quoniam diſerta verba vtriuſque inſtrumenti ſuper hoc contractu facti reclamant, in quibus ita legitur: Daß wir ein tauſent: Et in altero: Ein tauſent zwey hundert vollwichtige Rheiniſche Goldtgülden jährlicher Nutzung vnd Renthen von vnd auß vnſerm Hauß vnnd Ampt N. auch allen deſſelbigen Nutzungen / Gefällen / Renthen / Zinſen / ꝛc. eines rechten beſtändigen auffrichtigen Kauffs verkaufft haben / verkauffen jhnen
11 ſolche jährliche Renthe hiemit / ꝛc. vt cum † verba ei non conueniant, neque diſpoſitio conuenire queat. *Bartol. & Bald. in l. non ignorat. Cod. qui accuſa. non poſſ. Ioann. Andr. in cap. 1. de homicid. in 6. Felin. in cap. ex parte. de reſcript. Curt. conſil. 17. colum. 5. verſic. maxime per ea, & conſil. 55. colum. 4. verſic. & minus. Dec. conſil. 661. nu. 4.*

At cum merx hic nulla appareat, quæ vendita ſit aut vendi potuerit, precii etiam ratio aliqua iniri nequit. Precium enim mercis correlatiuum eſt, ſiquidem eſt æſtimatio, quæ non niſi reſpectu & contemplatione rei, quæ ex eo merx dicitur, fit, &
12 correlatiuorum ea eſt natura, vt ceſſante † vno ceſſet etiam alterum, vt late proſequitur Nicol. Euerhard. *in loco leg. à correlatiuis. nu. 4.*

E contrario diſpoſitio eiuſque verba pignoris contractui magis conuenire videntur. Sunt enim hæc vtriuſque inſtrumenti verba formalia: Vnd vor angezeigte Hauptſumma / jährliche Renthe vnnd Nutzunge / haben wir obgemeldte Graffen vor vns vnnd vnſers Bruders Sohne / auch vor alle vnſere Erben / ꝛc. vnſer Hauß vnnd Ampt N. mit aller ſeiner Zugehörunge / ꝛc. verunderpfändet vnnd eingethan / verunderpfänden / einſetzen vnnd einandtworten jhnen vnnd jhren / ꝛc. Et paulo poſt: Vnd darauff haben wir jetzo alsbald jhnen vnſer Hauß vnd Ampt N. mit aller ſeiner

Zuge-

Zugehörung zu Behuff vnnd Bezahlung ihrer verſchriebener Renthen / vnd Vergewiſſigung obgemeldter jhrer Hauptſummen der 20000. vollwichtigen Rheiniſchen Goldtgülden / in eine wirckliche innhabende Poſſeſſion vnnd Gewehr / vor ein außtrücklich / wahr / recht Vnderpfandt eingethan vnd eingeweiſet / ꝛc: Quæ verba clariſſime pignus tantum, non venditionem important, vt in terminis reſpondit VVeſemb. *conſ. 8. nu. 21.* allegans ad hoc Socin. *conſil. 15. nu. 36. & 38. vol. 1.* quibus accedit Menoch. *de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 122. nu 47.* vbi dicit: Si reperiretur ſcriptum in libro emptoris, quod ipſe eſſet aſſecuratus ſuper talibus bonis (prout hic reperitur in vtroque illo inſtrumento, ibi, Vergewiſſigung obbemeldter / ꝛc.) verba illa ſignificent non venditionem, ſed pignus contractum eſſe, addens ita reſpondiſſe Cranet. *conſ. 156. nu. 17.* & præter eum decidiſſe Boer. *quæſt 102. col. 3. verſic. præterea.* idemque eſſe quando emptor aliis verbis confeſſus eſt pignus à ſe factum eſſe per doctrinam Affl ct. *in c. 1. in princip. nu. 21. verſ. quanto præſumitur. de feud. dato. in vicem leg. commiſſor.*

Deinde vt maxime verba eiuſmodi in inſtrumento iſto vtroque non reperirentur, ex pactis †tamen atque clauſulis ap- 13 poſitis forma & qualitas contractus diiudicanda eſſet. *l. ſi vno. ff. locati. l. ſi inſulam. ff. de præſcript. ver.* Panor. *in c. illo vos. nu. 2. & ſequent. de pignor.* Socin. ſen. *conſil. 9. numer. 1.* Natta. *conſil. 496. num. 13. verſ. non enim obſtat.* Decian. *conſil. 35. num. 44. vol. 1.* Iaſ. *in prælud feud numer. 11 & in l. 1. numer. 45. Cod. de iure emphyt.* vbi dicit, cum ſe contractus habere, referreq; poteſt ad plura dignoſcitur eius ſpecies, & verificatur ex qualitatibus adiectis, tanquam ſignis & ex affectib. Burſat. *conſ. 330. n. 57. lib. 3.* vbi ait, vbi ſumus in dubio quis cõtractus exiſtat & quo nomine nuncupetur, conuentiones & pacta principaliter attendi, quæ formam cõtractuum oſtendunt, & ſecundum quæ abſolute iudicantur, idq; ex cõmuni ſententia, de qua per Bellon. *conſ. 21. n. 5.*

 Iul,

Iul.Clar. *in §. emphyteuſis. quaſt. 1. verſ. & aduerte.* Roland. à Vall. *conſil. 96. vol. 1.*

Pacta autem huic contractui, vt ex vtroq; deſuper confecto inſtrumento apparet, eiuſmodi ſunt appoſita, ex quibus contractus potius pignoris, quam emptionis & venditionis arguitur.

Primum enim conſtat ex inſtrumento contractus caſtrum N. cum ſuis pertinentiis P. & Conſortibus conceſſum eſſe in aſſecurationem, & vt verba habent zu Behuf vnd Bezahlung jhrer verſchriebenen Rechten / vnd Vergewiſſigung obgemeldter jrer
14 Hauptſummen / rc. Quam † naturam eſſe pignoris eſt tex. *in §. fin. Inſtit. quib. mod. re contrah. obligat.* ibi, quo magis ei in tuto ſit creditum, *& in §. furti autem. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.* ibi, quia expedit ei pignori potius incumbere, & facit *l. plus cautionis. ff. de regulis iuris. l. habere. §. final. ff. de verborum. ſignificationib.*

Secundo conſtat ex inſtrumento cõtractus ſpecialiter cum Ioachimo P. & Chriſtophoro P. initi, quod non tantum Dominis Comitibus, ius luendi, ſed etiam ipſis P. reſeruatum ſit, vt tanquam Creditores poſſint, quandocunque ipſis libuerit, ſortem ſuam à Dominis Comitibus repetere, his verbis: Wir die Graffen / auch die Gläubiger haben vns auch die Macht vnnd den Willen vor vns vnd vnſere mitbeſchriebene vorbehalten / wenn vns gelegen ſeyn wirdt / vielberürte 1200. Goldtgülden järlicher Renthe von A. vnnd Chriſtoph P. vnnd jhren Mittbeſchriebenen / mit 20000. vollwichtigen Rheiniſchen Goldgülden eynzulöſen / vnnd wann wir ſolches zuthun bedacht / ſollen vnnd wöllen wir Graffen vnnd Gläubigere / vnd jre Mittbenannte einer dem andern ein halb Jahr zuuor / rc. Quam clauſulam pi-
15 gnori tantum conuenire, vbi † permittitur Creditori repetere pecuniam, cuius nomine res pignori eſt data, reſpondit VVeſembec. *d. conſil. 8 nu. 23.* per textum *l. vnus, verb. quod ab eo perſonali actione peti potuit, C. de diſtract. pignor.* non etiam con-

gruit

gruit retrouenditioni, in qua emptor abalienat precium, & nummos facere debet venditoris, *l.1.ver.nummos faciat accipientis.ff.de rer.permutat. l.ſi ſeruos.C.de act. empt.* nec repetendi poteſtatem habet. *Molin.de vſur.quaſt.11.nu.57.*

Tertio contractui celebrato cum Chriſtophoro von.S.& Aſcanio von H hoc pactum inſertum eſt: Wir die Graffen ſollen vnd wöllen auch vnſer Hauß vnnd Ambt N. das Vorwerck P. auch andere Vorwercke vnnd Schäffereyen/ ſampt den Mühlen vnnd Teichen in allen weſentlichen Gebäwen/ auch was die Noturfft erfordert/ vnd dem Ampt Nutzung bringen mag/ auff vnſerer Glaubiger angeben/ auff vnſern Vnkoſten zubawen vnd zubeſſern verpflicht ſeyn: Et alteri illi celebrato cum Ioachimo P. & Conſortibus eiuſmodi: Wo es auch käme/ das Gott gnädiglich abwende/ daß das Hauß vnd Ampt N. auch das Vorwerck P. vnnd alle Vnderthanen/ ſo oben angezeigt/ mit Krieg/ Brand/ oder Raub beſchwerdt würden/ ſoll vnſern Gläubigern zu keinem Schaden oder Nachtheil zu jhrer Bezahlung reichen/ vnnd vns obgenannten Graffen an der Bezahlung zu keinem beſten oder frommen kommen/ ꝛc. At vero emptione † & venditione perfecta & re tradita, non venditor, ſed 16
emptor de caſu fortuito tenetur, omneq; periculum ad ipſum pertinet. § *cum autem. Inſt. de empt. & vendit. l.1. & l.neceſſario. ff. de pericul. & commod. rei vendit.* pignoris vero illa natura eſt, vt ipſum pereat ſuo domino, hoc eſt, ei, qui rem in pignus dedit, textus eſt expreſſus, *in l. pignus. C. de pignorat. act. §. fin. Inſt. quib. mod. recontrah. obligat. l.ſi inter colonum. §. quicquid. ff. de pignor. cum ſimilib.*

Quarto in eodem iſto vtroq; inſtrumento ſuper contractu hoc inito hinc inde Comites de caſtro N. dicũt, vnſer Hauß vñ Ampt N. quæ vox † vnſer/ ſicuti & meum & tuum, & eiuſmo- 17
di aliæ ſignificant dominium caſtri illius penes Comites remanſiſſe, *per textum l. ſolum. §. meum. ff. de rei vendicat. l. quintus. §. argento. ff. de auro & argent. legat. l. ſicuti. §. diſtant. ff. ſi ſeruit. vindic. l. ſi ſeruus. ff. de legat. 3. l. rem. l. pupillus. ff. de verbor. ſignifi-*

cat. l. certum. §. *etſi fundum. ff. de confeſſ.* maxime cum vox illa, Vnſer / poſita ſit indefinite & abſolute, per ea quæ tradit Soc. iun. *in l. naturaliter.* §. *nihil commune, nu. 15. ff. de acquirend. vel amittend. poſſeſſion. poſt Iaſon. in l. ſi domus.* §. *ſi fundum. numer. 3. ff. de legat. 1.*

18 At contra naturam emptionis eſt, vt † rei venditæ à domino traditæ dominium non transferatur, ſiquidem vendens fuerit dominus. §. *per traditionem.* §. *vendita. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 4. Cod. de probation.* etiamſi pactum de retrouendendo adiectum fuerit, *l. 2. vbi omnes Dd. C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraquell. de retract. conuent.* §. *2. gloſſ. 1. numer. 34. &* §. *5. gloſſ. 1. num. 2. Molin. de vſur. quæſt. 35. num. 268.* adeo vt ſi in venditione conueniat, ne dominium transferatur, contractus nullus ſit, *dict. leg. cum manuſata.* §. *fin. Alciat. in l. 2. in princip. verb. ſpeciem. ff. de rebus credit. ſi cert. petat.* Pignoris autem natura, vel, vt VVeſembec. *conſi. 2. numer. 11.* loquitur, proprium argumentum eſt, quod non transferatur dominium in creditorem, *per text. l. ſciendum.* §. *creditor. ff. qui ſat ſdat cogant. l. ſerui nomine. ff. de vſucapion.* Sed per pignus ratione pecuniæ, cuius nomine pignus nexum eſt ius aliquod detinendi reale conceditur. *l. qui pignoris. ff. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ. l. pignoris. Cod. de pignor.* ideoque res oppignorata in dominio & bonis debitoris remanere dicitur. *dict. leg. pignus. l. reſcriptum. ff. de diſtract. pignor. Iaſon. in* §. *item Seruiana. numer. 89. Inſtit. de action.*

Quinto accedit clauſula hypothecationis ſiue oppignorationis caſtri N. verunderpfänden / einſetzen / etc. quæ verba in re propria, qualis ex traditione præuio titulo emptionis fieri ſo-
19 let, verificari nequeunt, quandoquidem † res propria non poteſt ſibi ipſi eſſe obligata ſiue oppignorata, *l. ſi rem alienam. ſi 2. ff. de pignorat. action. l. neque pignus. ff. de regulis iuris. & vtrobique Doctores.*

Sexto

Sexto confirmantur prædicta per vocem, Glaubiger/ multoties in vtroque inſtrumento repetitam, quæ proprie ſignificat Creditorem, qui fidem alterius ſecutus eſt, *l. 1. in fine. ff.* 20
de reb. credit. ſi cert. petat. l. Creditores ff. de verbor. ſignificationib. & ad emptorem non pertinet, neque vſpiam in inſtrumento reperitur vox, Kauffer/ ſicut nec vox, Kauffſumma/ ſed eius loco Hauptſumma/ ita vt contrahentes ſtudioſe vocem, Kauffer/ & vocem, Kauffſumma/ euitare, atq; adeo pignus contrahere voluiſſe videantur.

Septimo clauſula euictionis inſtrumentis emptionis & venditionis addi ſolita nuſquam hic reperitur, atque adeo † eui- 21
ctionem promiſſam eſſe non præſumitur, *l. non dubitatur. Cod. de euiction.* vt ita conſequenti remoto cenſeatur etiam antecedens, hoc eſt emptio & venditio remota eſſe. Nicolaus Euerhardus *in loco leg. à destruct. conſequen. ad destruct. anteced.* Facit quod † dolus præſumatur ſi quid fiat via inuſitata omiſſo eo, 22
quod fieri conſueuit. *Gloſſ. & Bartol. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condition. inſtitution. Caualcan. in tract. de vſufructu muli. relict. num. 128. Roman. conſil. 54. numer. 6. Paris conſil. 100. numer. 67. volum. 1. Burſat. conſil. 82. numer. 18 libr. 1. Cacheran. deciſ. Pedemont. 109. num. 9.* quia dolus potius, quam ignorantia eius, quod fieri conſueuit, præſumitur. *Caſtrenſ. in l. nunquam. ff. de vſucapion. Plot. in repetit. l. ſi quando. numer. 268. & ſequent. Cod. vnde vi. Felin. in cap. de quarta. verſic. ſecunda doctrina. de præſcription. Menoch. libr. ſecundo. de arbitrar. iudic. quæſt. caſu 194. numer. 17. & ſequenti.*

Ad hæc octauo in inſtrumento confirmatorio huius contractus Archiepiſcopus M. hunc contractum pro cõtractu pignoratitio habuiſſe, atq; eum vt pignoratitiũ cõfirmare voluiſſe videtur, ibi, vnd was ſie mehr daran außgelegt hetten / oder noch außlegen würden: quæ verba ad emptionem non videntur accõmodari poſſe, ſed ad contractũ potius quẽuis alium, ex quo domi-

dominium non transferatur, argumento eorum quæ tradit VVeſembec.*d. conſi.2.nu.10.*

23 Hiſce omnibus accedit, quod † etiamſi in ambiguis hic eſſemus, ex communi tamen iuris interpretatione non intelligerentur Comites dominium tranſtuliſſe, atq; adeo nec vendidiſſe, niſi probetur. *Cyn. in l. incendium. C. ſi cert. petat. Dec. in l. ſemper in obſcuris. nu. 7. ff. de regul. iur. Bart. in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de legat. 2. Bald. & Alexand. in l. ſi paſcenda. Cod. de*

24 *pact.* ex qua etiam interpretatione illud eſt, vt Creditor non dominii, ſed crediti potius iure poſſidere præſumatur. *Cynus. in d. l. incendium. Bart. in l. fin. C. de iure domin. impetrand.*

25 Præterea, in † dubio contractum ſemper interpretamur de eo, qui debitori minus noceat atq; oneroſus ſit, *l. ſed ſi pupillus. §. ſed ſi ipſe. ff. de inſtitor. act. l. 3. §. magiſtrum autem. ff. de exercit. act. l. Labeo. ff. de contrahend. emp. l. cum quæritur. ff. de reb. dub. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationib. ff. de verb. obligat. gl. in l. ſi idem cum eodem. §. 1. verb. ne in poteſtate. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Bartol. in l. tale pactum. prope finem. ff. de pact. Feli. in cap. ſi cautio. nu. 6 fallen. 3. de fide inſtrum. & in ca. ſignificauit. num. 4. de teſtibus. & facit l. Arianus. ff. de obligat. & action.*

26 Quin autem † contractus pignoratitius minus ſit oneroſus, quam emptionis, nullum eſt dubium, idq; multis confirmauit VVeſemb.*d. conſ.2. nu.20. & 21. & d. conſ. 8 nu. 26.*

27 Imputent vero ſibi, cur cum † poſſent non clarius dixerint contractui legem, & patiantur verborum inſtrumenti interpretationem contra ſe fieri, qui in eo ſeſe fundant, *l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid adſtringendæ. vbi Bart. ff. de verb. oblig. l. ſi in emptione. ff. de contrah. empt. Zuchard. in l. fin. nu. 124. C. de edict. D. Adr. tollend. Alex. conſ. 128. col. fin. vol. 5. Iaſ. conſ. 39. col. 2. vol. 1. Curt. conſ. 48. col. 4. in fine. Socin. conſ. 124. nu. 4. vol. 4. Corn. conſ. 188. col. 3. vol. 3. Dec. conſ. 171. nu. 5. Burſat. conſ. 149. nu. 83. lib. 2. Cephal. conſ. 734. nu. 13. lib. 5. Rol. à Vall. conſ. 76. num. 4. vol. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 34. nu. 20.*

His

His conſequens eſt dicere, contractum hunc pignoratitium potius eſſe, quam emptionis, aut certe, vt reſpectu initii ſui cauſam potius habeat mutui, quam empti, *iuxta l. precij cauſa, Cod. de reſcindend. vendit. Bartol. in l. 2. in princip. colum. 2. verſic. & in tantum hoc eſt verum. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. & ibidem Curt. iunior. nu. 2. Angel. in princip. Inſtit. quibus mod. re contrah. obligat. Dec. in l. imaginaria. in princ. ff. de reg. iur. Afflict. deciſ. Neapol. 72. nu. 8.*

Nec videtur obſtare, quod clauſulæ & verba nonnulla in inſtrumentis reperiuntur, quæ contractum emptionis & venditionis arguant, quia † clauſulę eiuſmodi ex Notariorum con- 28
ſuetudine plerunq; apponuntur, abſque eo quod contrahentes earum virtutem intelligant, iuxta id quod tradit Bartol. *in l. 1. quæſt. 7. ff. de iure codicill.* Cagnol. *in l. 2. nu. 126. C. de reſcind. vend.* Ripa *in l. centurio. nu. 81. & 84. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* Tiraquell. *in præfat. l. ſi vnquam. nu. 126. C. de reuocand. donat.* Cornel. *conſil. 189. vol. 1. & conſ. 11. vol. 3. & conſ. 258. vol. 4.* Socin. *conſ. 159. nu. 25. vol. 2. & conſ. 70. nu. 64. vol. 4.* Ruin. *conſ. 135. nu. 17. vol. 1. & conſ. 70. in fin. vol. 3.* Paris *conſ. 20. nu. 87. vol. 1.*

Quod ſi vero vrgeatur, contractum hunc eſſe emptionis & venditionis, iam multa ex circumſtantiis totius negocii colligi poſſunt, ex quibus contractum illum ſimulatum atque adeo vſurarium eſſe arguatur. Etſi † enim vſura in mutuo dun- 29
taxat committi videatur, *per c. conſuluit. de vſur. Henric. Boic. in c. in ciuitate. numer. 3. eod. Abbas. in rubr. eod. num. 2. & ibid. Bero. nu. 37. idem in cap. 1. nu. 75. de reſtitut. in integr.* non minus tamen in cęteris contractibus, & potiſſimum in contractu emptionis & venditionis, committi poteſt, in quibus mutuum ſit implicitum, *c. illo vos. de pignor. Panormit. in c. fin. num. 6. de vſur. Archiepiſc. Florent. in ſumma parte 2. tit. 1. de vſur. ex mutuo. §. 1. ver. quamuis enim in aliis contractibus. & alij quos recenſet Cacheran. deciſ. 95. num. 36.* quibus accedunt Dec. *in l. 2. §. creditum. notab. 3. ff. de reb.*

cre l. ſi cert. petat. Laurent de Rodolph. *in tract. de vſur. part. 3. nu. 47. verſ. præterea.* Clauaſ. *in ſumma. verb. vſura. el 1. n. 6.* Pan. *conſ. 5. ad fin. vol. 1.* vbi ait & in ſola emptione vſuram committi, cum ficta illa ſit loco mutui; idq; apertiſſime confirmat Bero. *conſ. 168. nu. 12. & 16. vol. 1.* Alex. de Neuo *conſ. 97. nu. 19.* Frider. de ſen. *conſ. 303. col. 2. in princip.* vbi diſtinguit inter duas vſuræ ſpecies, directam quæ ſit in mutuo, de qua accipiendum ſit illud *Lucæ c. 6.* Mutuum dantes, nihil inde ſperantes. *& c. vſura. & c. plerunq; 14. q. 3. & c. in tantum. de Simon.* & alteram, quæ dicitur vſura indirecta & per accidens, quando ſub velamine contractus liciti, puta emptionis, vſura committitur, de qua *in c. ad noſtram. de emptione.*

30 Hinc illud eſt quod dicitur, quod † vſurarii palliare ſoleant contractus ſuos, ne detegantur vſurarii, *tex. eſt in Clem. 1. de vſur.* & dicit Io. Andr. *in d. c. ad noſtram*, quod vſurarii, omiſſo nomine mutui, quod detegit vſuram, vtātur nomine emptionis & venditionis, vt vſurarios honeſtent cōtractus, idemq; repetit idem Io. Andr. *in c. ex literis. de iureiur. & in c. 2. eod. in 6.* ſequitur Alex.

31 *conſ. 54. nu. 3. vol. 6.* ideoq; † plus valere debet veritas, quam quod ſimulate concipitur, *vt in rubr. & tot. tit. C. plus valet quod agit. & in l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. ab Anaſtaſio. C. de mand.* & præualere debet veritas opinioni atque affectioni, *l. quidam tabulas ff. de furt. c. veritatis. diſt. 8. c. veritatem. diſt. 54. Bal. in l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. Bart. & Ang. in l. is qui putat. ff. de acquir. vel amittend. hered.*

32 Indubitatum a. eſt † contractus ſimulati ſiue vſurarii argumentum, ſi factus ſit ſub pacto de retrouendendo, & cum eo precii modicitas concurrat, *gl. in d. c. conqueſtus. & in d. c. ad noſtrā. vbi Inn. Hoſtienſ. Io. Andr. Ant. de Butr. Pan. Anchar. & Imol. Dd. in l. emptione. C. plus valet quod agit. & alij multi, quos allegat Crauet. conſ. 156. nu. 4. Rimin. iun. conſ. 2 8. nu. 22. vol. 2. Hieron. Gab. conſ. 74. nu. 3.*

33 Et quamuis nonnulli ſcripſerint, ad hoc † vt contractus cen-

ſeatur

ſeatur eſſe ſimulatus ſiue vſurarius, tria concurrere debere, nimirum pactum de retrouendendo, precii modicitatē, & quod emptor fœnerari conſueuerit. *Aretin. Cyn. & Salicet. in d. l. emptione. Bald. in c. 1. de feud. dato in vicem legis commiſſ. Ioann. Andr. in d. c. illo vos. Cardinal. in d. Clem. 1. §. fin. quaeſt. 18. de vſur. Gozad. in l. 2. num. 153. C. de pact. inter empt. & vendit.* & plures alii quos allegat Rol. à Vall. *conſ. 40. nu. 14. vol. 2.* eamq; communem eſſe dicant Caſtrenſ. *conſ. 330.* Ruin. *conſi. 66. num. 9 vol. 4.* Corn. *conſ. 241. col. 2. in princip. vol. 1.* Dec. *conſ. 167.* Cæpoll. *in tract. de ſimulat. contract. præſumpt. 6.* Bero. *conſ. 166 nu. 3. & conſil. 169. num. 21. vol. 1.* & magis communem eſſe aſſerant Alexand. *conſ. 109. col. fin. vol. 4* Socin. *conſ. 50. vol. 1.* Boer. *q. 102. nu. 5.* Burſat. *conſil. 117. nu. 12. lib 1. & conſ. 144. nu. 10. lib. 2.* quæ in practica ita ſeruetur. Laurent. de Pin. *in d. c. illo vos.* Cagnol. *in l. 2. lect. 2. nu. 52. C. de pact. inter empt. & vend.* Burſat. *conſ. 153. n. 34. lib. 2.* Secundum quam etiam iudicarit Senatus Pedęmontanus, teſte Cacheran. *deciſ. Pedam. 42.*

Priorem † tamen illam ſententiam communem eſſe affirmant Panormit. *in d. c. ad noſtram.* Alexand. *in d. l. emptione.* Hippol. Riminald. *conſ. 218. nu. 108. & ſeq.* & de magis communi atteſtantur *in theſ. commun opin.* Franc. Viui. *in verb. vendere. verſ. contractus.* Eman. Soarez. *in verb. venditionis contractu. num. 20.* Dec. *conſil. 692.* Paris *conſ. 54. num. 62. & ſeq. & conſil. 55. num. 30. volum. 1.* Bero. *conſi. 210. numer. 28.* Grat. *reſponſ. 11. numer. 14. volum. 2.* Natta *conſil. 198. num. 8. vol. 1.* Crauet. *conſil. 156. colum 2.* Roland. à Vall. *d. conſ. 40. num. 25. & 26.* Afflict. *deciſ. 40. in dict. cap. 1. num. 105. de feudo dato in vicem. leg. commiſſ.* vbi dicit, quod Papienſe Collegium ſecundum hanc opinionem conſuluerit, idemque refert Grammat. *deciſ. Neapol. 76. num. 30.* & communiorem dicit Burſat. *conſ. 117. nu. 13. lib. 1.* addit etiam veriorem eſſe Decian. *conſ. 105. nu. 28. vol. 2.* 34

Atq; in conſulendo & in iudicando eandem ſequendam reſpondit Steph. Bertran. *conſ. 111. n. 2. vol. 3.* Et ab hac ſententia tot ac tantorum patrum tam antiquorum q̃ recentiorum aucto-

ritate & numero roborata, tanquam magis communi & conſcientiæ minus periculoſa recedendum non eſſe ſcribit Mich. Graſſ. *in commun. Opin. quæſt. 8. in fine.* quem refert & ſequitur Ioſeph. Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 447. nu. 5.* atq; eſſe tenendam dicit Mandos. *ad conſ. Rom. 423. nu. 12.*

Secundum eandem ſententiam de facto ſeſe obtinuiſſe dicit Alberic. de Roſat. *in d. l. emptione.* In regno vero Neapolitano eandem practicari & ſeruari affirmat Afflict. *deciſ. Neapolit. 65. & 339.* Grammat. *deciſ. Neapolit. 29.* idem de Rota Romana atteſtatur Caſſiad. *deciſ. 1. ſub tit. de vſur.* ſecundum eandem in Gallia iudicari refert Steph. Bertrand. *conſil. 219. & conſi. 235. & conſ. 287. vol. 2. & conſi. 111. volum. 3* quod in ſpecie de Parlamento Pariſienſi ita memoriæ prodidit Bartholomæus Chaſſan. *in conſuet. Burgund. ſub tit. des rentes vendues à rechapt. rubric. 5. §. 1. numero 22. verſicul. ſed quicquid ſit.* Eandem in iudicando amplecti Conſilium Thaurinenſe aſſerit Crauet. *d. conſi. 156. num. 4.* & Conſilium Mediolanenſe, prout teſtatur Thom. Ferrat. *Caut. 17.* Atq; hanc opinionem Florentiæ plurimum vigere, adeo vt tranſierit in rem iudicatam, ſcriptum reliquit Ioan. Baptiſt. Lup. *ad d. l. 2. nu. 23. C. de pac. inter empt. & vend.* quem citat Maſcard. *d. concl. 447. nu. 2.* Pro hac etiam ſententia in Camera Imperiali deciſum & iudicatum eſſe atteſtatur Mynſing. *cent. 3. obſeruat. 63. Fichard. in addit. ad Villalob. litera C. verb. contractus ex modicitate.*

35 Etſi vero, quando † contra communem Doctorum opinionem iudicatum fuit, communem potius, quã rem iudicatam attendendam eſſe cenſeant Neuizan. *lib. 5. ſylu. nupt. ampliat. 4. nu. 62.* Lancel. Conrad. *de offic. prætor. § 2 de ſentent. num. 23. ampliat. 5.* Ioann. Paul. Lancell. *in ſua diſput. An & quand. attend. ſit commun. opinio. ampl. 3.* quoniam iudicando & conſulendo veritatem ante oculos habere debemus, non vero moueri exemplis, *l. nemo. C. de ſent. & interloc. om. iudic. cum multis aliis adductis per*

Ne-

Neuiz. d. li. 5. ampl. 4. n. 62. tamen præterquam quod plures hanc ſententiam veriorem & magis communem affirmant, nihilominus ſequenda eſſet, etiamſi eſſet contraria magis communis, quoniam † ſententiæ in Camera Imperiali latæ communiſſimæ etiam præualere debet, quandoquidem Camera Imperialis Imperatorem ipſum repræſentat, & Principis eſt Conſiſtorium, per notata ab Andr. Gail. *2. Obſeruat. practic. 42. num. 3.* & Mynſingero *cent. 4. Obſeru. 5.* ideoque à Camera deciſa vim habent legis, argumento eorum quæ traduntur de deciſione Neapolitana, quod illa communi opinioni, ſi ei ſit contraria, præferatur, Afflict. *d. ciſ. Neapoli. 96. nu. 11 & deciſ. 169. nu. 9.* quem allegant & ſequuntur Ioann. Bolognet. *in l. 1. nu. 38. verſic. ſed deciſio ſacri. ff. de reb. credit. ſi cert. petat.* Anton. Crauet. *in addit. ad Veſtr. in praxi. lib. 6. cap. 1. nu. 17.* quemadmodum de Rota Romana idem tradiderunt Ioann. de Imol. *in cap. olim. num. 13. verſic. non obſtat etiam. & ibid.* Barbat. *col. 10. in princ. de lit conteſtat.* Chucalon. *in addit. ad Dec. in l. iura ſanguinis. nu. 7. verſi. contrarium tamen concludit. ff. de reg. iur.* & in genere de ſenatu Principis reſpondit Burſat. *conſ. 120. nu. 1. lib. 1.* 36

Cum autem eiuſmodi Cameræ Imperialis deciſiones ad omnia loca Imperio Romano ſubiecta pertineant, *iuxta l. extra territorium, & ibi tradita à ſcribentibus. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & argumento eorum quæ tradit Mar. Anton. Corat. de communi opinione. lib. 2. tit. 9. caſu 10. num. 67* & comitatus M. cum ſuis pertinentiis partim mediate, partim immediate Romano Imperio ſubſit, in eodem ſupradictam Cameræ Imperialis deciſionem obtinere neceſſe eſt.

Verum enimuero in propoſita facti ſpecie pactum de retrouendendo ex litera vtriuſque inſtrumenti ſuper contractu controuerſo celebrati, ſatis liquido apparet, vt probare neceſſe non ſit.

Quod autem ad precii modicitatem attinet, ea † ex redi- 37

tibus annuis optime probari poteſt, vt notatur per gloſſ. & Dd. *in c. cauſam quæ. de teſtib.* Bartol. & alii *in l. 2. C. de reſcind. vend. vendit. & in l. precia rerum. ff. ad l. Falcid.* Bald. *in rubr. C. de vſur.* vbi dicit, quod ſi vendidi tibi fundum cum hoc, quod poſt certum tempus deberes mihi illum retrouendere, contractus redditur ſuſpectus, ſi concurrat immoderata quantitas redituum, quem refert ac ſequitur Rol. à Vall. *d. conſ. 40. num. 18.* quibus accedit Cæpoll *in d. tract. de ſimulat. contract. nu. 63. verſ. decimaſeptima præſumptio.* Natta *conſil. 198. num. 11. in fine. vol. 1.* Menoch. *de præſump. 122. nu. 51. & 84.*

At vero reditus annui minimum 6000. aureorum, inter-
38 dum etiam plurium eſſe poſſunt, qui † computatis quinque in centum *ſecundum gl. in auth. perpetua. ver. iuſta. C. de ſacroſ. eccleſ. Cæpoll. de ſimulat. contract. præſumpt. 3. Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gl. 6. n. 19. Corn. conſ. 265. col. 1. vol. 1. Guid. Pap. conſ. 180. col. 2. Afflict. deciſ. 284. in fine. Afflict. in tract. de iure protim. § 2. not. 2. & deciſ. Neapol. 284. in fine.* æſtimationem rei facerent centum & viginti millium aureorum, à qua ſumma longiſſime abeſt precium quadraginta millium aureorum, Comitibus in M. ſolutorum, cum tamen vt precium modicum eſſe dicatur, ſufficiat læſionem fieri in parte tertia, hoc eſt, in caſu propoſito in 40000. aureis qui ſunt pars tertia de centum & viginti millibus aureis. Ita tradit Abb. *in c. 1. de in integr. reſtitut.* Dd. *in l. ſocietatẽ. § arbitrorum. ff. pro. Soc.* Imol. & alii *in c. quinta vallis, de iureiur.* Paris *conſ. 54. nu. 68. & conſ. 55. nu. 49.* aut ſecundum alios, vt minus ſit dimidia iuſti precii. *per tex. in d. c. ad noſtram. Cagnol. in d. l. 2. nu. 14. verſ. hinc dixit. Rom. conſ. 304. col. 1. Corn. conſ. 24. col. 2. vol. 3. Archar. conſ. 9. col. penult. Iaſ. conſ. 153. col. 3. vol 4.*

39 Præſtat & aliud † in hoc caſu contractus ſimulate initi argumentum conuentio, qua ante lapſum certi temporis, triennii nimirum, in vno, & anni in altero inſtrumento, Dominis Comitibus redimere non licuit, quod efficax eſſe docet Tiraquell.

de re-

de retract. conſang. in præfat. nu. 30. & conſulendo affirmant Bald. *conſ. 114. verſ. ſed in noſtro caſu. vol. 3.* Crauet. *d. conſ. 156. nu. 5* *Hieron. Gab. conſ. 34. nu. 7.* Burſ. *conſ. 153. nu. 32. lib. 2.* & plures quos allegat Menoch. *d. præſumpt. 122. nu. 69.* Ioſ. Lud. *d. concl. 51. nu. 19.*

Accedit quod tempore contractus initi Domini Comites in M. pecunia indiguerunt, cum ære alieno valde eſſent grauati, vt poſt paucos annos à tempore contractus innotuit, vnde coniecturam contractus ficti atq; fœnoratitii ſumi conſuluerunt Panormit. *conſ. 133. col. fin. vol. 2.* Calcan. *conſ. 26 col 8. nu. 19. verſ. & ita dicendum eſt.* Crauet. *d. conſ. 156. num. 13.* Paris *d. conſ. 54. nu. 78.* Roland. à Vall. *d. conſ. 40. nu. 37.* Cæpoll. *de ſimulat. contract. præſumpt. 13.* & communem dicit Couarr. *lib. 2 reſol. 4. nu. 11.* Ioſ. Lud. *d. concl. 51. verſ. decimaquinta.*

Animaduertimus etiam ex tenore vtriuſque inſtrumenti, Dominos Comites ita quidem cõtractum hunc iniiſſe, vt poſſeſſioné caſtri ſibi nihilominus retinuerint, ex quo colligi cõtractum hunc ſimulatum & vſurarium eſſe apparet ex traditis à Bartolo & aliis *in l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.* Bartol. *in l. poſt contractum col. 2. & 3. ff. de donat.* & ibidem Roman. *verſ. adde in quantum.* Bald. *in d. l. emptione. verſicul. quæro qualiter.* & ibidem Salicet. *col. 2.* Cæpoll. *de contract. ſimulat. præſumpt. 24* Caſtrenſ. *conſ. 74 col. 3. vol. 2* Alexand. *conſ. 57. vol. 5.* Corn. *conſ. 121. col. fin. vol. 2. & conſ. 137. in fin. vol. 3.* Iaſ. *conſ. 36. col. 3. volum. 1.* Anchar. *conſ. 251.* Dec. *conſil. 587. nu. 8.* Ruin. *conſ. 64. nu. 2. & conſil. 170. nu. 4. vol. 4.* Paris *d. conſil. 53. nu. 27. & d. conſ. 54. nu. 71.* Natta *conſil. 198. num. 10. & 11. volum. 1.* Crauet. *d. conſ. 156. num. 19. & conſ. 849. nu. 8.* Rol. à Vall. *d. conſ. 40. nu. 31.* atque hanc præſumptionem iuris eſſe poſt alios à ſe allegatos docet Menoch. *dict. præſumpt. 122. nu. 111.*

Ad hæc vt maxime contractus empt. & vendit. inter contrahentes præſentis caſus initus eſſet, negari tamen non poteſt, quin ſimul cõtractus pignoris ſit initus, atq; adeo ei cõſequens

eſt,

40 eſt, vt hi contract. ſint correſpectiui. Illa etenim † correſpectiua eſſe præſumuntur & iudicantur, quæ in continenti celebrantur, vnum ſcilicet poſt aliud, & ſtatim immediate. *Bald. in l. petens. num. 49. verſ. dicunt tamen quod in dubio. Cod. de pact. Tiraquell. in dict. leg. ſi vnquam. in verb. donatione largitus. numer. 118. Dec. conſil. 245. num. 5. & conſi. 279. num. 7. & conſi. 336. num. 2. Socin. ſen. conſi. 273. num. 4. vol. 2. Corn. conſi. 36. colum. 2. volum. 2. & conſ. 57. colum 5. volum. 3. Ruin. conſ. 42. in fine. volum. 1. Alciat. Reſponſ. 149. num. 6. Natta conſ. 115. num. 2. vol. 1. Crauet. conſ. 298. num. 13. Burſat. conſ. 304. nu. 16. libr. 3. Menoch. conſi. 1. num. 450. lib. 1. & de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 12. n. 87. Verall. deciſ. 235. part. 1. & deciſ. 307. n. 1. parte*
41 *2.* At vero † ex eiuſmodi correſpectiuitate contractum ſimulationis argui tradit Cagnol. *in l. lecta. num. 110. ff. de rebus. credit. ſi cert. petat.* Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. *1. gloſſ. 18. nu. 70.* Menoch. *de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 124. num. 19* Angel. *conſi. 145. col. 2. verſic. item ratione.* Roman. *conſil. 445. num. 3.* Curt. ſen. *conſi. 55.*
42 *colum. 2. & 3. vol. 1.* Rolan. à Vall. *d. conſ. 40. num. 32.* Atque † ſunt hi contractus correſpectiui ita inter ſeſe connexi, vt vno ceſſante, ceſſet etiam alter, *l. etiam.* §. *ex cauſa. ff. de minor. l. fin. ff. de acceptilat. l. Clemens.* §. *1. ff. de hered. inſtituend. Alex. conſi 3. col. 3. vol. 3. Soc. conſ. 150. col. 18. verſ. ſed contra hanc reſponſionem. vol. 1 & conſ. 27. col. 5. vol. 4. Feder. de Senis. conſ. 237. col. 2.*

43 Quod ſi etiam † ex clauſulis & pactis inſolitis & contra naturam venditionis appoſitis contractus ſimulatus pręſumitur, per ea quę tradit Cępoll. *de ſimulat. contract. præſump. 9.* Bal. & Alberic. *in l. penult. C. de euiction. Dec. in l. quæ dubitationes. num. 4. de regul. iur. l. ſi quis ſub conditione. vbi Dd. ff. de condit. inſtitut. Bald. in l. ſed ea. ff. de leg. & in præludiis feud.* §. *expedita. & in cap. 2. de feudo dato in vicem leg. commiſſ. verſ. quæro an ipſe contract. præſumpt. vſur. Imol. in dict. c. ad noſtram. Tiraquell. de retract. conuent. in præfat. num. 71. Dec. conſ. 94. num. 2. Socin. conſ. 127. colum. 5. verſ. imprimis.*
44 *vol. 3. Anch. conſ. 257. nu. 5. Natta conſ. 198. n. 12. vol. 1.* clauſulę † nonnullę

nullæ in inſtrumento vtroq; deſcriptæ præſentem hunc contractum ſimulatum eſſe conuincere videntur.

Eiuſmodi pactum eſt, quod denunciari debet ante tempus redimendi, quod mentem infectam cupiditate vſuræ arguere ſcribunt omnes, *in d.c.ad noſt am.* Paris *d.conſ.55.nu.55.*

Eiuſmodi pactum eſt, quod pretium emptori repetere conceditur, quod vſuram inducere reſpondit Pet. Brem. *inter conſ. German.conſi.19.nu.7. tom 4.*

Eiuſmodi etiam eſt pactum de damnis, quæ ſola debent eſſe Comitum, nulla etiã emptorum *Cæpoll. de ſimulat.contract.præſumpt.6.Io. Bapt.Lup.in d.l.2. part.2. §.1.nu. 45. C.de pact.inter empt. & vendit. Alexand. conſil.54. num.2. volum 6. Paris d.conſi.55. nu. 56.Bero.conſil.165. num. 14. & conſil. 169. num. 7. volum. 1. Natta d. conſil. 198. num. 13. vol. 1.* quos recenſuit Menoch. *dict. præſumpt. 122.nu.57.* accedit Burſat. *conſi.153.nu.41.lib.2.* Quemadmodum etiam ſimulatio inducitur, ſi conuentum ſit, vt venditor ſoluat onera & gabellas, & collectas. *Bald.conſi.311. col. 2. verſ. decimo. vol.5. Par.d.conſ.54.nu.77. & conſ.55.n.56.vol.1. & conſ.82.n. 41.vol. 3.Rol.à Valle d.conſil.40.nu.33. & ſeq.*

Tanto vero magis pacta in hoc contractu interpoſita ſimulationem contractus inducunt, quod pleraque omnia in commodum & fauorem emptorum, nulla fere in fauorem venditorum facta ſunt, ex doctrina Cardina. *in d. Clement.1 §.cæterum. quæſt.3* Hoſtienſ. *in ſumma de vſur. §. fin. verſic. 20* Dec. *in d.l quæ dubitationis, nu.4.* Cæpoll. *de ſimul.contract. præſumpt.6. & præſump. 14.nu.135* Bald. *conſil.311.nu.9. volum.4.* Anchoran. *d.conſ.257.col. 2.ver.accedit prædictis* Natta *conſi.670.nu.10. vol.4* Bero. *d.con.165. in princ.* Riminald.iun *conſil.218.nu.43. vol.2.* Ioſ.Ludou. *d.con 51. verſi.20.*

Quin & ſolicitudo, quam circa contractus huius confirmationem contrahentes habuerunt, nimia, quæ apparet ex pluribus cautelis, clauſulis & pactionibus, atq; illis etiam nonnullis ſuperabundantibus, contractum hunc ſimulatum & vſura-

rium oſtendunt per doctrinam Caſtrenſ. *in dict. l. ſi quis ſub conditione.nu.2.* Dec. *in d.l. quæ dubitation. nu. 4.* Anchor. *conſil.257.* Soc. ſen. *conſil.22. nu. 13 & ſeq. vol.4.* Io. Crot. *con.186.n.26.vol.2.*

Atque ſuſpicionem hanc in propoſito auget impetratio confirmationis Imperatoriæ, qua emptores ſeſe opus non habere intellexiſſent, niſi ipſi hunc contractum pro non licito
45 atque inualido habuiſſent, ſiquidem id † quod ex ſe validum eſt, confirmatione vlla opus non habet. *Decian. conſil.65. nu.18. vo.3. allegans ad hoc l. aſſe toto. ff. de hered. inſtituend. & Soc. conſil 92.*
46 *num.17. verſ. item apparet hoc. vol.3.* Et quamuis † clauſula abundans non noceat. *l. teſtamentum. C. de teſtam. milit.* id tamen fallit in ſuſpectis de fraude, vt *in iam d. l. teſtamentum. notab.3.* ipſe Baldus limitat.

47 Poſtremo cõtractum, de quo dubitatur † vſurarius ne ſit, an non, cenſendum eſſe potius vſurarium, quoniam ſic conſulatur animæ, cum alias ſi præſumatur non vſurarius, conſulatur duntaxat bonis, reſponderunt Geminian. *con.16. col.3. & conſi. 112. in fin.* Chaſſan. *conſil.63. nu.2. in fin. Bald. conſil.453. in fine. vol. 3.* Aretin. *conſil.163.* Crauet. *conſil.48. num.8.* Menoch. *conſi.109 nu. 24. lib.2.* Natta *conſi.108. n.21. & ſeq.* Calcan. *conſi.26. n.211.* Alciat. *Reſp.3 nu.16.* Bero. *d. conſi 198. nu. 27. in fin.* Burſat. *conſ.399. num.30. lib.4.* Hoſt. *in c. ad noſtram. de empt. & vendit.* Andr. *in d. ca. illo vos.*
48 Ioſ. Ludou. *concluſ.51. verſ. ſed iſta.* Præſertim vero † etiam quod contractus, quo eſt mutuo propinquior, eo facilius præſumitur vſurarius, vt notant Dd. *in d. c. conſuluit. & in d.c. ad noſtram.* Bald. *conſil.133. col.2. vol.1.* Coler. *de proceſſ. execut. part.1. cap.10 nu. 98.* vbi allegat Ioan. de Imol. *in ca. fin. num.62. de vſur.* dicentem, quod nullus eſt alius actus de toto mundo, de quo facilius vſura præſumatur & ſimulatio, quam de mutuo.

Hiſce omnib. accedit ẽt illud, quod contractus hic incidere videtur in legem Cõmiſſoriam, quod colligitur ex his verbis: Vnd da auff benañte Zeit die obengeſchribene 1000. Goldtgülden järlicher Reñten S. vnd H. vnd jren mitbeſchriebenen volnkom-

lich

lich nit erlegt oder bezahlet/ oder ſo wir mit Erlegung der Hauptſummen zur Zeit der Widerlöß ſäumig wurden / oder ſonſten am Vnderhalt deß Hauptmanns oder anderer Stücken / Punckten vñ Articuln/ darzu vns dieſer gegẽwärtige Brieff verpflicht/ Mangel vorfiele/ welches doch nit ſeyn ſoll/ dann ſollen gedachte vnſere Gläubiger / vnnd jhre mitbeſchriebene Fug / Recht vnnd Macht haben vielberürte vnſere Hauß vnd Ampt N. mit aller ſeiner Nutzung/ vñ Zugehörung gantz ohnberechnet vor die 20000. Goldtgülden Hauptſummen/ vnd vor 1000. Goldtgülden jährlicher verſchriebener Renten/ ſelbſt einzunemmen/ vnd vor einen ſtarcken auffrichtigen Widerkauff zu haben vnd zubehalten / biß ſolang/ ꝛc.

Pactum enim, vt † niſi certa die pecunia ſoluatur, res oppignorata in commiſſum cadat, addicaturque creditori, pactum eſt legis commiſſoriæ, quod in pignoribus improbatum eſt, *l. fin. C. de pact. pignor.* cum id oneris egentibus & neceſſitate circumuentis debitoribus multo grauius ac pernicioſius accidat, quam vlla vſura, vt dicit VVeſemb. *in Paratit. ff. de pignor. in fine.* 49

Atque hoc in tantum procedit, vt neq; ſimplex pactum de habendo rem debitoris pignoratæ in ſolutum pro credito valeat, vt ſcribit Petr. de Bellapert. & Bartol. *in l. Creditores. num. 13. & ibid.* Salicet. *num. 24. C. de pignor.* neque etiam valeat, ſi à debitore Creditori data fuerit auctoritas ingrediendi bona ad tenutam illorum. *Panormit. in cap. ſignificante. de pignoribus. Lup. in dict. l. g. 2. Cod. de pact. inter empt. & vendit. Tiraquellus de retract. ad finem. num. 140. Bertrand. conſil. 97. volum. 4. & conſil. 178. vol. 3.*

Semper enim verum eſt eiuſmodi pactum redolere pactum legis commiſſoriæ, quod in pignoribus reprobatum ſit. *Bir. in l. quamuis. nu. 1. ff. de ſolut. Soc. iun. conſi. 147. n. 16. vol. 1. Lup. & Tiraq. mal. e citatis locis.*

Illud vero ẽ in contractu inter Comites de M. & nobiles P.

celebrato peculiare eſt, quod de 20000. aureorum quotannis ſolui debent 1200. aurei, quod eſt contra ordinationem Imperii Romani, ex qua non amplius quam 1000. ſolui debebant pœna etiam confiſcationis partis debiti capitalis appoſita, vt conſtat auß Reformation guter Policey, *facta Auguſtæ anno 1530. ſub titulo.* Von wucherlichen Contracten/§ *fin. repetita ibidem anno 1548. ſub eodem titulo,* §. *penul. & renouata poſtmodum Francofurti anno 1577 titul. 17.* §. *antepen.*

50 Quandoquidem igitur iuris eſt, quod † ſimulatio cõtractus & contractus vſurarii probentur ex præſumptionibus & coniecturis, *vt tradit Bartol. in l. ei qui. in fine. Cod. de diſtract. pignor. & probatur in cap. de cauſis, de officio deleg. & in cap. 2. de renunciat. in 6. Canon. in dict. cap. ad noſtram. & in dict. cap. illo vos. Alexand. conſil. 46. colum. 1. volum. 3. Corn. conſil. 135. col. vlt. volum. 1. Socin. conſili. 264 col 2. in fine, & conſil 83. col. 2. volum. 3 Gemin. conſil. 16 colum. 2. verſi. in contrarium. Calcan. conſil. 16. num. 11. Caſtrenſ. conſi. 58. col. fin. & conſil. 74. colum. 2. volum. 3. Dec. conſil. 403. num. 18. Crauet. conſil. 73. num. 7, Bero. conſil. 168. numer. 21. volum. 1. Grat. Reſponſ. 11. num. 54. volum. 2. Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. quæſt. caſu. 217.* & coniecturæ ad probandum contractum in fraudem vſurarum factum ſufficiant, prout tradit Ioann. Andr. *in c. ex literis de iureiur. & in cap. 2. eod. in 6.* Hoſtienſ. *in ſumm. de vſur. § qualiter contractus. Alexand. conſil. 24. colum. 2. verſ. ad quod reſpondendum. volum. 2. & conſil. 54. colum. 1. verſi. nam ad probandum. vol. 6.* vbi in ſpecie loquitur de huiuſmodi venditionibus factis cum pacto de retrouendendo. Idem reſpondit Socin. *conſil. 16. vol 3.* Bertrand *conſil. 137. col. 2. vol. 1.* Iaſon. *conſil. 141. colum. 2. volum. 4.* Caſtrenſ *conſi. 109. in princip.* Burſat. *conſil. 309. nu. 12. lib. 4* quibus in locis modo dictis conſulentes afferunt, etiam leues conie-
51 cturas ſufficere, idque propterea, quod difficilis† probationis ſint cõtractus in perniciem vſurarum concepti, ꝓpter fraudes & calliditates excogitatas, quibus fœneratores in huiuſmodi vti ſolent, vt dicit Iaſ. *in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait. nu. 26. & ſeq.*

& ſequent. ff. de edendo. Dec. *conſil. 187. num. 4. & ſequent.* At vero cum ſupradictis coniecturis & præſumptionibus concurrant etiam verba inſtrumenti, de contractu controuerſo dubitandum amplius non videtur eum eſſe ſimulatum, atq; adeo vſurarium.

At † falſus actus non eſt actus, *l. vbi autem. § cum igitur. ff. de in diem add. ct.* vbi falſus emptor dicitur non emptor, *argum. l. eleganter § qui reprobos. ff. de pignorat. act.* vbi pecunia falſa non liberat ſoluentem, quia non dicitur pecunia, *& facit tex. in l. Paulus ff. de verb. ſignif.* 52

Et † in ſpecie de contractu ſimulato quod cadauer ſit ſine anima, & corpus ſine ſpiritu, neque contractus appellari poſſit, dicit Bald *in l. 1. C. plus valer. quod agit. & in l. et qui. C. de diſtract. pignor.* Bar. *in l. 2 §. parui. colum. 2 ff. quod vi aut clam. Ioſ. Ludo conc. 51. ver. & quando adſunt.* Et ideo dicit Barto. *in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* quod contractus ſimulatus, cum deficiat in ſubſtantialibus, contractus non ſit. Facit quod ſcribit Bal. *in d. l. ab Anaſtaſio. not. 4.* quod contractus ſimulatus dicatur coloratus, ſiue depictus, qui extrinſecus apparet aliquid, ſed intrinſecus non habet ſubſtantiam, & quod ſcribit Iaſ. *in l. fin. § in computatione. col. fin. C. de iure delib.* Quod licet inſtrumētum ſimulatum ſuperficialiter appareat eſſe inſtrumentum, tamen ſubſtantialiter & intellectualiter non eſt inſtrumentum, & cum careat effectu carere etiam debet nomine. 53

Atque † de contractu vſurario idem dicitur, quod nullus ſit per tex. *in c. 2. & in c conſuluit. de vſur. Molina. in tract. de vſur. num. 184. Tiraq. in tract. de conſtit. par. 3. limi. 3. nu. 16 25. & 28. Chaſſan. con. 63. nu. 13. Grat. reſp. 50. nu. 30. & reſp. 82. nu. 20. vol. 1. & conſi. 2. num. 9. vol 2.* 54

Nec videtur contractus hic per confirmationem Archiepiſcopi M. aut eam, quæ poſtea ſubſecuta eſt, Imperatoris confirmationem conualidari potuiſſe, quoniam † eius quod nullum eſt, confirmatio vlla eſſe non poteſt, ſiquidem non entis 55

nullæ ſunt qualitates, *l. eius qui. §. penult. ff. de reb. credit. ſi cert. pet. gl. in c. bonæ memoriæ. el 1. in verb. per rerũ naturam, de elect. gl. in c. ad diſſoluendum. in verb. accuſari. de deſponſat. impub. Bald. in l. milites. C. de teſtament.*

Et in ſpecie quod id, quod nullum eſt, confirmari non poſſit, tradit Cacheran. *deciſ. Pedem. 34. nu. 12. & deciſ. 39. nu 11.* Facit quod confirmatio actus qui nullus eſt nihil operatur, *c. cum dilecti, vbi Panorm. nu. 4. de empt. & vendit. Menoch. conſil. 345. num. 10. lib. 4.* Atque de contractu vſurario hoc ita affirmant Bal. *in leg. cum allegas. col. 2. verſ. ſed quæritur hic. C. de vſur.* Bart. *in l. 2. ad finem. ff. de his quæ pœn. nom.* Iaſ. *in leg. 1. col. antepen. verſ. ſecundo quæro. lect. 1. C. de ſumma Trinit.* Hoſtienſ. *in ſumma. de vſur. §. quæ pœna. verſ. quid ſi debitor.*

Maxime cum vtraq; confirmatio facta ſit in forma communi, cuiuſmodi confirmationem nihil iuris tribuere docet Bar. *in l. priuilegia. col. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Dec. *in c. 1. col. 4. de confirmat. vtil. & inutil.* Rol. à Vall. *conſil. 5. nu. 5. vol. 1.*

Et vero altera illa Imperatoria impetrata ſit 29. Iunii anno 1580. atque ita hoc liquidationis proceſſu iam pendente,
56 addita etiam † clauſula, ſaluo iure alterius, per quam confirmatio modificatur, vt excepta ſint iura quorumcunq; quibus per confirmationem præiudicari potuerit, *vt notatur in leg. ſi debitor. §. ſi in venditione. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſolu. leg. item Labeo. §. pure. ff. famil. erciſc. Ang. conſil. 27. & conſi. 24. col. 3. in fin. & conſil. 290. colum. 3. Decian. conſil. 445. numer. 61. in fine. & conſil. 656. numer. 6.* Quæ clauſula etiamſi addita non eſſet, eſſet tamen ſubintelligenda. *Dec. in dict. leg. milites. numer. 6. Bald. in l. 1. ff. de conſtitut. princip. & in l. monumenta. C. de legat. notatur in leg. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. & in leg. 2. §. merito. & §. ſi quis à princip. ff. quod metus cauſ. Decian. conſil. 24. nu. 15. vol. 1. VVeſemb. conſi. 6. nu. 164.*

Nec quidquam releuare videtur in confirmatione Impera-
57 toria adiecta clauſula, *Ex certa ſcientia*, quoniam † hæc clauſula nul-

la nullam vim habet, quando ignorantur petita, & veroſimile eſt Principem eorum, quę in facto cõſiſtunt, notitiam non habuiſſe, vt inquit Bald. *in l. fin. col. fin. verſ. dicas etiam. C. ſentent. reſcind. non poſſe.* Dec. *in leg. in totum. ff. de regul. iur. & conſil. 198. nu. 6 & conſil. 407. nu. 23* Caſtrenſ. *conſil. 88. vol. 2.* Alexand. *conſil. 122. col. fin. vol. 4. & conſil. 119. nu. 5. & 6. vol. 6.* Socin. ſen. *conſil. 164. col. 4. verſ. ſecundo reſpondetur. vol. 2.* Curt. ſen. *conſil. 49 col. 21.* Iaſ. *conſi. 19. col. 2. & conſ. 119 in fin. vol. 3.* Gozad. *conſ. 5. nu. 15.* Menoch. *con. 202. nu. 149. & ſeq.*

Imo neque ſi Princeps atteſtaretur, ſe de tali facto notitiam habuiſſe, ei credendum eſſet, iuxta *Clem. 1. de probation.* quia illa Clementina non procedit, vbi agitur de præiudicio tertii, vt notat Panormit. *in dict. Clem. 1. in fin. & in cap. cum à nobis. de teſtibus.* Decian. *conſil. 407. num. 23.* Caſtrenſ. *conſil. 46. num. 4. vol. 2.*

Tanto vero minus clauſula iſta Dominis Comitibus, vel etiam aliis præiudicare poteſt, quoniam Imperatorem de cauſa cognouiſſe nullibi apparet, in cuiuſmodi caſu quando cauſæ cognitio non interuenit, clauſulam ex certa ſcientia nihil operari, tradit Specul. *in tit. de legat. §. nunc oſtendendum. verſic. 18.* Deci. *dict. conſil. 407. numer. 24. & conſil. 410. num. 21.* Socin. iun. *conſil. 77. num. 126. volum. 1.* Curt. iun. *conſil. 142. num. 8. verſ. non obſtat.* Gozadin. *conſil. 30. num. 42.* Paris *conſil. 1. numer. 84. & conſil. 11. num. 121. vol. 1.* Rolan. à Vall. *conſ. 7. nu. 107. vol. 3.*

Non etiam obſtare videtur Dominis Comitibus renunciatio omnium exceptionum, quam fecerunt. Præterquam enim quod renunciatio illa facta eſt omnino in genere, neque vlla expreſſa eſt exceptio ſpecialis, cui generalis renunciatio poſtea ſubiecta ſit, renunciatione † partium 58
expreſſa ſimulationem non tolli, in ſpecie tradit Odofred. *in dict. leg. fin. C. de pact. pignor.* Alberic. *in l. 1. Cod. eod.* Hoſtienſ. *in ſumma de pignor. §. quibus pactis. verſic. Quid ſi renunciauit.*

& Q.

& omnes ita tradunt *in d.c. ſignificante*, Imo eiuſmodi renunciationem nullam eſſe, & inefficacem docet Bartol. *in l g. nemo poteſt, col. 2. verſ. quæro an renunciatio ff. d. legat. 1.* vbi late Iaſ. & alii repetentes. Ad idem eſt gl. *in l. ſi patronus. §. patronum. ff ſi quid in fraud. patron.* Panormit. *in c. ſignificantibus. in fin. de offic. deleg.* & plures ad hoc accumulauit Curt. *conſil. 8. in fi.* Barbat. *conſil. 21. col. 9. & conſil. 42. col. 10. vol. 1.*

59 Et in genere traditũ eſt, quod † vt ſtatutum, ita pactum tollens omnes exceptiones intelligatur de friuolis, inanibus & à iure non cognitis, non autem de legitimis, & à iure communi ſiue ſtatutario admiſſis, *per textum in ca. ex parte tua in princip. de offic. deleg. Bartol in l. omnes populi. col. penult. verſ. vltimo quæritur. ff. de iuſtit. & iure. vbi plura addu. & ibidem Iaſ. atq; cæteri repetentes. Idem Bar. in l. 1. § 1. ff. quod vi aut clam. & in l. 1. §. interdum. ff à quib. appellare non licet.*

Promiſſio denique Dominorum Comitum, bey jhren Graueliche Ehren/ Trewen vnd Glauben/ non videtur in hoc caſu operari, vt contractus, qui ſimulatus eſt & vſurarius, ex eo talis eſſe deſinat. Contractus enim † illicitus iuramento firmari non poteſt. Ita in ſpecie tradit Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. de renunciat. § 1. verſ. & quia hic, in addit. incip. Ex quo auctor.* Io. Fab. *in dict. l. fin. C. de pact. pignor.* Ioſ. Ludou. *d. Conſ. 51. verſ. & quando adſunt.* Can. *in d. c. ſignificant.* Ioann. Petr. Anchor. *aurear. quæſt. lib. 1. quæſt. 20. nu. 1.* Faucher. *inter conſil. German. conſil. 46. nu. 9. tom. 4.* Imo quando in contractibus ſuſpectis adhibetur iuramentum, eo ipſo contractus redditur magis ſuſpectus. *Dd in d. c. illo vos. ad fin. & in d. c. ad noſtram. Bald. conſ. 275. col. 2 verſ. nec prædictis obſtantibus. vol. 5. Socin. ſen. conſil. 215. col. fin. verſ. tertius autem. vol. 2. & alii plures, quos recenſet Tiraquellus de ret. act. conuent. in præf. nu. 16 quibus accedunt Calcan. conſil. 26 nu. 20. & 21 Gemin. dict. conſil. 16. col. 2. verſ. Tertio interuenit.* Et in genere quod actus nullus iuramento non firmetur, docet Fulgoſ. *in Authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit.* Marſil. *in cap. quamuis. de pact. in 6.*

60

Rol.

Rol. à Vall. *conſil. 60. nu. 73. vol. 4.* quoniam iuramentum cenſetur eiuſdem eſſe naturæ, cuius eſt contractus, *l. fin. C. de non numer. pecun. l. fin. ff. qui ſatiſd. cogant. Cæphal. con. 210. n. 86. lib. 2.* vbi ait quod ſi contractus iniquus ſit, iuramentum etiam cenſeatur iniquum eſſe.

Pro regula † enim traditum eſt, quod ſi contractus princi- 61
palis non tenet, nec cæteræ clauſulæ tenebunt. Glo. *in d. l. ſi patronus. §. patronum. verb. Fabiana. Bald. in l. ex teſtamento. C. de fideicomm. & probatur per textum in l. fin. ff. de conſtitut. pecun. quem textum pro ſingulari notat Bald. in l. ſi abſentis. in fine. C. ſi cert. petat. Iaſ. in l. non dubium. col. penult. C. de legib. & ſpecialius Bartol. in d. l. nemo poteſt. col. 2. quem ibi Dd. communiter ſequuntur*, dicit, quod renunciationes & clauſulæ appoſitæ in contractu ſimulato iudicentur & ipſæ ſimulatæ, nullæ & inefficaces, & Ioſ. Ludou. *d. concluſ. 51. verſ. & quando adſunt.* & Io. Petr. Anchar. *aurear. quæſt. lib. 1. quæſt. 2. nu. 10. & lib. 2. quæſt. 64. nu. 14.* vbi ſcribit, quod contractu principali ſublato tollatur etiam iuramentum & alia. Idem conſulendo tenuerunt Paris. *conſil. 53. nu. 12. volum. 1. & conſil. 86. nu. 25. vol. 3.* Cæphal. *conſil. 118. nu. 32. lib. 1.* Socin ſen. *conſ. 159. col. 7. ver. confirmantur prædicta.* vbi ait, quod quo errore quis ductus fuit ad ita contrahendum, eodem errore ductus fuit ad apponendam illam clauſulam ex certa ſcientia. Idem Socin *conſil. 79. nu. 46. vol. 4.* quem ſequitur Anton. Gabriel. *ſub titulo de clauſulis, concluſ. 1. num. 53.* & faciunt notata à Bartolo *in l. fin. §. Idem quæſiit. ff. de condict. indebiti.*

Prædictis conſequens eſt, vt † cum contractus hic nullus eſ- 62
ſe videatur, nullus etiam eius poſſit eſſe effectus. *l. non dubium. Cod. de legibus. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. leg. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Socin. conſil. 115. num. 15. vol. 4.*

Et in ſpecie quod † per ſimulatos contractus, vtpote nullos, 63
non transferatur dominium neque poſſeſſio, etiam per conſtituti clauſulam aut precarium, docet Bartol. *in l. emptor. ff. de*

aqu. & aqu. plun. arcend. Bald. *in d. l. ex teſtamento, & conſil. 326. vol.* 4. Alexand. & Iaſ. *in l. 1. §. ſi vir. & in l. quod meo. ff. de acquirend. vel amitt. poſſeſſ.* Vitalis *in clauſula de ſimulato contractu.* Ioſ. Lud. *d. concl. 51. ver. & quando adſunt*, ſicuti etiam de actu erroneo, quod nullum effectũ pariat, copioſe aſſerunt omnes *in l. 1. §. hac verba. ff. quod quiſq; iuris. & in d. l. 4. §. condemnatum.*

Atque hoc multo ſpecialius de emptione inualida, quod emptor ex illa non acquirat, affirmat gloſſ. & alii *in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi.* Bar. *in l. 1. §. ſi vir. & ibi.* Alex. *col. 3. ver. iuxta proxime dicta.* Bart. & Bald. *in l. eleganter. in fin. ff. de dolo.* Bar. Bal. & Iaſ. *in d. l. non dubium.* Corn. *conſ. 203. col. 3. verſ. non obſtat ſecundum. vol. 3.*

Quare Domini Comites ſicut dominium caſtri N. cum ſuis pertinentiis habuerunt ante hunc contractum, ita poſt cõtractum hunc idem retinuerunt, quod idem etiam inſtrumẽtum vtrunque ſuper contractu factum indicat, atq; adeo P. & Conſortes dominium non acquiſiuerunt. Præſertim cum iure etiã
64 cautum ſit, duos † eiuſdem rei dominos poſſeſſoreſue in ſolidum eſſe non poſſe *per tex. in l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod. leg. 3. §. è contrario. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. leg. quod contra. §. vni duo. ff. de regul. iur. Alexand. in l. cum filio. nu. 16. ff. de legat. 1.*

Ex quibus intelligitur, fructus & obuentiones ſępe dicti caſtri ad Dominos Comites, & non ad P. ipſorumq; Conſortes pertinuiſſe, atq; etiamnum pertinere, ex iſta iuris regula, qua
65 dicitur, quod † fructus rei ad illos pertineant, ad quos pertinet dominium, *text. eſt in l. fructus. l. in fundo. l. ex diuerſo. ff. de rei vindicat. l. Herennius. ff. de vſur. l. ſi dominium. C. de pignor. d. c. 1. d. c. conqueſtus. de vſur.*

Vnde infertur teneri ſucceſſores P. caſtrum ipſum, & ipſius pertinentias vna cum fructibus perceptis & percipiendis Comitibus reſtituere, ab eo tempore, quo caſtrum illud in poſ-

ſeſſio-

ſeſſionem ſuam acceperunt, eo quod ſine titulo & non bona fide id poſſediſſe videntur, per illam iuris Theoricam, qua dicitur, quod † malæ fidei poſſeſſor fructus ſuos non faciat, ſed 66
tam percipiendos, quam perceptos rei domino reſtituere teneatur, *per text. in §. etſi hereditas. Inſtit. de offic iudic. l. fructus. leg. ſi nauis. ff. de rei vendicat. l. illud § prædo. l. ſed etſi. § quod autem. l. ſi poſſeſſor. ff. de heredit. petit. l. domum. l. certum. C. de rei vendicat. l. 3. C. de condic. ex lege.*

Quod ſi vero contractus pignoratitius eſt, etiamſi debitoris mala fides nulla argui poſſit, obuentiones † tamen & fru- 67
ctus omnes percepti & percipiendi ex re pignorata computandi ſunt in ſortem, hoc eſt, in ſolutionem eius, quod debetur, & reliqui, qui ſuperſunt, debent reſtitui debitori vna cum re pignorata, idq; iure vtroq;, & ciuili & Canonico, receptum eſt.

Et de iure quidem ciuili ad hoc eſt text. *in l. 1. & 2. Cod. de pignorat. act. l. 2. Cod. de pact. pignor. l. 1. C. de diſtract. pignor. l. Titia. ff. de ſolution. leg. is cui. §. quæri poterit. ff. vt in poſſ. l. gat.* neque ab illo recedunt Interpretes, Cyn. Bartol. Bald. Salicet. & communiter omnes *ad dict. leg. 1. & 2.* De iure vero Canonico textus eſt *in cap. 1. 2. & in cap. conqueſtus. de vſur. cap. cum contra. de pignor. c. ad noſtram, el 1. de iureiur.* & ſequuntur eius Commentatores Ioann. Calder. *in cap. nauiganti. quæſt. 9. de vſur.* Anchoran. *in cap. quanquam. col. 2. verſic. quinto nota. eod. in 6.* atque præter infinitos alios conſulendo ſecuti ſunt Curt. iun. *conſil. 53. in fine.* Natta *conſil. 536. in fine. vol. 3.* Menoch. *conſil. 201. num. 101. lib 3.* magiſque communem dicit Ioſ. Ludou. *d. conſ. l. 51. verſic. & ſtante.*

Idque adeo verum eſt, vt † ſi fructus tales ſint, qui recipiant 68
functionem cum debito, quia conſiſtunt in pecunia, vt ſunt penſiones, ſimul ac percepti ſunt, aut percipi potuerunt,

debitum extenuent, ſecundum Bald. *in d. l. 1. Cod. de pignor. act. & in l. quamuis. C. in quibus cauſis pign. tacite contrah.* alii autem fructus naturales rei pignoratæ quamdiu extant, tacite ſint obligati pro debito, eiſq; pignus augeatur, *d. l. quamuis. d. l. 1. & 2. l. ſi conuenerit. & l. 2. §. 1. ff. de pignorat. act.* Faciunt tradita à Cyno, Bal. & Salicet. *in d. l. 1. C. de pignor. act.* Bartol. Alex. & Iaſ. *in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſolut matrim.* vbi Iaſon ait, cum ea doctrina tranſire omnes Doctores. Idem tenet Iaſ. *in d. l. 3. §. ex contrario. nu. 58. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Bald. *in c. cum ſuper. nu. 24. de re iudic.* Roman. *conſil. 238. in princip.* & late Neguzant. *in tract. de pignor. part. 5. memb. 5. per diſcurſum.* Ruin. *conſil. 25. num. 2. & conſil. 53. numer. 23. volum. ſecundo. & conſil. quadrageſimo octauo. numer. 4. vol. 5.*

69 Quod in tantum procedit, vt † etiam ſi Creditor à Iudice in poſſeſſionem miſſus eſſet, is teneatur fructus in ſortem computare, adeo vt ipſo iure extenuent capitale ſortis, vel quantitatem debiti. Alexand. *in l. A diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic.* Afflict. *deciſ. Neapol. 358. num. 4.* Coler. *in tract. de proceſſ. execut. part. 3. cap. 12. num. 99.* vbi dicit, viam iſtam executionis ob id debitori quam creditori vtiliorem eſſe, allegans Ferrar. *in forma execut. ſentent. definit. verb. ſæpius. num. 20. memb. 4.* Chilian. König. *in ſuo proceſſ. cap. 103. ſub tit.* Von gerichtlichen Pfanden. *num. 8. circa finem.* ibidemque Colerus ſubdit, quod tandem pignus luat ſeipſum, & abſque alio pretio redeat ad dominum.

70 Hinc eſt, vt pactum, quod † fructus non computentur in ſortem, dicatur eſſe contra naturam pignoris, ideoque non valere, per text. *in d. c. illo vos. & in c. cum conſtat. de pignor.* Atque ita notare omnes *ad d. c. conqueſtus. & in d. c. ad noſtram. de iureiur. & in d. l. 1. C. de pignor. act.* teſtatur Decian. *conſi. 35. nu. 43. vol. 2.* quibus accedunt Bartol. *in l. Iulianus. §. ſi finita. colum. fin.* & ibidem Angel. & Imol. *ff. de damno infecto.* Bald. *in dict. l. 1. C. de diſtract. pignor.*

Ratio

Ratio huius computationis in ſortem omnis poſita eſt in vſurarum prohibitione, quæ omni iuri eſt conſentanea, *tot. tit. ff. C. decret. Clement. de vſur. Socin conſil. 2. verſ. circa tertiam quæſtionem. vol 1. Paris d. conſil. 54. num. 60. vol. 1. & plures alii quos refert & ſequitur Burſ. conſil 320. nu. 1. lib. 3.*

Quod ſi igitur P. atq; ipſorum ſucceſſores caſtrum N. cum ſuis pertinentiis in poſſeſſione habuerunt, illudque adminiſtrarunt, quod in facto præſupponitur, & in documentis nonnullis literariis, maxime iis quæ producta ſunt in inſtantia Leuterationis, animaduertimus Ioachimum P. appellari Hauptmann auff N. conſequens illi omnino eſſe videtur, vt adminiſtrationis ſuæ rationem reddere teneantur.

Cum enim dictum ſit, fructus in ſortem computandos, & reliquum reſtituendum eſſe, rationes prius reddi neceſſe eſt, vt quid & quantum reliquum ſit appareat. Nam † qui vult 71 conſequens, cenſetur voluiſſe etiam neceſſarium antecedens, & ſine quo non poterat ad illud cõſequens perueniri. *l. ad legatũ. l. ad rem nobilem, cum ibi notat. per gl. ff. de procurat. §. idem iuris. Inſti. quib. ex cauſ. manum. non licet l. illud ff. de acquir. vel omitt. hered. l. 2. ff. de iuriſd. õ. omn. iud. l. deniq; §. interdum. ff. de pecul. legat. Alex. in rubr. C. qui admitti. nu. 2. Dec. conſi. 77. nu. 4. & conſil. 308. nu. 9. Cephal. conſ. 63. n. 7. lib. 1.* Vnde reſpondit Tib. Decia. *conſ. 79. n. 46. & 47. vol. 2.* quod propter reſtitutionem reliquorum deueniatur ad rationum computationem.

Deinde iuris eſt indubitati, quod † quilibet adminiſtrator 72 teneatur adminiſtrationis ſuæ reddere rationẽ, cum reliquorum præſtatione. *l. 1. §. officio. ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. 2. ff. de negot. geſt. l. cum ſeruus. ff. de condit. & demonſtr. c. qualiter & quando. de accuſat. Dec. con. 178. in prin & con. 192. Ruin. con. 29. n. 12. vol. 5. Paris conſil. 89. nu. 16. vol. 1. Socin. conſil. 73. nu. 12. vol. 3. Bero. conſi. 191. nu. 13. vol. 1. Crauet. conſil. 218. in princip.* Quo facit illud Lucæ. *cap. 16.* Redde rationem villicationis tuæ, ad hoc à ſupradictis Doctoribus allegatum. Atque hanc regulam eſſe generalem, dicit

Burſ.*conſil.249.nu.30.lib.3.* atque eſſe illud in confeſſo reſpondit VVeſemb.*conſi.3 nu.47.*

73 Hanc iuris diſpoſitionem locum ſibi vindicare † etiam in perſonis prope coniunctis, nedum extraneis, multis exemplis demonſtrari poteſt. Sic enim frater fratri adminiſtrationis rationes reddere tenetur. *Roman. conſil. 414. numer. 1. Socin. conſil. 37. in princip. vol. 1. Abbas conſil. 12. dub. 6. volum. 1. Rol. à Vall conſil. 49. num. 10. volum. 1. Decian. conſil. 79. num. 11. vol. 2.* Ita pater qui bona filii aduentitia adminiſtrauit, adminiſtrationis iſtius rationes debet reddere. *Bald. in leg. ſuppoſita. notab. 1. Cod. de dolo. & in leg. licet Cod. ad leg. Falcid. & in leg. filiæ cuius. Cod. famil. erciſc. Socin. conſil. 2. colum. 1. in fine. volum. 1. & conſi l. 73. col. 6. verſ. Cupio nunc. volum. 3. Kirchou. in theſ. commun. opin. verb. pater ſicut alij.* Eadem ratione Socius Socio de adminiſtratis rationes reddere cogitur. *Bartol. in leg 2. not. 2. C. de naufrag. lib. 10. Iaſ. in §. ſequens. num. 42. & 43. Inſtit. de action. gloſſ & Doctores. in l. neminem. C. de ſuſceptor. libr. 11.* & agnatus agnato. *Socin. conſil. 63. num. 1. & conſil. 113. numer. 2. volum. 1. & conſil. 192. num. 4. volum. 2. Schurff. conſil. 65. num. 5. cent. 1.* & heres coheredi, *gloſſ. in leg. quædam. verb. ſed. iudicio ff. de edendo. per l. ſi quæ ſunt cautiones ff famil. erciſc.* & in genere hoc obtinet in quocunque adminiſtratore, qui vel propria auctoritate, vel officio ſibi iniuncto bona aliena ſiue communia adminiſtrauit, ex traditis per Bald. & alios *in d. §. officio.* Marſil *ſingul. 493.* Socin. *conſil. 2. col. 1. vol. 1 & con. 73. nu 12. vol. 3.* Bero. *conſil. 112. nu. 31. & ſeq. vol. 2.*

Quod autem non contra adminiſtrantem duntaxat ipſum, ſed ipſius etiam heredes de adminiſtratis ab ipſo agi poſſit, eſt tex. *in l. 3. § hæc actio. ff de negot geſt. l. tutelæ. l. omnes tutores. C. arbit. tutel.* Roman *conſil. 413. nu. 2.* & Dec. *conſil. 110. nu. 7.* quos allegat & ſequitur Decian. *conſil. 85. nu. 24. vol. 2.*

Et vero tanto magis in caſu præſenti adminiſtrationis ratio reddenda videtur, quod ex actis animaduertimus Dominos Comites affirmare eam rationum redditionem iam pridem P.

per decretum impoſitam, à qua non appellauerint, ſed eam in
rem iudicatam tranſire paſſi fuerint, quæ pro † veritate habe- 74
tur. *l. res iudicata. ff. de reg. iur. c. cum inter. de re iudic. l. ingenuum. ff.
de ſtatu homin.* & inter eaſdem perſonas notorium inducit. *c. fin.
de cohabitat. Cleric. Iaſ. in l. admonendi. nu. 43. ff. de iureiur.* vt etiam ſi
de iure non debuiſſent rationes reddere, ob rem tamē iudica-
tam nunc tenerentur, vtpote quæ ex indebito faciat debitum.
per tex. l. 1. C. de condict. indeb. & conſenſum atq; approbationem
ſi non expreſſam, ſaltem tacitam inducat, cui cōtrauenire am-
plius non deceat. *c. quod ſemel. de reg. iur. in 6. l. per fundū. ff. de ſeruit.
ruſt. præd. l. in diem. ff. de aqu. & aqu. pl. ui. arcend. l. 1. § . prodeſt. ff. quod
legat. l. de acceſſionibus. § fin. ff. de diuerſ. & temporal. præſcript. c. requi-
ſiuit. de ſponſal. Cacher. deciſ. Pedem. 62. nu. 18 & 19.*

Ex ſupradictis igitur nihil aliud concludendū eſſe videtur,
quam contractum controuerſum ſi non pro ſimulato & vſura-
rio omnino, ſaltē pro pignoratitio, non a. emptionis venditi-
onis habendum, & de fructibus atq; obuentionib. ex caſtro N.
perceptis atq; percipiendis rationes reddēdas, eoſq; in ſortem
computandos, reliquos vero Dominis Comitibus reſtituēdos,
aut ſane Creditores Comitum de illis contentandos eſſe.

Cum. n. Creditores cæteri de damno vitando, heredes au-
tem P. de lucro captando certare videant. videtur † vtique illo- 75
rum potior, quam horum habenda eſſe ratio. *Cæphal. con. 329. n.
43 & ſeq. lib. 3* & ſemper præualet cauſa eius, qui agit de damno
euitando, etiam inter duos priuilegiatos. *Bart. in auth. quas actio-
nes. n. 3. C. de ſacroſ. eccleſ. Dec. in l. non debet actori. § . in re obſcura. ff. de
reg. iur.*

Tanto vero minus creditoribus iſtis præiudicari poterit, ſi
crediti ſui ratione prius, quam contractus controuerſus factus
eſt, cum Dominis Comitibus contraxiſſent, per regulam qua
dicitur, quod † is qui tempore prior eſt, iure ſit potior. *cap.* 76
*qui prior. de regul. iur. in 6. leg. quoties vtriuſque. ff. eod. l. qui balneum.
& l. qui potior. in princip. ff. qui potior. in pign. hab. l. ſi fundum. C. eod.*

l. in

l. in operis. ff. locati. etiamſi in hora iſtorum præceſſiſſet obligatio, vt notatur per gloſſ. *in l. ſi ex pluribus. §. fin. ff. de ſolut.* quam pro notabili adducit Bald. *in l. Imperator. col 3. verſ. Et nota quod ratione horæ, l. ct. 1. ff. de ſtatu homin.* Felin. *in c. paſtoralis. col. 3. de reſcript. Socin. conſil. 7. vol. 3.* Quinimo etiamſi in puncto duntaxat temporis Creditores iſti priores eſſent, præferri deberent, vt notat Bald. *in l. de ebus. C. de donat. ante nupt.* Ioann. de Platea *in l. 1 in princip. Cod. de iure fiſci. lib. 10.* Dec. *in d. c. paſtoralis. in princip.* vt ita Creditores ius ſuum perſequi impediri non debeant. *Angel. in §. è contra. notab. 3. Inſt. quib. alien. licet vel non. facit l. iniuriarum. § ſi quis me prohibeat. ff. de iniur. & in l. qui pendentem. in fin. ff. de action. empt.* etiamſi hypotheca eſſet tantum generalis, *per text. l. 2. ff. qui potior. in pign. hab. l. ſi generaliter. C. eod. Rip. in l. priuilegia. nu. 6. ff. de priu. leg. creditorum.*

Verum licet hęc ſpecioſa ſint, & caloris aliquid ex parte Comitum habere videantur: nos tamen, re tota cum ſuis circumſtantiis diligenter ponderata, in præſenti caſu contrarium verum eſſe exiſtimamus, ſtatuentes contractum inter Dominos Comites & Ioachimum P. atq; Conſortes initum, eſſe contractum emptionis & venditionis, atque adeo fructus ex caſtro N. ab anno 72. perceptos, in ſortem non eſſe computandos, ſed ad Ioachimum P. ipſiuſq; Conſortes pertinere.

77 Quoniam vero non ſufficit quid dicere, niſi † idem etiam quod dictum eſt legitime probetur, *gl. in l 1. §. interdum autem. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicat. gl. in l. 2. verb. aſpectu. ff. de for. gl. in l. prætor ait. la 2. ff. vi bonor. rapt. c. plerunq;. in fine. 2. q. 7. c. non eſt, de conſuetud. in 6. Mynſin. Reſpon. 1. nu. 59.* & in quo quis ſe fundat, id ipſe probare teneatur, *l. qui accuſare. C. de edend. l. in exceptionibus. ff. de exception. l. actor. l. matrem. C. de probat. Iaſon in l. ſi vero. §. qui pro rei. nu. 15 ff. qui ſatiſd. cogant. Gail 1. de pace publ. 17. num. 2. Alex. conſil. 18. vol. 1. Socin. iun. conſil. 47. col. 2. vol. 2. Paris conſil. 1. col. 2. vol. 4.* nec quidquam ad hoc interſit, vtrum is, qui ſe in aliquo fundat, Actor ſit, an Reus. *l. agere. l. generaliter. ff. de exception. l. quinqua-*

quaginta.ff.de probat. quoniam quod ad probationes attinet Actor eſt Reus. *Bart.in l.in illa.nu.4.ff.de verbor.obligat. Alexan.in l.4.§.condemnatum.col.2.ff.de re iudic. Iaſ.in l.de die.col.penult.ff.qui ſatiſd.cog. Corn.conſ.181.num.1.vol 2.Cephal.conſ.148.num.11.lib.2. Decian.conſ.118.num.10.vol.3.* in præſenti caſu omnem probationem ex vtroque illo inſtrumento ſuper hoc contractu facto, eiuſdemque confirmationibus deducendam eſſe exiſtimamus.

Cum enim inter cętera probationum genera illa † probatio, 78
quę fit per inſtrumenta, poſtremum locum non obtineat. *tot.tit.ff.& Cod.de fide inſtrument.& in Decretal.extra eod.* tum vero in propoſito probatio iſta tanta eſt fortior, quod de vtroque illo inſtrumento non dubitetur, ſed vtrunque ex vtraque parte in confeſſo ſit, prout ex actis hinc inde apparet.

Atque vt maxima ex parte Dominorum Comitum in controuerſiam traheretur, obſtaret tamen ipſis ſubſcriptio,
quam † propriis manibus fecerunt, qua ſubſcriptione omnino in contractum conſenſiſſe, eumque plene comprobaſſe 79
cenſentur, *l.ſicut.§.non videtur.verſic.ſed ſi ſubſcripſerit.ff.quibus mod.pign.vel hypothec.ſoluit.l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure dot.leg.contractus.verb.ſubſcriptione partium confirmata. Codic.de fide inſtrument.l.final.§.ſubſcriptionem.Cod.de iure deliber. Bartol.Angel.Fulgoſ.Caſtrenſ.Iaſon & alij Dd.communiter in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.*

Nam paria ſunt ſcribere & ſubſcribere, nihilque intereſt ſua manu quis inſtrumentum ſcribat an ſubſcribat, dict.§.non videtur, *l.Caius.ff.de pignorat.action.* Angel.*in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de verbor.obligation.* Bald.*in Authent.contra qui propriam.col.2.verſ.item quaero.C.de non numer.pecun.Innocent.in c.quoniam contra.de probat.* & ibid. Felin.*nu.43.verſ.habes ergo doctrinam.* Menoch.*de arbitrar.iud.quæſt.caſu 94.numer.14.* vbi ait, ſubſcriptionem repreſentare totam ſcripturam cui ſubiicitur.

80 Obſtaret etiam ſigillatio, quam † & ipſam operari approbationem & ratificationem ait Bald. *in cap. 1. verb. imperialem clementiam. numero 7. de pace conſtant.* Roman. *conſilio. 303. numero 2.* Schurff. *conſil 17. num. 13. centur. 3.* Capel. Tholoſ. *deciſion. 24.* Crauet. *de antiquit. tempor. parte prima. §. quæritur. numero 44.* & plus operatur quam ſubſcriptio. *Purpurat. in repetit. l. admonendi. numero 117. ff. de iure. iur. quem allegat & ſequitur VVeſembec. conſilio decimo quarto. numero tertio. atque poſt hos omnes nouiſſime Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſione 1302. volum. tertio. per diſcurſum.*

81 Accedit vtrique † inſtrumento auctoritas publica, & non Archiepiſcopi duntaxat, ſed & Imperatoris Romani ipſius, cum tamen ad hoc, vt inſtrumentum eſſet publicum, etiam ſolius Archiepiſcopi, tanquam loci iſtius ſuperioris atque magiſtratus, ſuffeciſſet. *per textum in §. ſed etſi. Authent. de inſtrument. caut. & fide. & tradita à Speculat. de fide inſtrument. § primo.*

82 qui † Archiepiſcopus in ſuo territorio, atque rerum ſuarum, inter quas ratione directi dominii eſt caſtrum N. cum ſuis pertinentiis, contemplatione, idem ius habet, quod habet Cæſar in Imperio & rebus ſuis, *ita docet Bartol. in l. infamem. numer. 14. ff. de public. iudic. Felin. in ca. qui in eccleſiarum. numer. 32. & ſeq. de conſtitut. Alexand. conſil. 2. nu. 9. vol. 1. Caſtrenſ. conſil. 34. nu. 1. & 5. verſ. concluditur. vol. 2. Socin. ſen. conſ. 66. num. 12. vol. 3. Socin. iun. conſil. 98. num. 1. vol. 3. Curt. iun. conſil. 61. num. 9. Iaſ. conſil. 103. num. 2. volum. 4. Zaſi. conſ. 1. num. 21. volum. 2. Schurff. conſi. 18. numer. 2. centur. 3.*

83 Huiuſmodi inſtrumentum publicum † tres dicitur habere præſumptiones, quod ſit ſolenne, quod ſit verum, & quod ſit partium conſenſu perfectum. *Gloſſ. in l. iuriſgentium. §. quod fere. ff. de pact. & ibi Iaſon numero 1. notant omnes in cap. 1. ad audientiam. de præſcript. Cotta in memoral. verb. inſtrumentum præſumitur. Neutzan. libr. 6. Syluæ nupt. numer. quadrageſimo ſeptimo. verſicul.*

item

item in dubio. Dec. conſil. 36. numero ſexto. Bald. conſil. 59. volum. 3. Socinus iunior conſil. 189. num. 14. volum. 2. Roland. à Vall. conſil. 96. num. 11. volum. 2.

Atque adeo vtrunque hoc inſtrumentum † de controuer- 84
ſo contractu factum, tanquam publicum ſui natura probationem conſtituit manifeſtam. *Iaſon. in l. in princip. num. 10. ff. de oper. noui nunciat. Alexand. conſ. 37. numer. 16. volum. 2. Crauet. conſil. 10. numer. 17.* inducens rem liquidam & euidentem, *prout dicit Bald. in l. quoties. C. de iudic. Alexand. conſil. 119. numer. 5. vol. 2. & conſil. 135. num. 5. volum. 6. Paris conſil. 110. num. 95. volum. 1.* quo pertinet quod dicitur, quod inſtrumentum publicum ſit veritas apparens, probatio probata, forique diſceptatione non indigens. *Bald. in l. Imperator. colum. 1. ff. de ſtatu homin. & conſi 400. vol. 5. Angel. in l. intereſt. notab. vlt. Cod. de ſolut. Dec. conſil. 488. col. 2. Cacher. deciſ. Pedem. 117. nu. 1. Ioſ. Lud. deciſ. Perus. 26. nu. 13 & deciſ. 50. num. 5. deciſ. 82. num. 3.* de quo dubitandum non ſit, ſicuti nec de caſu legis dubitari ſolet, *vt dicit Bald. conſ. 215. colum. 2. volum. 2. Roland. à Vall. conſil. 57. num. 4. volum. 3. & conſil. 46. numer. 7. vol. 2.*

Ex quibus dubium non eſt quin heredes P. intentionem ſuam in vtroq; inſtrumento habeât fundatam, ſiquidem iuris eſt,
vt † is intentionem ſuam fundatam habeat, qui inſtrumentum 85
publicum pro ſe habet, *Dec. conſ. 307. Socin. iun. conſ 93. nu. 16. vol. 3. Rol. à Vall. conſ. 61. nu. 2. vol. 1.*

At vero contractus † in eſſentia ſua is & talis eſt, qui & qua 86
lis in prima ſui figura in inſtrumento apparet, *Bald. in l. regiſti. §. ſi tibi. in fine. ff. de rebus credit. ſi cert. petat. Barbat. conſil. 65. colum. 3. volum. 4. Neuizan. conſ. 87. numer. 40. Socinus ſenior conſ. 90. colum. 3. verſ. ex quibus ſine hæſitatione. volum. 3. Cephal. conſ. 496 num. 46. libr. 4. Decianus conſilio 21. num. 8. volum. ſecundo. & conſil. 62. num. 3. vol. 3.*

Ex vtroq; autem illo inſtrumento in caſu propoſito apparet

contractum emptionis & venditionis celebratum eſſe, atq; illum duplicem. Priorem quidem ſimpliciter, atq; eſt cenſus ſiue reditus annui mille, & in altero mille ducentorum aureorum: poſteriorem vero conditionalem, ipſius nimirum caſtri N. & ipſius pertinentiarum, vtraque tamen cum pacto de retrouendendo.

Et ad priorem quidem illam quod attinet, quin eiuſmodi reditus ſiue cenſus annui emptio & venditio fieri potuerit, ex
87 hoc conſtat, quod † contractus cenſus emptionis de iure eſt licitus, textus eſt expreſſus *in c. 1, & 2. in extrauagantibus. de empt. & vendit.* Hoſtienſ. Ioann. Andr. Innocent. Cardinal. & Panormitan. *in cap. in ciuitate. de vſur.* Panormitan. *in dict. cap. conqueſtus. colum. penult. octauo caſu. eod.* Bald. *in cap. 1. colum. final. verſ. extra quæro. de iureiur.* Laurent. de Rodolph. *in cap. conſuluit. quæſtione 11. de vſur.* Alberic. *in l. iubemus nulli. §. fin. colum. 3. verſicul. quid de tali contractu. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in Diction. verb. vſura. el3. verſic. quid de illis.* Iaſon. *in l. 1. C. de ſumm. Trinit.* Lapus *alleg. 137. numer. 15.* Tiraquell. *de vtraque retract. §. 1. gloſſ. 1. numer. 16.* Bald. *conſil. 154. volum. ſecundo. & conſil. 133. & conſil. 200. volum. 3* Roman. *conſil. 202.* Caſtrenſ. *conſil. 289. volum. 2.* Cuman. *conſil. 81.* Barbat. *conſil. 66. colum. 3. & ſequent. volum. 2.* Bertrand. *conſil. 5. numer. 4. volum. 3.* eamque communem & veriorem eſſe opinionem ſcribit Andr. Gail. *2. obſeruatio practic. 7. numero quinto.* Secundum quam in Parlamento Grationopolitano iudicatum eſſe refert Franc. Marc. *deciſ. 21. part. 2.* atque in Curia etiam Romana ita determinatum teſtatur Oldrad. *conſil. 207.*

Atq; in tantum eiuſmodi emptionis & venditionis contractus licitus eſſe cenſetur, vt tametſi ſint, qui exiſtiment ſi reditus ſuper incertis fundis aut rebus conſtituatur, vel ad ſolutionem reditus ſola perſona obligetur, eo caſu emptionem & venditionem hanc licitam non eſſe, prout ſenſit Innocent. *in d. c. in ciuitate.* & multi alii quos retulit Did. Couarr. *lib. 3. variar.*

reſolut.

reſolut.cap.7.nu.5. plures tamen contrarium ſenſerint, imo licitam eſſe, teſte Deciano *conſil.2.nu.72.& 73. volum.1.* quorum ſententia conſuetudine generali paſſim recepta ſit, & in Camera Imperiali obtinuerit, vt atteſtatur Andr. Gail. *d.obſeru.7.num.13.*

Annuus enim † iſte cenſus ſiue reditus locum mercis tenet, 88
qui inter immobilia computatur, *vt eſt tex.in Clem exiui.§.cumque annui reditus.de ver.ſignificat.& in Auth.de non alienand aut permutand. in princ. & in l.ſi quis inquilinos. in princ. ff. de legat.1.& in l.iubemus nulli. in princip. Cod. de ſacroſanct.Eccleſ.& in l. hac edictali.§. his illud. C.de ſecund. nupt. Alexand.& Iaſon in l. à diuo Pio.§. fin.ff.de re iudicat. Idem Alexand.in l.ſi conſtante.§ final.colum.fin. ff.ſolut.matrimon. Tiraquell. de vtroque retract.§ 1.gloſſ.6.nu.4.cum ſimilibus.*

At vero contractum eiuſmodi annui reditus ſiue cenſus initum eſſe, diſerta & expreſſa vtriuſque inſtrumenti verba demonſtrant, & quidem non ſuper incerto fundo aut re aliqua incerta, neque vt ad ſolutionem reditus ſola perſona obligetur, ſed ſuper caſtro certo, prout ſonant formalia verba: Daß wir (intellige Comites, ante nominati, vt venditores) dem Ehrnueſten vnſerm lieben beſondern Chriſtoph von S. vnnd von H. (& in altero inſtrumento Achim vnnd Chriſtoph P.) jhren Erben / Erbnemen / ſamptlich vnnd ſonderlich / vnnd mit jhrem guten Wiſſen vnnd Willen dieſes vnſers Brieffs wiſſentlichen vnd getrewen Einhabern (hi ſunt emptores) ein tauſent (in altero inſtrumento zwölffhundert) gute volwichtige Rheiniſche Goldtgülden jährlicher Nutzungen vnnd Renthe (hæc merx eſt ſiue res vendita) von vnnd auß vnſerm Hauß vnnd Ampt N. auch allen deſſelben Nutzungen / Gefällen / Renthen / Zinſen / Gülden / Aufffkommen vnd Zugehörungen / 2c. (res certa ſuper qua reditus ſiue cenſus iſte annuus conſtituitur, qua tamen opus non fuiſſet, cum conſtitui etiam potuiſſet ſuper re incerta,

ſecundum ea quæ ſupra dicta ſunt) eines rechten / beſtändigen auffrichtigen (quibus verbis vt ex toto tenore inſtrumenti conſenſus in contractum certum innuitur) verkauffs (hic exprimitur contractus nomen, qui in iure dicitur emptio & venditio) vor vns/vnſere Erben vñ mitbeſchriebene (repetuntur venditores) verkaufft haben / verkauffen (repetitur nomen contractus verbis diſpoſitiuis) jhnen (repetuntur emptores) ſolche jährliche Renhte/ (repetitur merx vendita) in Krafft dieſes vnſers Brieffs in der allerbeſtändigſten Form / als zu Recht am kräfftigſten geſchehen ſoll/ kann vnnd mag (adiicitur hic clauſula omni meliore modo) vor zwantzig tauſent gute vollwichtige onuerſchlagene Goldgülden/gut von Goldt/vnd ſchwer gnug von Gewichte. (hic exprimitur precium in pecunia numerata)

89 Contractus autem † quis & qualis ſit initus, ex verbis & nominatione contrahentium dignoſcitur. *Bartol. in l. cotem. §. qui maximos. quæſt. 5. ff. de publican. Caſtrenſ. in l. Ariſto. num. 4. ff. de donation. & in Authent ex teſtamento. colum. 2. verſic. ſed certe. C. de collation. Angel. conſ. 2. Aretin. conſ. 55. Oldrat. conſ. 159. dub. 1. Dec. conſil. 32. colum. 2. & conſ. 208. colum. 2. Alexand. conſilio 3. numer. 1. volum. 1. Curt. conſil. 53. in princip. Barbat. conſil. 2. volum. 2. Grat. conſ. 107. numer. 7. volum. 1. Pinel. ad l. 2. part. 2. cap. 2. num. 1. Cod. de reſcindend. vendit. Crauet. conſil. 20. numero 4. & 13.* & in ſpecie quod, quando contrahentes vſi ſunt verbo emptionis & venditionis, illud proprie ſignificet ipſum contractum emptionis & venditionis, ſcribit Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſum. 104. nu. 25. verſic. primo mea hæc opinio.*

90 Aliunde enim melius † ac luculentius mens ac propoſitum contrahentium in re dubia non eluceſcit, quam ex nomine, quod ipſimet contractui expreſſim indiderunt. *Ripa in l. 2. numero 30. & ibidem Alciat. num. vigeſimo quarto. & Purpurat. num. 51. ff. de rebus credit. ſi cert. petat. Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 30. gloſſ. prima, numero ſecundo. & ſequent. Neuizan. conſ. 92. in princip.*

Cephal.

Cephal. conſ. 117. numer. 9. & ſequent. & conſil. 178. numer. 13. & ſequent. & communiter ita teneri teſtatur Eman. Soarez. in theſaur. Commun. opin. in verb. contractus. numer. 303. & ſequent. Villalob. ibidem litera C. verb. Contractus. numer. 192. Cacheran. deciſ. Pedemontan. 139. numer. 23. & 24. Riminald. iun. conſil. 77. num. 6. volum. 1. & contrahentes in dubio voluiſſe cenſentur, quod verba important, l. Nepos Paulo. ff. de verbor. ſignificat. Iaſon. in l. eam quam. colum. 7. verſic. & pondera diligenter. C. de fideicommiſſ. & in l. ſi quis filium. colum. 1. in fin. C. de liber. præter t. Nec contrahentium voluntas præſumitur à verbis aliena, l Labeo. §. Idem Labeo. ff. de ſupellect. leg. Decianus. d. conſil. 2. numer. 63 volum. 1. ſiquidem ex verbis voluntas & mens hominis ſumi dicitur, Bald. in l. ſed & reprobari. ff. de excuſat. tutor. Alexand. conſ. 1. nu. 29. volum. 3. Oldrad. conſil. 53. colum. 2. Burſat. conſ. 258. num. 1. lib. 3. eademque mentis conceptum ſignificant. Corn. conſ. 272. num. 5. volum. 4. Alciat. reſponſ. 104. num. 14. Curt. iun. conſ. 63. nu. 6. & conſil. 569. in princip. Crauet. conſ 161. nu. 12. nullumque maius eſt diſpoſitionis ac mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas verborum inſpecta, Bal. in c. 1. de teſt. & in l. & in epiſtola. C. de fideicom. & in l. cum quidam. col. penult. C. de impuber. & aliis ſubſtitut. & in cap. ſuper literis 3. de reſcript.

Nam verba contractus ſunt lex contractus. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. l. contractus. vbi Dec. Cagnol. & Dd. ff. de reg. iur. illiſque ſtandum eſt vt textui. Oldrad. conſ. 258. ideoq; dicuntur dare formam contractui, vt dixit Bal. in l. quoties. nu. 4. C. de ſuis & legit.

Hinc eſt, quod dicitur à nominatione & verbis contractus non eſſe recedendum, l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verborum obligation. l. fideiuſſores magiſtratuum. ff. de fideiuſſor. l. final. Cod. commun. vtriuſque iudic. quam regulam eſſe tritam dicit Cephal. conſ. 543. nu. 4. lib. 4. Sed præciſe potius ex verbis eius contractum iudicandum, dicit Aret. conſ. 55. Dec. conſ. 305. nu. 1. Ripa qui alios citat in tract. de peſte. par. 2. ver.

Sextus

Sextus caſus. nu. 31. & 32. neque quærendam eſſe aliam declarationem, ſed ſumendam eam contractus ſpeciem, quam verba demonſtrant, ait Soc. ſen. *conſ. 19. nu. 7. vol. 1.*

Et in genere traditum eſt, id actum cenſeri, quod eſt ſcriptum, *cap. dudum, vbi Panormitan. notab. vlt. de conuerſ. coniug. Baldus & Salicet. in l. final. Cod. de falſ. cauſ. adiect. Bald. conſilio 189. numer. 3. volum. 2. Socinus ſenior conſil. 55. numer. 20. Cephal. conſil. 259. numer. 32. libr. 2. & conſil. 335. num. 25. libr. 3. Burſat. conſil. 33. nu. 11. libr. 1.*

Eadem ratione in confirmatione Domini Archiepiſcopi, quæ ad inſtantiam Dominorum Comitum facta eſt, videmus contractus huius nomen expreſſum eſſe, ibi, auff einen rechten beſtändigen Widerkauff eingethan vnnd verkaufft / vor viertzig tauſent vollwichtige Rheiniſche Goldtgülden / vnnd jhnen die Poſſeſſion deſſelbigen Hauſes wircklichen tradirt haben / daß ſie einen der jren zu mehrer Sicherheit darauff haben / ꝛc. Ex quibus verbis ſatis manifeſte, etiamſi ex verbis ipſius inſtrumenti vtriuſque principalis id non appareret, conſtare poſſet, contractum hunc non eſſe cõtractum ſimpliciter pignoratitium, ſed
91 emptionis & venditionis. Actus enim † ſubſequens declarat quis fuerit actus antecedens, *glo. in §. Pauonum. Inſtit. de rerum diuiſ. Dec. in l. quamdiu. numer. 24. Cod. qui admitti. Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 26. numer. 7. & regul. 3. præſumpt. 33. num. 4. Crauet. conſil. 77. num. 10.* quandoquidem præſumptio voluntatis partium, & à priori, & à poſteriori, & ab vtroq; ſimul actu deprehenditur, *vt docuit Bald. in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi. Soc. ſen. conſ. 87. col. pen. verſ. confirmantur etiam. vol. 1 facit l. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſ. & l. Titio. §. idem reſpondit. ff. de verbor. obligat.*

Cum autem verba clara ſint, contractum emptionis & ven-
92 ditionis importantia, ſeipſa ſatis interpretantur, vt † interpretatione alia non indigeant, *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat 3. l. continuus. §. cum quis. ff. de verbor. obligat. Decius. in leg. prima.* C. de

C. de ſeru. fugit. Felin. in c. qualiter & quando. de accuſation. Iaſ. con. 99. vol. 1. Curt. iun. d. conſi. 569. in princip. vbi dicit, quod vbi non conſtat de clara mente, verbis inhærere debeamus. Idem reſponderunt Cæphal. conſil. 137. nu. 10. lib. 1. & conſi. 765. nu. 13. lib. 4. Burſat. conſil. 13. nu. 37. lib. 1. Tiber. Decian. conſi. 72. nu. 3. vol. 2. & conſ. 41. n. 21, vol. 3. Imo interpretatio aliqua ne admittenda quidem ſit, aut voluntatis quæſtio. Bart. in l. quod conſtitutum. ff. de teſtament. milit. Ioan. Andr. in c. ſcienti. de regul. iur. in 6. Panor. in c. ſi diligenti. col. 13. verſ. quæro cum gloſſa. de foro compet. Rol. à Vall. conſi. 79. n. 56. vol. 3. vbi dicit, quod vbi verba clara ſunt, ea ne conſuetudine quidem interpretationem recipiant, etiamſi actus periret, Iaſ. in l. quoties. ff. de verbor. obligat. Crauet. conſil. 288. col. 2. in fin. Rol. à Vall. conſil. 62. nu. 23. vol. 3. Quoniam vbi verba clara ſunt, & perſpicua, calumnioſa eſt quæcunque alia interpretatio, Bald. in authent. niſi rogati. col. 2. verſ. nam vbi. C. ad Senatuſconſul. Trebellian. Paris conſi. 1. nu. 29. in fine. & conſil. 3. num. 53. vol. 3. Grammat. conſi. ciuil. 105. nu. 6. & 7. vbi præciſe ait, in caſu claro omnem interpretationem eſſe calumnioſam. Deci. conſ. 97. nu. 47. vol. 2. Idem reſpondit Burſat. conſi. 36. num. 204. lib. 4. vbi ait, quod interpretatio in claris ſuperflua & cauilloſa dicatur, allegans ad hoc Curt. conſ. 29. col. 3. Gloſſ. & Dd. in l. quicquid adſtringendæ. ff. de verbor. obligat. & infirmitas eſt intellectus, quærere coniecturas, cum habemus verba clara, dicit Bald. in leg. certo generi. §. 1. ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. & in leg. voluntatis. notab. 1. C. de fideicommiſſ.

Et in ſpecie quod, vbi verba inſtrumenti, & contractus clara ſunt, à verbis non recedendum, ſed ex iis contractus iudicandus ſit, neque interpretatio admittenda, reſponderunt Deci. conſil. 32. col. 2. & conſ. 208. col. 2. & conſ. 468. col. 2. Tib. Dec. conſ. 49. nu. 31. vol. 2.

Ita cum verba pacti clara ſunt, nec conſtat de contraria contrahentium voluntate, à verbis pacti recedendum non eſt, ita dicit Bartol. in l. non dubium, col. 2. verſic. ſecundum dubium eſt. C. de le-

de legib Bal.*in l.iuriſgentium.§.pactorum.ff.de pact.* Angel.*con 2.colum.2.* Aretin.*conſi.66.col.1.in fine.* Alexan.*conſ.116.colu.3.vol.2.* & in pactis atque ſtipulationibus ſiue contractibus verba, ex quibus obligatio oritur, inſpicienda eſſe multis confirmat Dec. *conſi.423.nu 2.*

Sic à verbis claris renunciationis iuratæ non eſſe recedendum conſuluerunt Oldrad. *conſil.132. colum. 2.* Socinus *conſil. 34. colum. 2. volum.4.* Alexand. *conſil. 29. colum. ſecundo. in fine. vol 3.*

Idem quod, cum verba clara ſunt, non vltra de interpretatione aliqua aut de mente & voluntate alia inquirendum ſit de teſtatore, qui voluntatam ſuam verbis claris expreſſit, reſpondit Socinus iunior. *conſil.3.numer.36.& conſil.71. numer.9. volum.1.* Bald.*conſil.122.in fine.volum.1.* Caſtrenſ.*conſil. 71. in fin. volum. 2.* & plura ad hoc adducunt Iaſon *in l.ſi ancillas. in fine.ff. de legat.1.& conſi.66.in princip.vol.3* Rol. à Vall.*conſil.39.nu.49.vol. 4.* Decian.*conſil.9.num.36.vol.1.* vbi ad hoc allegat text.*l.3.C.de liber.præterit.d.l.ille aut ille.ff.de leg.3.l.in conditionib.primum locum. ff.de condit. & demonſtrat.*

Similiter cum legis verba clara ſunt, non ſunt interpretatione in ſenſum alienum detorquenda, aut de ratione legis ſolicite inquirendum, vt ait Bald. *in l.Gallus.§ ſi eius.vbi etiam Alex.nu.2.ff.de liber.& poſthum.*

Et cum verba ſtatuti clara ſunt nunquam interpretatio tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat Dec.*conſil.503.nu.4.& conſi. 658.n 2.in fin.& conſ.693.n.1.* Bald.*conſ.343.vol.1.* vbi dicit, quod vbi verba ſtatuti clara ſunt, non ſint admittendæ gloſſæ. Idem Bal.*conſ.174.in fin.vol.2* vbi dicit, quod quando videmus verba clara ſtatutorum, cauillationes Aduocatorum non ſint admittendæ, etiãſi diſpoſitio ipſa ſtatuti dura eſſet. Idemq; in verbis conſuetudinis claris procedere reſpõdit Dec.*con 49.vol.2.* Cæphal.*conſ.138.lib.1.* quem vtrunq; refert & ſequitur Rol. à Vall. *conſ.62.n.22.vol.3.* Decian.*conſ.2.n.102.vol.2.* vbi dicit, cum clara

ſunt

ſunt verba ſtatutorum & decretorum nullus relinquitur diſputationi locus, atq; de Iudice, quod ſententiam ſuam declarare nequeat, cum eius verba clara ſunt, reſpondit Cæphal. *conſi. 638. nu. 39. lib. 5.* ex auctoritate Bartoli, Angel. Imol. & Aretin. *in l. ab executione. ff. de appell.*

Cæterum etiamſi ipſa verba clara & expreſſa non demonſtrarent, contractum hunc controuerſum eſſe emptionem & venditionem: tot tamen & tam multæ circa hoc negotium concurrunt circumſtantiæ, ex quibus variæ inducuntur præſumptiones, quibus contractum emptionis & venditionis initum eſſe oſtendi poteſt.

Principio cum conſtet vtrinque contractum eſſe aliquem initum, ſed dubitetur quiſnam ille ſit, in dubio † illo contra- 93
ctum potius emptionis & venditionis, quam quemuis alium præſumendum eſſe, tradit Ripa *in leg. 2. in princip. num. 31. ff. de rebus credit. ſi cert. petat.* per textum *l. apud Celſum. §. ſed cum legitima. ff. de doli except. leg. fin. Cod. de præd. curial. libr. 10.* & conſulendo ſecuti ſunt Roman. *conſi. 86. col. 2.* Socin. *conſi. 156. col. fin. vol. 1.*

Quæ præſumptio tanto eſt fortior, quod ipſo iuri innititur non nouo tantum, ſed etiam veteri, quo † contractus em- 94
ptionis & venditionis patebat latiſſime, vtpote qui omnibus omnino alienationibus adhiberi ſolitus fuerit, *per textum in leg. ſtatuliberi. in fine. ff. de ſtatuliber. leg. ſicut. §. venditionis. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſoluit. facit §. præterea. Inſtit. quibus mod. ius patr. ſoluit. & principium Inſtitut. de teſtament. ordinand.*

Deinde ſi forma rei dat ſuum eſſe & nomen, prout dictum eſt, & forma emptionis venditionis in contractu hoc controuerſo reperitur, quæ eſt in conſenſu, re quæ vendatur, & pretio, quo res ematur, dubium amplius supereſſe non poteſt, quin hic contractus pro emptione & venditione habendus ſit. At paulo ante oſtenſum eſt, in hoc contractu eſſe partes contractus emptionis ac venditionis ſubſtantiales,

atque adeo formam contractui emptionis ac venditionis indi-
95 tam à iure hic obſeruatam eſſe. Sicut autem † forma deſtructa rem ipſam deſtrui neceſſe eſt, ita forma poſita neceſſe eſt rem poni. *l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhibend. l. Seia. ff. de annuis legat. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſacti. l. qui vſumfructum. ff. de vſufruct. Clem. 1. §. 1. de ſumm. Trinit. c. prudentiam. §. 1. vbi Ioann. Andr. in verb. citra formam. de offic. deleg. cap. cum ceſſante. de appellat. Iaſon. in leg. vniuerſis. num. 3. C. de precib. Imperat. offer. Crauet. conſil. 230. num. 3.*

Et in ſpecie probatis his tribus, probatam ſatis cenſeri emptionem & venditionem, multis proſequitur Ioſ. Maſcard. *de probation. concl. 608. per diſcurſum. vol. 2.*

Præterea particula illa, Vor/ in vtroq; inſtrumento poſita & æſtimationem rei, & pretium rei inducit, præſertim cum ad-
96 dita ſit verbo, Verkauffen. At vero † vbi prætii ſit mentio, contractum emptionis & venditionis præſumi, ſcribunt gloſſ. *in d. l. apud Celſum. §. ſi cum legitima.* Bald. *in l. ex conuentione. C. de pact. & in l. cum dotem. nu. 2. C. de iure dot.* Iaſon. *in l. 1. num. 23. C. de iure emphyteut.* Dec. *in l. imaginaria. num. 1. ff. de reg. iur.* & ibidem Cagnolus, Alciat. *in l. 2. in princip. num. 26. ff. de reb. credit. ſi cert. petat.* Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 2. nu. 1.* Fabian. de Monte. *in tract. de empti. & vendit. quæſt. 1. ad finem.* Paris *conſil. 82. num. 7. & conſil. 73. nu. 10. vol. 3.* Socin. iun. *conſil. 61. nu. 3. & 7. vol. 1.* Iaſ. *conſi. 45. nu. 3. vol. 1.* idque pro ſingulari reputat Marſil. *ſingul. 105.* & pro regula tradit Socin. *reg. 116. & 141.* & nouiſſime Menoch. *d. præſumpt. 104. nu. 33.*

97 Idem de æſtimatione † dicitur, vt præſumi faciat cõtractum emptionis & venditionis, *l. ſi res æſtimata. l. quoties. ff. de iure dot. Dd. in l. ex conuentione. C. de pact. Dec. in l. cum quid. lectur. 1. nu. 23. & l. ctur. 2. nu. 53. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. & conſ. 628 nu. 11. Aretin. conſil. 159. nu. 16. verſic. tertio hoc deducitur. Barbat. conſ. 12. col. penult. volum. 4. Socinus ſenior. conſil. 9. colum. penult. volum. 1. Bertrand. conſil. 71. numer. 4. volum. 3. Paris conſil. 64. numer. 17. volum. 4.*

Ioſeph.

Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſion. 663. per diſcurſum, volum.2.

Idq; adeo verum eſſe putatur, vt in dubio, ſi contractus initus ſit eiuſmodi, vt natura eius indifferens ſit circa translationem dominii, ita vt ex eo dominium poſſit transferri, & non transferri, æſtimatione facta contractus cenſeatur eſſe emptio & venditio, prout docet Corn. *in repetit. l ſi paſcenda. num. 7. & 45. Cod. de pact. argum. l. cum fundus. in princip. ff. locati.* Et quamuis Baldus contrarium ſenſerit, *in l. 1. num. 10. verſ. octauo quæro. C. pro Soc. & in l. cum duobus. §. damna. verſ. cuſtos & ſocius. ff. eod.* eam tamen ſententiam reprobauit Cornel. *in d. repetit. l. ſi paſcenda.*

His accedit, quod † eiuſmodi contractus, qualis in propoſito factus eſt, ex notoria Germaniæ fere totius conſuetudine, per emptionem & venditionem celebrari ſoleant, ita vt ipſi dicantur eſſe emptio & venditio, de qua atteſtatur etiam homo Italus Tiber. Decian. *conſil. 2. nu. 71. & 79. verſ. quarto comprobantur. vol. 2.* Quæ cum † vniuerſalis ſit, ad omnia etiam loca extendenda eſt, per regulam iuris qua dicitur, quod idem iuris ſit in parte, quod in toto, *l. quæ de tota. vbi gloſſ. & Dd. ff. de rei vendicat. l. iuriſgentium. §. adeo. vbi Iaſ. & Dd. ff. de pact. l. an pars. ff. pro derelict. cum ſimilibus.* Inde enim intulerunt Doctores, vt quæ obſeruantur in prouincia tota, eadem in quolibet loco particulari ſubiecto obſeruata cenſeantur. *Bart. in repetit. l. 2. quæſt. 36. Cod. quæ ſit long. conſuetud. Anton. de Butr. in cap. fin. colum. 38. de conſuetud.* quod adeo verum eſt, vt ad probandam conſuetudinem particularem ſufficiat allegare conſuetudinem generalem Prouinciæ, cui locus ille ſubiectus eſt. *c. fin. de offic. vicar. Schurff. conſil. 66. nu. 10. centur. 1. Mynſing. Reſpon. 13. nu. 11 VVeſemb. con. 4. n. 71. cum ibi allegatis.* & ad probationem conſuetudinis cuiuſdam loci de communi vſu, in diſtrictu & territorio eius loci obſeruato docere ſufficit, textus eſt *in c. ſuper eo, de cognat. ſpiritual.* Innocent. & alii *in c. dilecto. de offic. ordinar. Mynſing. Reſponſ. 32, nu. 27.*

98 (beside "His accedit") · 99 (beside "Quæ cum †")

100 Et vero generale eſt, vt † ea quæ fieri conſueuerunt, facta eſſe præſumantur, per textum *in leg. quod ſi nolit. §. aſsidua. ff. de ædilit. edict. leg. eum qui. C. de epiſcop. & Cleric. l. ſi quis donaturus. in fine. ff. de vſufruct. l. ſi ſeruus plurium. in fine. ff. de legat. 1.* facit textus *in cap. ex parte. de cenſibus. & in cap. 1.* vbi Panormitan. & Canoniſtæ. *De cleric. non reſiden.* Idem tradit Bald. *in rubric. Cod. de fide inſtrument. numer. 8. verſic. Item quia*, per textum, quem ad hoc reputat ſingularem, *in leg. penult. Cod. de fideiuſſor.* Idem Bald. *in leg. incendium. in fine. Cod. ſi cert. petat.* Iaſon *in leg. ſciendum. numer. 2. ff. de verbor. obligat.* Sapia *in l. ſi emancipati. numer. 30. Cod. de collation. Crauet. de antiquitat. tempor. part. 4. num. 230.* Cotta *in memoral. in verb. facta non præſumuntur.* Nicol. Euerhard. *in loco ab vſitato.* Bald. *in l. 2. nu. 25. C. de reſcind. vendit.* vbi dicit, quod quis præſumatur illud facere, quod fit communiter.

101 In ſpecie autem, quod † actus à conſuetudine interpretationem recipiat, textus eſt *in c. dilectus. de conſuetud. & in l. minime. & in l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Felin. in ca. cum M. nu. 8. de conſtitut. gl. in §. omnis. verb. confeſtim. Inſtitut. de verbor. obligat.* & ꝙ in contractibus inſpiciatur mos & conſuetudo regionis atque loci, docet Bartol. *in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regul. iur. & in l. contraxiſſe. ff. de obligation. & action. Alexand. poſt Bartolum in l. nemo ff. de duobus reis, facit l. ſi fundum. ff. de euiction. Panormitan. in cap. ad noſtram. de rebus eccleſ. non alienand. Schrader. conſil. 34. num. 133. tomo. 1. conſiliorum Germaniæ. Burſat. conſil. 256. num. 14. libr. 3.* Innocent. *in cap. olim. de verbor. ſignificat.* vbi dicit, quod quælibet diſpoſitio recipiat interpretationem ab eo, quod conſuetum eſt fieri in illa regione, in qua facta eſt, quod dictum cõmuniter approbatum eſſe teſtatur Tib. Decia. *conſi. 31. num. 144. vol. 1.* Idem Decian. *conſil. 4. num. 7. vol. 2.* vbi dicit, quod omnis diſpoſitio, ſiue legalis ſiue ſtatutaria, ſiue contractuum ſiue vltimarum voluntatum, recipiat interpretationem à conſuetudine.

Vnde

Vnde dicitur, quod † illud, quod conſueuit apponi in contractu, licet appoſitum non ſit in inſtrumento contractus, habeatur pro appoſito, vt multis probat Anton. Gabriel. *lib. 6. de conſuetud. concluſ. 3. nu. 35.* Euerhard *in dicto loco ab vſitato ſeu ſolito. num. 3.* vbi allegat regulam generalem, quam tradidit Innocent. *in d. c. olim tibi. de verbor. ſignificat.* Quod omnis diſpoſitio mundi ſiue legalis, ſiue vltimarum voluntatum, ſiue cōtractuum recipiat interpretationem & ſuppletionem à conſuetudine, & ab eo, quod fieri ſolet, vt refert & ſequitur Panorm. *in c. certificari. de ſepultur.* & confirmat Gabriel. *lib. 6. de conſuetud. concluſ. 1.* 102

Nec dubium eſt † quin, vt maxime nulla emptionis & venditionis facta fuiſſet mentio, contrahentes eo tempore quo contrahebant, ſi interrogati fuiſſent, quemnam contractum celebrare intenderent, reſpondiſſent de contractu emptionis & venditionis. At quod contractus ita ſint interpretandi, vti contrahentes ſi eſſent interrogati nominaſſent, eſt *gloſſ. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & eſt bonus tex. in l. Titius. §. Latius, ff. de liber. & poſthum. Iaſon in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Bald. in l. 1. C. quæ res pignor. obligar. poſſ. & conſil. 473. col. 2. in fin. vol. 5. Dec. conſil. 156. & conſil. 697. nu. 7. & ſeq. & conſil. 555. col. 1. Alexand. conſil. 24. col. penult. vol. 2.* quemadmodum ēt de teſtatore dicimus, quod id expreſſiſſe & ſcripſiſſe cenſendus ſit, de quo mentem & voluntatem ſuam explicaſſet, ſi de eo interrogatus fuiſſet. *Gl. & Iaſ. in d. l. tale pactum. §. fin. Dec. conſ. 313. n. 1. Curt. ſen. conſil. 29. num. 2. Roland. à Vall. conſil. 70. volum. 3. conſil. 25. num. 20. volum. 4. Bero. conſil. 102. numer. 13. volum. 2. Menoch. conſil. 128. num. 24. & conſil. 173. nu. 66. lib. 2. Burſat. conſil. 202. numer. 38. libr. 2. & conſil. 227. num. 4. libr. 3. Capic. deciſ. Neapol. 69. num. 20. Mantica de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 3. tit. 19. nu. 4. Nic. Euerard. in loco A veroſimili.* 103

Neq; etiam veroſimile eſt, Ioachimum P. & Conſortes tantam vim pecuniarum ſub contractu tam periculoſo, qualis eſt pigno-

pignoratitius mutuo daturos fuiſſe, vt pecuniam, quam in vna ſumma numerarunt, diuerſis vicibus & fruſtillatim, magno ſuo non tantum labore, ſed etiam damno reciperent, præſertim cum ipſis nulla cum Dominis Comitibus intercederet notitia familiaris, & pecuniã ſuam in vſus longe meliores & certiores collocare poſſent. E contrario autem veroſimile eſt, voluiſſe ipſos pecuniam ſuam in tuto, quam potuit fieri maxime, collocaturos fuiſſe, omnemq; moleſtiam, laborem atq; curam à ſe remouere voluiſſe.

104 Nemo enim † ſuum iactare præſumitur. *l. cum de indebito §. qui enim ſoluit. ff. de probat. l. finali, ibi, neque enim ſic homo ſimplex. C. arbitrium tutelæ. l. Campanus. ff. de operis libert. gloſſ. in l. ſi heres. la 1. §. fin. in verb. errorem. C. ad Senatusconſult. Trebellian. gloſſ. in c. quia veroſimile. in verb. conceſſerit. de præſumption. Afflict. deciſ. 13. num. 21. Paris conſil. 39. nu. 5. vol. 4.* Quilibet enim auarus præſumitur. *per gloſſ. in leg. quæ dotis, verb. tenebitur. ff. ſolut. matrimon. Ioſeph Maſcard. de probat. concluſ. 150. volum. 1.* & quilibet ad conſeruandum potius tendit, quam ad perdendum, vt atteſtatur Paris *d. conſi. 39. nu. 6.* per textum *in c. ſuper hoc. de renunciat. & d. l. cum de indebito.*

105 Nec pręſumitur quis rerum ſuarum † eſſe negligens, cum in dubio diligentię potius pręſumptio capiẽda ſit, *c. niſi. de præben. c. deputati. de appellat. Cyn. in l. ſi quis decurio. C. ad leg. Cornel. de falſ. Alexand. conſil. 45. volum. 1. Panormit. conſi. 41. num. 2. vol. 1.* maxime in his, quæ reſpiciunt factum & commodum proprium, *Alberic. in leg. item Mela. §. Celſus. ff. ad leg. Aquil. Salicet. in l. 1. Cod. de communi ſeruo, Roman. conſil. 51. numer. 9. Socinus conſil. 187. vol. 1.*

Cum autem veroſimile non ſit vt dictum eſt, Ioachimum P. & Conſortes contractum tam periculoſum pignoratitium inituros fuiſſe, ei conſequens eſt, vt eum initum eſſe exiſtimandum non ſit, quoniam quod † veroſimile non eſt, ſpeciem ha-
106 bet falſitatis, *l. milites. §. oportet. C. de quæſtion. Bald. in leg. 1. col. 3. C. de Ser-*

de ſeru.fugit. & in rubr. Cod. de probation. Alexand. conſil.17. vol.2. Grammat.conſil. crimin 9.nu.2.Cæphal.conſil.85.nu.38. & conſil.738. nu.21.& conſil.709.nu.30.lib.5.Decian. conſi.18.nu.119.vol.1. Menoch. conſil. 230 nu.89. & conſil 248.nu.21.lib.3.& conſi.375.num.23. lib. 4. ideoq; conſiderabile non eſt, *l.qui habebat.ff.de legat.3.Ruin.conſ. 1.n.2.in fin.vol. 2.* multo minus vt credi debeat.*l.fin.ff.de eo quod metus cauſa.l.Mæuius.in princi.ff.de legat.2.l.Titia cum teſtamento.§. qui in vita,ibi,non eſt veroſimile.ff.de legat.3.Dec.in c.propoſuiſti.n.16. verſ.ſed ad hoc reſpondetur.de probation.Anch.conſi.330. col.4. & conſi. 257.col.fin.Crauet.conſil.281.nu.5.Cæphal.conſil.721.nu.48.lib.5.Dec. conſ 8 nu 12.vol.2.*

Et in ſpecie quod interpretatio non veroſimilis,aut quæ veroſimilitudini repugnat, fugienda ſit,tex.eſt *in cap.ſi inſpicimus de reg.iur.in 6.l.in obſcuris.ff.eod.* Rom.*conſil.445.* Cæphal.*conſil. 149.nu 16.lib 1.*

E contrario autem Ioachimus P. & Conſortes, cum ipſorum non intereſſet,tantopere cõtractum hunc celebrare cum Dominis Comitibus, non præſumuntur contra commodum ſuum laborare voluiſſe, ideoque veroſimile non eſt, voluiſſe ipſos contractum inire ipſis damnoſum & laborioſum, ſed ſibi potius quam optime ex omni parte proſpicere,atq; adeo contractum emptionis & venditionis potius inire voluiſſe. In dubio † etenim nemo præſumitur velle aliquid dicere vel fa- 107
cere contra ſeipſum,cum ordinata charitas incipiat à ſeipſa, *l. præſes.C. de ſeruitut. & aqua.late Igneus in l.1.§.ſi ſibi manus. numer. 7.ff. ad Senatusconſult. Velleian. Crauet. conſil.8. nu.15.& 16.*

Atque hanc veroſimilitudinem, quod nemo præſumatur contra commodum ſuum laborare, in materia probationum magni † eſſe momenti omnes notant *in l.ſi duo, in princ.ff. de iu- 108
reiurand.& in cap.licet cauſam.de probat.* & probatur *in l. non eſt veroſimile.ff.quod metus cauſa.& in l.ſed et ſi ſuſceperit.§.1 ff.de iud.& in l.ſi extraneus.ff.de condict.ob cauſam.& in l.ſi debitor.§. veroſimile eſt. ff.de contrahen.*

Et in genere traditum eſt, quod ſicut veriſimilitudo in coniicienda teſtatoris voluntate principem locum obtinet, *per textum l. cum res. in princip. ff. de legat. 1. l. ſicut certi. & l. ſi cum vel in vtero. Cod. de teſtament. milit. l. Titius. §. Lucius Titius. ff. de liber. & poſthum. l. cum auus. ff. de condition. & demonſtrat. l cum in teſtamento. ff. de rebus dub.* ita in coniecturanda voluntate & mente contrahentium maxime valeat *d. l. in obſcuris. d. l. ſemper in ſtipulation.* atque ſecundum veriſimilitudinem omnes diſpoſitiones regulari docet Iaſon *in d. l. ſi extraneus. nu. 13.* Dec. *conſ. 127. nu. 10. & conſ. 189. col. 2. verſ. ad hoc facit.* Crauet. *conſ. 298. nu. 13.*

109 Quæ † autem veroſimilia ſunt habentur pro expreſſis. *Dd. in l. Titius § 1. ff. de liber. & poſthum. gloſſ. in l. tale pactum. §. finali. in fine. ff. de pact. Afflict. deciſ. Neapolit. 44. nu. 26.* ideoq; ea interpretatio in hoc etiam caſu pro emptionis & venditionis cõtractu capienda, quoniam maxime veroſimilis eſt, & quæ veriſimilitudinem continet interpretatio ea ſequenda eſt. *l. 1. ff. de appellation.* quem textum ad hoc allegat Dec. *in c. propoſuiſti. n. 16. verſic. ſed ad hoc reſpondetur. de probat.* Crauet. *de antiquitat. tempor. part. 1. n. 214* Bald. *conſi. 343. vol. 1* Menoch. *lib. 2. de arbit. iud. quæſt. caſu. 199. nu. 10. & conſ. 231. n. 61. & con. 277. n. 58. lib. 3. & conſi. 307. nu. 24. li. 4.* quia qui arguit à veroſimili, is arguit à ratione naturali, cum veriſimilitudo naturæ cognata ſit. *Bald. conſil. 180. num. 3. vol 3.* & pro lege habetur, vt eſt dictum ſingulare Oldradi *conſil. 13.* quos refert & ſequitur Crauet. *conſil. 292. num. 6.* inde inferens, eùm, qui habet veroſimile pro ſe, habere caſum legis, *argum. d. l. ſemper in ſtipulationibus. & gloſſ in d. l. tale pactum. §. fin. Idem Crauet. conſil. 85. nu. 24. & conſil. 135. nu. 33. latiſſime Nicol. Euerhard. in locis legal. in loco. A veroſimili. & Tiraquell. in præfatione. dict. leg. ſi vnquam. nu. 37. & ſeq. C. de reuocand. donat. & nouiſſime Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 1042. num. 7. vol. 3. Decian conſi. 8. nu. 13. vol. 2. Menoch. conſil. 210. nu. 40. lib. 3. Burſat. conſ 368. nu. 37. lib. 4.*

110 Nec opus † eſt ad hanc veriſimilitudinem comprobandam pro-

probatione aliqua magna, ſed probationes etiam leuiores ſufficiunt, ſiquidem iuris eſt quod, quando agitur de probando aliquid, quod eſt veroſimile, probationes etiã leuiores ſufficiant, vt notant omnes *in d. c. veroſimile.* cum concordantibus adductis per Dec. *conſ. 596. nu. 7. & conſ. 510. nu. 1. & 2.* ſicuti è contrario ad probandum vel perſuadendum id, quod non eſt veriſimile clariores & fortiores probationes requiruntur. *d. c. quia veroſimile, vbi Panormit. notab. 2. Speculat. de probation. §. fin. col. fin. Bald. in l. tranſactionem. C. de tranſaction. Alexand. conſ. 109. in fine, vol. 3.*

Quæ omnia coadiuuantur ex eo, quod † Iudex ſemper debet applicare animum ad ea, quæ communiter in ſimilibus de quibus agitur ſolent fieri à bonis patribusfamilias & ſenſatis viris, prout tradit Bald. *in l. cum dotem. C. de iure dot. & in l. neque natales. Cod. de probat.* cum ſimilibus multis aliis, de quibus Alexand. & Dec. *in l. non hoc. C. Vnde legit.* & Bald. *in c. fin. notab. vltimo. de cauſi poſſeſſ. & proprietat.* ſicuti quotidiana experientia docet contractus emptionis & vẽditionis potius, quam pignoratitios ſolere fieri à bonis patribusfamilias, & prȩſertim etiam eo loci, atque in illa regione, in qua hic contractus celebratus eſt. 111

Quod ſi etiam in dubio † illa ſumenda eſt interpretatio, ne quis indebite damnum ſentiat, prout ſumenda eſt, *per textum l. 3. §. 1. ff. de recept. arbitr. l. ſi idem cum eodem. verſic. ne in poteſtate. ff. de iuriſdict. omn. iud. c. l. ſed ſi pupillus, §. ſed ſi alias. ff. de inſtitor. action. Menoch. dict. caſu. 199. num. 15.* Item illa ne quis deceptus remaneat. *c. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. cum multis citatis à Crauet. conſil. 91. nu. 11 poſt Caſtrenſ. conſ. 285. vol. 1. & probauit Menoch. d. caſu. 199. nu. 16.* non videmus quomodo contractus controuerſus accipi poſſit pro contractu pignoratitio, quoniã hoc dato Domini Comites lucrum perciperent, heredes autem Ioachimi P. & Conſortum forent in damno, maxime ꝙ ſummis diuiſis admiſſuri ſiue recepturi eſſent ſolutionẽ pecuniȩ, 112

à ſe vna vice atque in vna ſumma numeratæ. At ſi contractum controuerſum dicamus eſſe emptionem & venditionem, neutra pars contrahentium grauatur præ altera, ſed habent Domini Comites hoc commodum, quod interim pecunia numerata vſi ſint, atq; vtantur etiamnum; Ioachimus vero P. & Conſortes, nunc vero ipſorum heredes hoc cōmodum, q̃ loco pecuniæ, qua ipſis interim fuit carendum, fructus perceperunt.

Eſſet ſane valde iniquum habere vnum duntaxat lucrum, alterum commodum, aut certe facto Dominorum Comitum heredes P. eſſe in damno aliquo, contra regulam iuris, qua di-
113 citur, alteri † per alterum conditionem iniquam inferri non debere. *c. non debet, de reg. iur. in 6. l. iniquiſſimum. ff. de iur. & fa cti ignorant.* & quod factum cuique ſuum non alteri nocere debeat, *l. factum cuiq. ff. de regul. iur. l. 1. ff. de alien. iudic. mutand. cauſ. fact.*

In damno autem, atq; eo quidem haud exiguo, heredes P. futuros ſi contractus hic habeatur pro pignoratitio, atq; è contratio ſi habeatur pro emptione & venditione, omnia ad æquitatem reductum iri manifeſtius eſt, quam vt vlla probatione opus habeat.

114 In omnibus † autem, maxime vero in iure, æquitatis habenda eſt ratio, *l. in omnibus. ff. de regul. iur. l. penult. §. final. ff. de condition. & demonſtrat. l. bona fides. ff. depoſ. l. 4. §. 1. ff. de incend. naufrag. l. in fundo. ff. de rei vindicat. c. fin. de tranſact. c. fin. §. fin. de iureiur.* illaque interpretatio ſumenda, quæ æquitati magis innitatur. *Dec. & Cagnol. in d. l. in omnibus. Iaſon in l. placuit. C. de iudic. Bald. in l. cum allegas. in fine. C. de vſur. & conſil. 411. volum. 1. Socin. ſen. conſi. 59 col. 7. in fine. vol. 1. Crauet. conſil. 135. nu. 37. Menoch. d. caſu. 199. nu. 4.* adeo vt Bald. *in l. ſi defunctus. col. fin. verſ. & nota. Cod. de ſuis & legitimis.* dixerit æquitatem eſſe omnium pleniorem & certiorem modum interpretandi etiam leges, idemq; notant omnes *in d. c. fin. de tranſact.*

Quod ſi vero ita caſus ferret, vt ęquitas inter ſe collideretur,
115 eſſet † tamen illa præferenda, quæ maior eſt, maioremq; con-

tinet

tinet benignitatem, *per tex. in l. fin. C. qui bon. ceder. poſſ. Socin. ſen. conſil 25. col. 8. verſic. Nono probatur. vol 1. Menoch. d. caſu. 199. n. 6. & conſ. 306 nu. 20. & conſ. 322. nu. 8. lib. 1.* Facit quod licet alias, ſi gloſſa referat duas opiniones, ſtandum ſit vltimæ, id tamen non procedat, ſi prior ſit æquior, vt multis confirmauit Iaſ. *in l. ſi idem. §. fin. nu. 3 ff. de iuriſd. & omnium iudic.*

Idque tanto magis procedit, ſi per interpretationem eiuſmodi conſeruaretur aliqua æqualitas, prout conſeruatur ſi cõtractum controuerſum accipiamus pro emptione & venditione. Inter contrahentes enim † æqualitas ſeruanda eſt. *leg. cum* 116 *emptor ff. de reſcind. vendit.* & in dubio interpretatio fieri debet, vt contrahentium conditio æqualis ſit. *l. ſi id quod. § fin. ff. eod. l. penult. in fin. C. commun. diuid. Crauet. conſil. 70. nu. 1.* ſiquidem æqualitas eſt pacis conſeruatiua, & inæqualitas operatur oppoſitum. *Soc. conſil. 21. nu. 7. vol. 3.*

Præterea cum † contractus emptionis & venditionis cæteris 117 contractibus ſit & dicatur eſſe fortior, ideoq; cæteros contractus necare, *argum. l. ſi te ſolum. l. ſi ita ſcriptum. ff. de heredib. inſtituend. & l. emptorem. C. de locat. Dec. conſil 278. col. 2. in princ. verſ. ſed breuiter.* in propoſito ex hac etiam cauſa contractus inter Dominos Comites & Ioachimum P. & Conſortes celebratus emptionem & venditionem eſſe arguitur.

Actus enim qui † eſt dubius ex eo iudicatur, quod plus va- 118 let. *Bar. in l. Ariſt. nu. 2. ff. de donation. Dec. in l. imaginaria. nu. 2 ff de reg. iur. Boer. quæſt. 144. nu 2. Affl. &. deciſ. 72. nu. 2. Didac. Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 4 n. 9.* Et in ſpecie de contractu, quod in dubio interpretandus ſit ex eo quod præualet, docet Bart. *in l. 1. ff. locat.* Alexand. *conſil. 119. nu 2. vol. 5.* Rube. *conſi. 142. col. fin.* vbi ait, quod, quando ex iiſdem verbis poſſunt concurrere duę ſpecies contractus, illa præualeat, quæ eſt potentior. Refert & ſequitur Roland. à Vall. *conſil. 50. nu. 64. & 65. vol. 3. & conſi. 1. nu. 67. vol. 4.*

Ad hæc verba vtriuſq; inſtrumenti ſunt contractui emptionis

nis & venditionis conuenientiſſima, cum ſint nonnulla, quæ contractui pignoratitio non tam accommodari poſſunt.

Pactum enim expreſſum interuenier, daß das Hauß N. gantz ohnberechnet bey den Kauffern bleiben ſolle/ quod pactum eſt contra naturam pignoris & hypothecę, vt probat Tib. Decian. *conſ. 35. nu. 43. & 44. vol. 2.*

119 Inter omnes autem conuenit, quod † interpretatio verbis conueniens ſumenda ſit. *l. 4. §. toties. vbi Bart. & alij. ff. de damno infect. l. ita autem. in princ. vbi idem Bart. ff. de excuſat. tutor. l. hos accuſare. §. omnib. ff. de accuſat. l. 1. §. loquitur. ff. de magiſtrat. conueniend. l. Falci. § 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. c. indemnitat. §. ſed cum eas. de elect. in 6. Bald. conſ. 383. col. 2. vol. 5. Caſtrenſ. con. 35. in prin. vol. 1.* Atq; hæc omnia tanto ſunt grauiora & fortiora ad probandum con-
120 tractum hunc eſſe emptionem & venditionē, quod † etſi contractus emptionis & venditionis perfectus ſit, quando ſimpliciter conſenſus interuenit, etiamſi res nondum tradita, nec pretium ſolutum ſit, *l. 2. C. de contrahend. empt. l. in venditionib. ff. de reſcind. vend. l. non eſt. C. eod. l. conſenſu. ff. de act. empt. cum ſimilib.* fiat tamen ad hunc finem, vt pretium ſoluatur & res tradatur, quod niſi fiat actiones empti & venditi ad contractum illum conſummandum proditæ ſunt. *tot. tit. ff. & C. de action. empti & venditi.* Contractus autem pignoratitius ex conſuetudine ita plerunq; fieri ſoleat, vt hypotheca potius, quam pignus conſtituatur, hoc eſt, vt ſicut dominium ita poſſeſſio etiam rei oppignoratæ ſiue hypothecatæ penes debitorem maneat, nec in creditorem transferatur. §. *item Seruiana. Inſtit. de action. cum ſimilibus.*

Quare cum ex eo, quod fieri ſolet, interpretatio capienda ſit, vt ſupra dictum, atq; hic ſit contractus emptionis & venditionis, non cōtractus pignoratitii effectus, vt poſſeſſio transferatur, atq; vt poſſit interdum eſſe etiam cōtractus pignoratitii, non tamen ſemper, ſemper aūt effectus ille ſit contractus emptionis & venditionis, emptionem & venditionem potius,

quam

quam pignus contractum eſſe exiſtimandum eſt, ex eo quod dicitur contractum quemlibet æſtimandũ eſſe ab effectu, *vulg. l. ſi vno ff. locat. l. inſulam. ff. de præſcrip. verb. cum ſimilib.*

Quod tanto magis in propoſito dicendum eſt, quia vna cum effectu coincidunt & conueniunt etiam verba, cum alias à ſolo etiam effectu contractus denominationem accipere ſoleat, quando effectus eſſet cõtrarius & incompatibilis cum verbis, iuxta notata per Bal. *in l. 2. C. commodati.* & per Panorm. *in c. conſtitutw. de relig. dom.* Tib. Decian. *conſ. 23. num. 6. vol. 2.* idemq; reſpondit Dec. *conſ. 413. nu. 5.*

Quo pertinet quod dicitur, ſi † dubitetur quis contractus 121 ſit, attendẽdum eſſe quid contrahentes principaliter egerint, vt notant Bart. & Bal. *in l. ſi emptione, per iſtum textum. ff. de contrahend. empt.* Bart. *in l. 1. col. 2. verſ. quæro extra gloſſam.* atque ibidem Iaſ. *in fin. ff. de rer. permut.* cum multis concordantibus, de quibus per Titaquell. *de retract. conſanguin. § 30. gl. 1. n. 2. & ſeq.* quos in ſpecie permutationis & emptionis allegat & ſequitur Tib. Decian. *d. conſ. 23. nu. 7.* vbi dicit, quod quando verba ſunt clara, quia per contrahentes talis contractus appellatur, nulla eſt dubitatio, quin concurrente intentione principali cõtrahentium conformi verbis iudicandus ſit contractus prout nominatus fuit: Quod haud inepte ad hunc præſentem noſtrum caſum accommodare poſſumus, vt dicamus dubitari non debere contractum cõtrouerſum eſſe emptionem & venditionem, cum & verba clara atq; diſerta emptionis & venditionis in inſtrumento deſuper confecto reperiantur, & effectus cõtractus emptionis & venditionis ex eo quod heredes P. etiamnum in poſſeſſione caſtri N. & pertinentiarum ſunt, atq; reperiuntur, omneſq; aliæ circumſtantiæ idem demonſtrant.

Cęterum vel ſola hęc poſſeſſio, in qua vt dictum eſt, heredes P. extra controuerſiam ſunt, atq; reperiuntur, ipſis ſufficeret ad hoc vt interpretatio contractus pro ipſis, non pro Dñis Comitibus facienda eſſet. In dubio † enim illa ſententia amplecten- 122 da eſt,

da eſt, illaque interpretatio ſumenda, quæ ſtat pro poſſeſſore. *Barto. in l. 1 §. non autem. ff. de bonor. poſſ. ff. ſecund. tabul & in l. ſi inter. ff. de reb. dub. Socin. in l. qui duos. §. cum in bello. ff. eod. Dec. in l. fin. nu. 52. C. de edicto D. Adr. tollend. & in l. in part cauſa, vbi etiam Cagnol. ff. de reg. iur. Iaſon in l. 1. colum. 2. in fine. ff. ſolut. matrimon. gl. notab. in l. idem erit. ff. de ſtatu homin. & in c. afferte. de præſumption. & in cap. nulli dubium 12 q. 5 Bald. in cap. Capitulum S Crucis col. 1. verſicul. quid ſi eadem die, de reſcript. vbi etiam Felin. colum penult. Dec. in ca. paſtoralis. nu. 8 eod. & conſil. 467. poſt principium. & conſ. 489. in princip o.*

Hinc concurrentibus duob. teſtamentis, de quorum prioritate non apparet, ille heres præferendus eſt, qui poſſidet, vt notat Bart. *in l. 1 §. non autem. ff. de bonor poſſ. ff. ſecund. tabul* Idem Bartol. *in leg. ſi inter virum. in fine. ff. de reb. dub* Dd. communiter *in dict. leg. fin. Cod. de edict. D. Adrian. tollend.* Bald. *conſil. 274. vol. 2.*

Inde etiam eſt, vt cum dubitatur, an feudum ſit antiquum, vel nouũ, poſſeſſio arguat feudum antiquum eſſe vel nouum, prout poſſeſſori vtilius erit atque commodius, vt communiter traditur *in c. 1. §. fin. de grad ſucceſſ. in feud.* Iaſon *in prælud. feudor. nu. 97. in fine.* Crot. *in l. re coniuncti. col. fin. ff. de leg. 3.* Curt. iun. *in tract. de feud. part. 1. quæſt. 8, num. 16. verſic. illud. tamen.* Crauet. *de antiquit. tempor. part. vltima. nu. 6.* Alciat. *de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 28. numer. 2.* cum aliis allegatis à Menoch. *de præſump. libr 3 præſumpt. 93. nu 10.*

Imo in dubio pro poſſeſſore iudicandum eſt, etiam contra cauſam piam & fauorabilem, vt eſt gloſſ. *in c. ſint manifeſtæ. verſic. probantur. 12. quæſt. 1. & dict. cap. nulli dubium. 12. quæſt. 5.* Panormit. *in ca. vt vnusquiſq; in fin. de pecul. cleric.* & contra libertatem, vt tradit gl. *in l. matrem. C. de probat.* quæ procedit etiam vbi quæſtio eſt iuris, vt per Bald. *conſil. 66. vol. 1. & conſ. 105. & con. 232. vol. eod.*

Atque hoc, quod pro poſſeſſore iudicandum ſit, adeo verum

rum eſt, vt licet ipſe Actor ſit, ex poſſeſſione iſta partes ipſius cēſeantur eſſe fauorabiliores, iuxta notata ab Aret. *in c. in noſtra. in fin. de probation.* quod conſulendo ſequitur Ruin. *conſil. 137. colum. 1. volum. 5.* ad quod facit gloſſ. *in l. quoties. ver. potiorem. C. de rei vindicat.*

Quod ſi verum eſt, vt eſt, in præſenti caſu tanto magis pro heredibus P. interpretatio facienda eſt, quod ipſi etiam in effectu ſunt Rei: de Reis autem dicitur, quod † pro illis iudi 123
candum ſit, etiam ſi res videretur eſſe dubia, *c. cum ſunt partium iura. de reg. iur. in 6. l. fauorabiliores. ff. eod. l. Arianus. ff. de obligat. & action. cap. inter dilectos in fin. de fide inſtrument. cap. ex literis. de probationibus.*

Nec obſtaret etſi ex parte Dominorum Comitum probationes in medium afferri poſſent, ex quibus probabiliter colligi poſſet, contractum hunc eſſe pignoratitium, quoniam probationes quæ ſunt pro contractu emptionis & venditionis, ſi non ſunt maiores, pares certe ſunt probationibus, quæ ſunt pro contractu pignoratitio. At in † paritate vel dubietate 124
probationum præferuntur probationes poſſeſſoris, & pro eo iudicandum, vt eſt textus expreſſus *in d. cap. ex literis, de probation.* Imo ſi etiam probationes & iura ex parte Actoris in aliquo excederent, in fauorem tamen rei pronunciandum eſſet, vt docet Panormit. *in d. c. ex literis. per gloſſ. in c. Clerici. diſtinct. 81. Bald. in l. data opera. C. qui accuſare non poſſ.* Roman. *in l. 1. §. fin. & in l. illa. ff. de verbor. obligat.* Dec. *in l. qui accuſare. Cod. de edend. & conſil. 564. colum. 1.* cuius iuris rationes plures enumerat homo non Iuriſconſultus, ſed Philoſophus Ariſtoteles *in proplemat. sect. 29. cap. 13.* vbi in ſpecie hanc quæſtionem format, cur, ſi ſuffragia pari numero & Actori & Reo fuerint, Reum vincere ſancitum ſit.

Quibus accedit, quod heredes P. à tot annis ſupra memoratam poſſeſſionem continuarunt, ex qua continuata poſſeſſione titulus ille emptionis & venditionis etiam leuioribus pro-

nibus, nedum tam grauibus iiſque tam multis atque variis probari poſſet, *argum. l. 2. C. de acquirend. vel retinend. poſſeſſ. gloſſ. in leg. quædam mulier. ff. de rei vendicat. & in l. ſi veritas. Cod. de fideicommiſſ.*

Atque hactenus de contractu iſto emptionis & venditionis priori, qui fuit ſimplex. Quod autem ad poſteriorem attinet, eum non minus eſſe contractum emptionis & venditionis atque ſuperiorem, eiuſmodi tamen qui ſit ipſius caſtri N. & pertinentiarum, & quidem ſub conditione, id præterquam ex argumentis nonnullis iam ſupra deductis manifeſtum eſt, liquido etiam conſtare poteſt ex vtriuſque inſtrumenti verbis diſertis. In illo enim ita legitur: Vnd da auff benannte Zeit/die oben beſchriebene tauſent (in altero, zwölffhundert) Goldtgülden jährlicher Renthen S. vnnd H. (in altero P.) vnnd jhren mitbeſchriebenen vollkommlich nicht erlegt oder bezahlt/oder ſo wir mit Erlegung der Hauptſummen zur Zeit der Widerlöſe ſäumig würden/oder ſonſten am Vnderhalt deß Hauptmanns oder andern ſtücken/ Puncten vnnd Articuln/ darzu vns dieſer gegenwärtige Brieff verpflichtet/ mangel vorfiele/welches doch nicht ſeyn ſoll/dann ſollen gedachte vnſere Gläubigere vnd jre mitbeſchriebene Fug / Recht vnd Macht haben / vielberürt vnſer Hauß vnnd Ampt N. mit aller ſeiner Nutzung vnnd Zugehörung gantz vnberechnet vor die beſampte 20000. Goldtgülden Hauptſummen / vnd vor 1000. (in altero 1200.) Goldtgülden jährlicher verſchriebener Renthen ſelbſt einzunemmen vnnd vor einen ſtarcken / auffrichtigen Widerkauff zuhaben vnd zubehalten / biß ſolang wir jhnen vnd jhren Mitbeſchriebenen die obgenannte 20000. Goldtgülden / ſampt allen auffgelauffenen Renthen vnnd beweißlichen/ ob dero welche hinderſelbig wehren/ zu guter Gnüg entrichtet vnd widergeben haben/ꝛc.

Ex quibus verbis apparet, primum quod caſtrum N. & pertinentiæ eius vendita ſint, & alterum quod vendita ſint ſub conditione, eaque duplici ſimul coniuncta, nimirum ſuſpenſi-

na &

ua & reſolutiua, de qua † conditionis ſuſpenſiuæ & reſoluti- 125
uæ diſtinctione eſt gloſſ. *in l.2.ff. de in diem addict.* & ibidem Alberic. Tiraquell. *de retract. conuention. §.2. gloſſ 1.nu.74.& in d.l. ſi vnquam.in verb.reuertatur.nu.283.* Socin.ſen. *conſil.vltimo.nu.2. vol.3.* Bero *conſil 60. num.16.volum.1.* Paris. *conſi.92.num.22.vol.3.* Tiber. Decian. *conſil.8.num.71.vol.1.* Grammat. *deciſ. Neapolit. 58.nu.10.*

Ad cognoſcendum † autem an conditio ſit ſuſpenſiua vel 126
reſolutiua, in contractibus adhiberi ſolet hæc diſtinctio, quod aut conditio reſpicit perfectionem contractus, & tunc eſt ſuſpenſiua, aut reſpicit diſceſſum à contractu, quem pro perfecto habent contrahentes, aut conditione ſuſpenſiua exiſtente pro perfecto habituri ſunt, & tunc dicitur reſolutiua, vt probat tex. & gl. *in d.l.2.ff. de in diem addict.* quam ibidem ſecuti ſunt Alber. & Caſtrenſ. Socin. *in l. quibus diebus. §. quidam Titio. num. 7. verſicul. præterea. ff. de condit. & demonſtrat.* Tiraquell. & Paris. *ſupra dictis locis.*

Subeſſe autem in caſu propoſito eiuſmodi conditionem ſuſpenſiuam, apparet ex verbis illis, vnd da/ & mox, dann/ vel quod idem eſt, alsdann ſollen/ rc. quæ dictiones important conditio-
nem. Dictio † enim, vbi, conditionem inducit, *Bar. & cæteri in l.* 127
ſi ita ſcriptum. §. ſi ff. de leg. 2. Idem Bart. in l.1.col.7. verſ. vlterius quæro. ff. de condiction. & demonſtrat. maxime ſi exponatur per dictionem, ſi, vt hoc loco, quod poſt gloſſam tradit Bar. *in d.l.1.col.2. verſ. tertio caſu.*

Idem colligitur ex verbis futuri temporis vorſiele/ & mox dan ſollen/ rc. quoniam cōditio tum demum perfectionem contractus reſpicere dicitur, atq; adeo pro ſuſpenſiua habetur, quando verba reſpiciunt tempus futurum, *d. l.2. verb. ſin autem hoc actum, vbi gloſſ. in verb. conditionalis. Tiraquell. in dict. l. ſi vnquam, verb. reuertatur. nu. 283.*

Hæc conditio contractui huic poſteriori dedit formā *Bal. in*

Authent. matri & auiæ. C. quand. mul tut. offic. fung. poſſit. Felin. in cap. cum dilecta. colum. 6. verſicul. ſecundum ſignum. de reſcript. Dec. in l. 3. colum. 2. numer. 3. Cod. de inſtitut. & ſubſtitut. & conſil. 11. nu. 9. cuius conditionis hæc eſt natura, quod nullum omnino producit effectum interim dum pendet. *l. cedere diem. ff. de verbor. ſignificat. cum aliis adductis per Aretin. conſ. 32. in princip. & Alexan. conſ. 22. vol. 6.*

At vero poſteaquam à Dominis Comitibus tempore debito pecunia ſoluta non eſt, atque adeo conditio extitit, ab eo tempore, quo tempus definitum lapſum eſt, dubium non eſt quin hic contractus emptionis ipſius caſtri & pertinentiarum effectum ſuum ſumpſerit, atque ab eo tempore hæc ven-
128 ditio pro pura habenda ſit. Omnis † enim diſpoſitio conditionalis conditione impleta effectum ſortiri debet, perinde ac ſi eſſet pura. *l. hæc venditio, in princip. ff. de contrahend. empt. l. ſed etſi de ſua. §. 1. ff. de acquirend. vel omittend. heredit. Bertrand. conſi. 45. nu. 12. & conſil. 88. nu. 5. & conſi. 108. nu. 6. vol. 1. Soc. iun. conſ. 172. nu. 18. vol. 2.* Sicut è conuerſo conditione defecta eſt perinde ac ſi diſpoſitio facta non fuiſſet, *l. pecuniam quam. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ff. de pericul. & commod. rei vend. Socin. iun. conſ. 4. nu. 16. & conſ. 180. nu. 40. vol. 2. Menoch. conſi. 107. nu. 35. & 36. lib. 2.*

Non ſolum autem pura redditur diſpoſitio conditione eue-
129 niente, ſed † retrotrahitur etiam ad tempus contractus facti, vt perinde ſit atque ſi ſtatim contractu inito extitiſſet, & contractus non conditionaliter, ſed pure initus fuiſſet, *l. quod dicitur. ff. de teſtament. milit. l. ſi filiusfamilias. in princip. ff. de verbor. obligat. l. Lucius. ff. qui potior. in pignor habeant. Crot. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 135. ff. de vſucap. Ruin. conſ. 139. nu. 7. vol. 2. Alciat. reſponſ. 131. nu. 5. Socin. iun. conſ. 41. nu. 5. & conſ. 96. nu. 6. & conſ. 71. nu. 9. vol. 3. Neuiz. conſ. 82. nu. 5. Cephal. conſ. 716. nu. 10. lib. 5.*

Quin autem emptio & venditio ſub conditione fieri poſſit,

nullum eſt dubium, §. *fin Inſt. de empt. & vendit. l. hac venditio. l. cum ab eo ff. eod.*

Perfecto igitur purificatoq; hoc contractu quocunq; tempore ex pacto conditionis iſtius reſolutiuæ res vendita redimi poteſt, quoniam ita quidem vẽditio facta eſt, vt tamen D. Comitibus ius redimendi reſeruatum fuerit, quod pactum eſſe licitum tex. eſt *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* Hoſtien. Ioan. Andr. & alii *in d. c. ſignificante. & in d. c. in ciuitate.*

Vt autem Ioachimus P. & Conſortes de hoc poſteriore contractu emptionis & venditionis in euentum tanto eſſent certiores, Domini Comites per conſtitutum poſſeſſionem dicti caſtri protinus ceſſerunt, vt apparet ex verbis illis: Vnd darauff haben wir jetzo alsbald genannten S. vnd H. (in altero Joachim vnd Chriſtoph P.) vnd jhren mitbeſchriebenen daſſelbig vnſer Hauß vnd Ampt N. mit aller ſeiner Zugehörunge / wie obſtehet / zu Schuffe vnd Bezahlung jhrer verſchriebenen Renthe / vnd Vergewiſſigung obgenannter jhrer Hauptſummen in ein wircklich e jnnhabende Poſſeſſion vnd Gewehr für ein außtrücklich / wahr / recht Vnderpfand eingethan vñ eingeweiſet / ꝛc. At ſi ſolutio tempore cõſtituto non fieret caſtrum proprio nomine poſſidendum conceſſerunt, vt apparet ex mox inſequentibus verbis: Wann auch vnſere Gläubigere das Hauß N. vor ſich ſelbſten auff die Nichthaltung einbekommen / ꝛc. ex quibus verbis inter ſeſe collatis colligitur manifeſta diſtinctio poſſeſſionis eius, quam Ioachimus P. & Conſortes habere debebant illis annis, intra quos pecuniam numeratam exoluere debebãt, & poſſeſſionis eius, quã habere debebant poſt annos illos exolutione iſta non facta, nimirum vt illa ex conſtituto haberetur nomine Comitum, hæc vero nomine ꝓprio & vt litera inſtrumẽti ſonat, vor ſich ſelbſten.

Nam † per conſtitutum poſſeſſionem ſiue ciuilem ſiue naturalem transferri poſſe extra controuerſiam eſt. Paris. *conſil. 128. num. 11. & ſeq. vol. 1.* Rol. à Vall. *conſ. 57. nu. 22. vol. 3.* Neuizan. *conſ. 82. nu. 14. & 27.* Natta *conſ. 71. nu. 3. & ſeq. vol. 1.* Bero. *conſil. 4.* 130

nu.8.& conſi.158.nu.1.vol.1. Menoch. *de recuperand.poſſeſſ.14.nu.25.* vbi dicit ita omnes DD. tenere *in l. quod meo.ff.de acquirend.vel amittend.poſſeſſ.*

Etſi vero videri poſſit caſtrum N. cum pertinentiis in omnẽ caſum traditum eſſe ob cenſus annuos & ſecuritatem debiti: ſunt tamen ea, quę in inſtrumento deſcripta ſunt non ſeparãda ſed coniugenda, ita vt ratione etiam, prout diſtinguantur, adeoq; non minus reſpectu poſterioris, quam prioris, emptionis caſtrum traditum eſſe intelligi debeat, maxime cum clauſula illa, vnd darauff haben wir / ꝛc. immediate ſequatur diſpoſitionem illam, qui ad emptionem ipſius caſtri N. cum ſuis perti-
131 nentiis ſpectat, & iuris ſit † quod clauſula generalis reſtringatur ad proxime præcedentia. *per l.fin.§.cui dulcia.ff. de vino tritic. & oleo legat.* & ſequentia regulentur à præcedentibus, per tradita ab Alex *conſ.109.nu.2.vol.7.* Corn. *con.272.nu.4.vol.4.* Curt. ſen. *conſ.75.nu.13.& ſeq.*

Maxime vero vrget etiam illud, & enixam contrahentium voluntatẽ, quod contractum hunc non oppignorationem, ſed empt. & vend. eſſe voluerint, arguit, quod nõ ſimpliciter duntaxat contraxerunt auff einen Widerkauff/ quod tamen per ſeipſum ſuffeciſſet ad oſtẽdendum nomen & ſubſtantiam huius contractus, ſed cum adiectione illa expreſſa, auff einen ſtarcken
132 Widerkauff. Cum enim verba † alias cum effectu *l.1 §.hæc autem verba.ff.quod quisq; iur.d.l.4 §. condemnatũ. ff.de re iudic.* & vt ſupra demonſtratum eſt, in omnib. diſpoſitionib. ſemper in pleniori ſignificatu accipiẽda ſint, tum vero multo magis effectum ſortiri debent in id quod ſonant, & plenius interpretanda ſunt, ſi de contrahentium voluntate etiam conſtet, quod plene interpretari debent. Nam videntur contrahentes ſtudioſe omne id quod cõtractui huic obiici poſſet remouere voluiſſe eo ipſo, quod voluerunt, daß derſelbig auff einen ſtarcken Widerkauff gerichtet vnd geſchloſſen ſeyn ſolte. Et ſane hæc verba, auff einen ſtarcken Widerkauff/ pignoris contractui nunquam conuenire poſſunt,

ſunt, vtpote cuius naturæ repugnent. At quin emptionis contractui conueniāt, nemo ſanus dubitauerit, adeoq; cū verba iſta cōtractui pignoris non cōueniant, conueniant a. cōtractui emptionis, exinde neceſſario ſequi͛ contractum hunc non pignoratitium eſſe, ſed empt. & vendit. quoniam cui † non conueniunt verba, ei nec diſpoſitio conuenire debet. *l. 4. § toties. ff. de dam. infect. l. ita autem. in prin. ff. de adm. tutor. l. hos accuſare. § omnib. ff. de accuſat. l. quod dictum. ff. de pact.* ſicuti è contrario cui verba conueniunt, eidem etiam conuenit diſpoſitio, iurib. vulgatis. 133

Quæ confirmantur ex eo, quod iure proditum † eſt, verba non debere eſſe ſuperflua, maxime in contractib. in quib. nullum verbum vel minimum debet eſſe ſuperfluum, ſed debet aliquid operari maxime ad declarandam mentem & intentionem contrahentium *vt per Bal. in rubr. C. de contrahend. empt. q. 9. cum ſimilibus. de quib. Alex. conſ. 51. vol. 2. vol. 2 & pluribus aliis concordantib. adductis à Dec. conſ. 667. nu. 7.* cuius tamen contractum induceretur, ſi contractum hunc pignoratitium interpretari vellet, in quo verba illa, ſtarcker widerkauff/ nunq̃ verificari poſſunt. 134

Nec audiendus eſſet ſi quis diceret, verba illa ad pignoratitium contractum trahi poſſe, aut trahenda eſſe. Eſſet n. id contra iuris diſpoſitionem, quo nunquā dici poteſt pignus ein ſtarcker widerkauff: eſſet contra cōmunem vſum loquēdi & à vulgi opinione abhorreret, cum tamen in dubio ēt ex iure, ex cōmuni vſu loquendi, & vulgi opinione interpretatio non contra illa ſumenda ſit. Quod tanto minus hic ferendum eſt, cum non ſolum abuſiue illud fieret ſed etiam ficte, cum † tamen in caſu dubio verba intelligi debeant, in caſu vero non ficto, *per text. l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. geſt. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte. l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de leg 2. l. fideicom. ff. de condit. & demonſt. l. cum pater. § hereditatem. ff. de leg. 2. l. ex ea parte. § inſulam. ff. de verb. oblig.* 135

Accedit hiſce conſenſus Archiepiſc. qui diſertis & expreſſis verbis hunc contractum cōfirmauit & interpretatus eſt non vt pignoratitium, ſed vt empt. & vend. ibi, auff einen rechten beſtändigen Widerkauff eingethan vnd verkaufft/ in quo etiam cum ſatis

fuiſſet ſimpliciter dicere, auff einen widerkauff: tamen vt omnis cauillandi occaſio tolleretur, additum fuit duplex epitheton, auff einen rechten beſtändigen/quod nemo dixerit de pignore affirmari poſſe.

Atq; hæc tanto ſunt maioris momenti, quod non ſit veroſimile verbum, auff einen ſtarcken Widerkauff/ in vtroque inſtrumento principali poſitum, & poſtea in inſtrumento confirmatorio Archiepiſcopi ſi non idem tot ſyllabis, at certe eiuſdem & maioris etiam ponderis, auff einen rechten beſtändigen Widerkauff/repetitum, ſine ſingulari myſterio poſitum & repetitum ſit. Præterquam enim quod verba ſuperflua eſſe non debent,
136 vt paulo ante dictum eſt, verba illa † geminata, auff einē ſtarcken/ jtem auff einen rechten beſtändigen Widerkauff/plus importare debent, quam ſi eſſent ſimplicia, *vt notatur in l. Baliſta. ff. ad Senatuſc. Trebellian. Barto. in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 10. Roman. in l. ſi vero. §. de viro. fallent. 31. ff. ſolut matrimon.* atq; arguunt maiorē, certā atq; enixam volūtatem. *c. etſi Chriſtus. de iureiu. gl. in c. ſi quis iratus. 2. q. 3.* & vero multo magis hoc arguunt quod triplicata ſint, arg. eorum quæ tradit Ang. de tertio matrimonio, *in Auth. quomod. oport. Epiſcop. §. hoc de eo in fi. Dec. conſ. 504. n. 9.*

Et ne quis exiſtimaret de priori cōtractu verba illa, auff einen rechten beſtändigen Widerkauff/accipienda eſſe, diſerte ſeipſum D. Archiepiſc. quod ea intelligeret ēt de contractu poſteriori, interpretatus eſt, quoniam non dicitur in confirmatione die zwey tauſent/vnd zweyhundert Goltgülden järlicher Renthen vñ zinſen/ qui erant in priori contractu, ſed loquitur de ipſo caſtro & pertinentiis eius venditis: Jr Schloß vnd Hauß N. mit allen jren Dörffern/ Nutzungen/ vnd Zugehörungen/ nichts daruon außgenommen/ auff einen rechten beſtändigen Widerkauff eingethan vñ verkaufft/ꝛc. quod caſtrum & pertinentiæ eius in contractū poſteriorē veniebant, atq; ita de hoc contractu affirmat, daß derſelbige auff einen rechten beſtändigen widerkauff beſchehen/allermaß die principal Contrahenten da beuor eben denſelben Contract auff einen ſtarcken Widerkauff geſchloſſen.

At

At vero ſicuti Dominus Archiepiſcopus contractum illum non vt pignoratitium, ſed vt emptionem & venditionem confirmauit, ita qui nunc eſt Dominus Adminiſtrator pro alio atque pro contractu emptionis & venditionis contractum iſtum habere nec poteſt nec debet. Si enim † Princeps geſta & pla- 137
cita ſua à ſucceſſoribus ſuis obſeruari cupit, conueniens eſt, vt & ipſe ſuorum prædeceſſorum geſtis atque placitis venerationem præſtet, atque illa obſeruet, *cap. iuſtitia 35. quæſt. 1.* quæ ſi ipſe non obſeruet, materiam dat diſſoluendi ſua etiam geſta atque placita per ſucceſſores. Et ideo dicit tex. *in c. ſi ea 25. q. 2.* Si ea deſtruerem, quæ præceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor iure nuncuparer. Vnde dicebat Bald. *conſil 326. col. 3. vol. 1.* quod ſucceſſor Principis contraueniens factis anteceſſoris, dicatur contrauenire ſibi ipſi, ex quo ſemper eſt vnum imperium, & ab aliis expectet ſucceſſoribus, quod ipſe præceſſori ſuo præſtitit. Et quod ſucceſſor teneatur ſeruare geſta anteceſſoris ſui tenent omnes *in c. 1. de probat. & in l. digna vox. C. de legib.* Bald. & Cerer. *in l. 1. ff. de conſtitut. princip. & conſil. 281. & conſil. 271. volum. 1.* Socin. iun. *conſil. 60. nu. 29. vol. 3.* Rol. à Vall. *conſ. 13. nu. 36. vol. 3.*

Ex his omnibus, & vero illis etiam ex parte, quæ circa priorem contractum confirmandum in medium allata ſunt, atque hunc, breuitatis cauſa huc repetita volumus contractum controuerſum emptionem & venditionem eſſe iudicamus, non etiam contractum pignoratitium, quod eo conſtabit euidentius, ſi ea, quæ contra hanc noſtram ſententiam moueri poſſe ſupra dicebamus, refutauerimus, quibus vel ſolis refutatis, atque à medio ſublatis, etiamſi prædictam noſtram deciſionem nullis argumentis confirmaſſemus, apparere poteſt contractum, qui ex parte Dominorum Comitum vt pignoratitius allegatur, pignoratitium non eſſe.

Quod enim ab initio dicebatur deficere in hoc contractu contractus emptionis & venditionis partes ſubſtantiales, &

cumprimis mercem, id falſum eſſe ex ſupradictis liquido conſtat. Siue enim priorem illum contractum intueamur, ſiue poſteriorem, mercem inueniemus, in priori quidem cenſum annuum, quem inter immobilia computari & mercis loco eſſe ſupra ex iure comprobatum eſt, in poſteriori autem ipſum caſtrum N. cum ſuis pertinentiis, quod etiam quin merx eſſe poſſit, nemo tam eſt ſtolidus, qui non intelligat.

138 Etſi vero negari non poſſit pecuniam æſtimare res cęteras omnes, ipſam autem ſeipſa non æſtimari, id † tamen accipiendum eſt de pecunia quatenus ipſa æſtimantur res aliæ, quandoquidem fieri poteſt vt pecunia numerata interdum in ſeipſa ſine relatione ad rem aliam, vtpote ſpecies, non vt quantitas conſideretur, *l. ſi. ff. de condict. cauſ. dati cauſ. non ſecut.* ideoq; dicimus eiuſmodi pecuniam non eſſe pecuniam, ſed cenſum ſiue redditum, qui pro re immobili habeatur, vt præter ſupra dictos confirmat Io. Faber. *in §. fuerat. Inſtit. de action.* & communem eſſe dicunt Molinæ. *in tractat. commerc. quæſtion. 37. num. 273.* & Anton. Gabriel. *libr. 6. de verbor. ſignificat. concluſ. 8. per diſcurſum.*

Eodem modo in terminis reſpondit Tiber. Decian. *dict. conſ. 2. nu. 178. volum. 2.* vbi ita ſcribit: Reſpondendo argumentis in contrarium adductis dico non obſtare, quod pecunia non poteſt pecunia emi, quia quanquam principaliter pecunia ad emendum merces inuenta ſit, tamen nihil obſtat, quo minus ipſamet etiam merx ſit, & permutari poſſit, vt tradunt ſcribentes, qui ponunt exemplum in calceo, qui etſi prima ſui origine inuentus fuerit ad regendum pedem, non ſequitur propterea quod non poſſit & permutari & locari, & ſicut licitum eſt calceum cum calceo permutare, ita & pecuniam cum pecunia. Quod exemplum ſumptum ex Ariſtotele. *Politic. lib. 1. cap. 6. & 7.* in ſpecie declarat diuus Thomas. *de reg. princip. cap. 14.*

cap.14.& Caietan. *in tract·de Cambiis. ca.5.* & Sylueſter Prierius *in ſua ſumma.verſic. vſura. el 4.quæſt.2.&3.* Præterea negatur, quod pecunia cum pecunia commutetur, aut quod pecunia pecuniam pariat, ſed dicitur, quod emitur pecunia illud ius percipiendi 600. in anno ex prouentibus Cameræ Tiroli, vel omnium bonorum, quod quidem ius connumeratur inter immobilia, & in commercio venditionis cadit, prout & quælibet aliæ actiones & iura vendi poſſunt. Hactenus Decianus.

Quo pertinet, quod dicitur † pecuniam deſtinatam ad 139 emptionem prædiorum non cenſeri vti pecuniam, ſed vti rem mobilem, quinimo connumerari inter immobilia, vt tradit Cuman. *in l. à diuo.§.fin.ff.de re iudicat. & in l. cætera.§. ſed ſi ſeparauit.ff.de legat.1.* adeo vt nec talis pecunia alienari poſſit per minorem ſine decreto, ſicuti & alia eius bona immobilia. *Rom. in l. quid ergo.§. vſuras.verſic.quid ergo.ff. de contrar. & vtil. actione tutel.& conſ.188 dubio vltimo.*

Duplicem vero eſſe in hoc contractu mercem, prout & ipſe duplex, eſt ex ſupradictis conſtat. In emptione enim priori, quæ quamprimum ſuum ſortita eſt effectum merx eſt cenſus annuus, non caſtrum N. in poſteriori emptione, quæ tum demum effectum ſuum ſortita eſt, poſteaquam tempus ſolutioni 40000. aureorum dictum lapſum, nec ſolutio facta fuit, merx fuit ipſum caſtrum, quam ob conditionis exiſtentiam iam inde ab initio ſimpliciter & pure contractam eſſe cenſendum eſt, quaſi iam tum in anno 1561. cum prior ille contractus factus eſt, etiam poſterior hic factus eſſet, ita vt hic poſterior priorem illum iam tum abſorpſerit, ſiquidem, vt ſupra ex legibus earumque Interpretibus comprobatum eſt, conditionem haud minus in contractibus etiam retrotrahi ad tempus contractus facti, atque ratihabitionem, quod de ratihabitione ita affirmatur *in leg. final· Cod. de compenſat.* Cynus, Bartol. & alii *in l. ſi pecuniam. Cod. de negot.*

 geſt.

geſt. Bart. *in l. 1. §. ſed etſi cum quis. ff. de vi & vi armat. & in l. Pomponius. in princip. ff. de negot geſt.*

Quod vero dicebatur, verba vtriuſque inſtrumenti accommodari poſſe etiam ad pignus, id non negamus, ſed vt omnia conueniant pignori, & quod magis contractui pignoratitio, quam contractui emptionis & venditionis conueniant, id vero eſt quod negamus. Oſtenſum enim eſt inter decidendi rationes cõtractum hunc pro alio, quam pro contractu emptionis & vẽditionis, haberi nec poſſe, nec debere, præſertim quod in eiuſmodi dubio contractus potius, qui potentior eſt, ſicut contractus emptionis & venditionis ad contractum pignoratitium collatus ſine dubio fortior & potentior eſt, accipi debeat, & verba omnia ſint eiuſmodi, vt ad contractum emptionis & venditionis accommodari poſſint.

Nam verba verunderpfanden / einſetzen / & ſimilia, non minus in contractu emptionis-venditionis, præſertim eo qui ſub pacto de retrouendendo factus eſt, vſurpari poſſunt, quam in contractu pignoratitio, per ea quæ reſpondit VVeſemb. *conſil. 2. n. 91.* vbi dicit: Non omnes artificialiter diſtinguere verba & ſpecies contractuum ſciunt, quia proferuntur à contrahentibus, qui iſtas æquipollentias ignorant, vt dicit Bartol *in l. ſi neceſſarias §. annua. nu. 4. ff. de pignorat. act.* bonus text. *in l. ſi cui. ff. de ſeruitut.* Ad idem Bal. *in l. 1. nu 3. C. de fructib. & litium expenſ.* præcipue in hoc argumento, vbi magna eſt vtriuſque contractus pignoris, & retrouẽditionis ſimilitudo ſic vt nedum imperiti, verum etiam periti promiſcuis nominibus eos appellent. *Mud. ns. de pact. pignor. nu. 50* Atque inde idem VVeſemb. *tam dicto loco* his verbis infert: Quare ex circumſtantiis perpẽdendum, de vtro ſit actum, & ſecundum id verba accipienda. *Tiraquell. de retr. act. proximit. §. 30 nu. 9. & ſequent.* ac potiſſimum de retrouenditione, & quæ ibidem apud VVeſembecium latius ſequuntur. Ad idem faciunt notata à Mynſingero de differentiis aliquot ſingularibus inter contractum pignoratitium, &

pactum

pactum de retrouendendo. *centur.6. Obſeruat.70.* Sed non ſimiliter in contractū pignoratitio ſimpliciter vſurpari ſolent illa verba, auff einen Widerkauff / item auff einen ſtarcken Widerkauff / & eius generis alia.

Et ratio differentiæ manifeſta eſt, quod vbi retrouenditionis fit mentio, neceſſe ſit præſupponi emptionem, cuius reſpectu retrouenditio fieri poſſit: at non ſi contractus pignoratitius ſit, continuo idem fuerit contractus emptionis & venditionis, è contrario vero ſi contractus emptionis & venditionis ſit cum pacto de retrouendendo, res ita vendita cenſeatur quodammodo venditori eſſe hypothecata ob ius redimendi ipſi reſeruatum. Quoniam etſi dominium ipſius rei ab eo per traditionem receſſerit: receſſit tamen non irreuocabiliter, & ius illud reſeruatum rem ipſam quodammodo afficit.

Hinc eſt vt † laici ſiue imperiti ob hoc ius redimendi rem ſub pacto venditam dicant oppignoratam eſſe, quod ius facit vt emptor imperitis & laicis rem ſub eo pacto vēditam non iure proprio, ſed ad effectū duntaxat percipiēdorum fructuum, ſicut fit in Antichreſi, poſſidere, dominium autem rei apud venditorem remanſiſſe videatur, prout in ſpe etiam apud venditorem remanſiſſe, reipſa autem ad emptorem tranſiiſſe dici poteſt, vt ita vterque & emptor & venditor eius ſit dominus, ſed diuerſo reſpectu. Atque de hoc loquendi vſu apud laicos præter VVeſemb. *in d. conſil.2.nu.91 verſ. præcipue in hoc argumento*, atteſtatur nobiliſſimus ille Germaniæ Iuriſconſultus Vdalricus Zaſius *in l. de quibus. nu.59 ff. de legibus.* vbi dicit, quod tamen de errore dixi, fallit ſi in facti ſubſtantia ſit erratum, vt quia contractus venditionis putaretur contractus pignoris, id quod iam apud pleroſque laicos vſu receptum eſt, vt cum caſtra venduntur cum pacto redimendi, licet ipſi putent, iſtum contractum haberi pro pignore, quæ conſuetudo nunquam procedit, quia in radice, ſubſtantia & medulla errant. Item 140

quaſi in terminis repetit & atteſtatur idem Zaſius *conſ.12.n.10. circa fi.lib.1.* his verbis: Declaratum habere volo, quod contractus, dequibus hęc quæſtio vertitur, non poſſunt dici pignorationes, licet forte ex cõmuni vſu loquẽdi ita nominentur, vulgo ein Pfandtſchafft. Is tamen vſus loquendi eſt Laicorum, qui inter nomen venditionis, vbi immobilia cum pacto retrouendendi venduntur, & inter nomen pignorationis non faciunt differentiam, alterum ſumentes pro altero ex inaduertentia, vt eleganter docuit Socin. *conſ. 15. col. 13. verſ. item videtur.* propter hoc tamen non eſt vera pignoratio, ſed venditionis contractus remanet.

Cui atteſtationi, vtpote Doctoris excellentiſſimi, & rerum practicarum in Germania ſcientiſſimi atque experientiſſimi, credendum eſſe, ita vt vel ſola ad probandum hunc commu-
141 nem loquendi vſum ſufficiat, ex eo conſtat, quod † dicitur Doctori de conſuetudine atteſtanti fidem habendam, eiq; acquieſcendum eſſe, iuxta ea quę tradit Bart. *in d. l. de quibus. q. 4. cum ſimilibus* & comprobata ſunt in Camera Imperiali, vt iudicando inde recedendum non ſit, prout refert Mynſinger. *centur. 5. Obſeru 96. nu. 4.* eodemq; pertinent obſeruata ab Andr. Gail. *1. Obſer. pract. 36. in fin.*

Quamuis hic communis loquendi vſus tam ſit in Germania vbiuis locorum notorius, vt allegare eum ẽt ſufficiat, probare neceſſe non ſit, *per text. in c. ſuper eo. de teſtib. cogend. & ibid. gl. in verb. non requirant. & tradita à Mynſing. cent. 6. Obſer. 3. nu. 4. & Andr. Gail. 2. Obſeru. pract. 31. in fin. & Obſer. 46. nu. 21.*

Verum non in Germania tantum, ſed in Italia etiam, aliiſq; locis ex communi loquendi vſu pignorationes ſæpe eſſe & dici contractus, qui nihil ſunt minus, ſed potius emptiones & venditiones, ſcribit à Zaſio relatus Iuriſconſultus eximius Socinſen. *conſil. 15. num. 39. verſicul. ſecundo probatur. vol. 1.* vbi dicit: ex communi vſu loquendi & vulgari opinione eiuſmodi contractus de retrouendendo dicitur ſæpenumero cõtractus pignoratitius.

tatitius, *vt traditur in c. illo vos. de pignorib.* Vulgares. n. non faciunt magnum diſcrimen inter hos contractus, & per vulgarem locutionem atq; intellectum verba accipiuntur impropriè.

Eodem pertinet quod ſcribit Albertus Cranzius, idem & Iuriſconſultus & hiſtoricus *in ſua Dania. li. 8. c. 35.* Pignus inquiens vocant & pignoratitium contractũ: ego ex intentione contrahentium verã arbitror emptionẽ, cum pacto tñ redemptionis, q fas & iura ſinunt, alioqui in ſortem computaretur, ſi pignus eſſet, quicquid eo nomine proueniret, mens autem cõtrahentium ea fuit, vt fructib. acceptis vtat pro ſuis ſorte manente integra, q eſt pactum emptionis, vulgatus error multos decepit.

In tantum vero hic communis apud vulgus loquendi vſus inualuit, vt periti ẽt, imo I C. eum ſecuti fuerint, prout factum eſt in receſſu Imperii Romani, de anno. 48 Auguſtę facto, in §. Wiewol auch in der ringerungs Handlung bedacht/ & in § Aber der Grauen von Tübingen halben & in ſtatutis ciuitatis Friburgenſis in Briſgoia. *lib. 2. tit. 4. ſub rubr.* Wie die nächſte Sipfreunde vmb liegende Güter/ ꝛc. in quibus ſtatutis condendis ſe maximè ſudaſſe dicit Zaſi. *in § fuerat. nu. 33. Inſtit. de action. & in l. properandum. §. ſin autem alterutra. nu. 19. C. de iudic.*

Cum itaq; ex communi vſu loquendi contractus ſępe dicatur pignoratio, qui tamen eſt contractus emptionis & venditionis, & rarum non ſit, vt verbum † vnum & idem ſenſum ha 142
bere poſſit proprium & improprium, *argum. c. ab excommunicato. & in c. Capitulum S. Crucis. de reſcript. gl. in l. 2. ff. de off. proconſ. & legat. Ruin. conſi. 54. num. 11. volum. 2.* & verbum ambiguum in vna parte poſitum declaretur ex verbo alio claro, in parte alia appoſito. *Bar. in l. centurio. nu. 27. ff. de vulgar. & pupil. Paris conſi. 73. num. 48 vol. 2.* verbum autem emptionis & venditionis clarum, oppignorationis vero, vt ex hactenus dictis apparet, ambiguum ſit, vtrunque vero hic reperiatur, hoc potius ex illo, quam illud ex hoc interpretandum fuerit.

Verba † etenim cõtrahentium à vulgo intellectũ capiunt vt 143
dicit

dicit Cęph.*con.257.nu.15.lib.2.* & ſecundum cõmunem loquendi vſum interpretanda ſunt, *per textum in l. liberorum. §. quod tamen Caßius. ff. de legat.3. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtruct. l. Bartol. in l. Labeo. ff. de ſupellect. leg. Decian. conſil.7. num.54. volum.1. Menoch. conſil. 259. num.26. lib.3.* & intelligenda ſunt, prout intelligunt Idiotæ, ait Baldus *in cap.1. in princip. de ſucceſſ. feudi*, quem allegat & ſequitur Franc. Burſat. *conſil. 423. num.5. libr.4.*

Idque in præſenti hoc caſu tanto magis locum habet, quod contractus emptionis & venditionis fortior ſit, atque potentior, quam eſt contractus pignoratitius, vt ſupra demonſtratum eſt, & iure cautum ſit, quod † verba accipienda ſint in po-
144 tentiori ſignifiatu, *per l.1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectigal. petat. l. filiusfamilias. §. penult. ff. de donat. l.1. §. biduum. ff. quand. appell. ſit. l.1. §. ſi te rogauero. & ſeq. ff. depoſ. l. non ſolum. §. final. ff. de vſucap. l. ſi te ſolum. ff. de hered. inſtituend. l. quicquid venditor. ff. de action. empt. c. penult. de ſentent. excommunic. cap. ſi pater. de teſtament. in 6. Zuchard. in l.1. num.13. C. qui admitti. Menoch. de præſumpt. libr.1. quæſt.37. num.17. Caſtrenſ. conſil.179. col.5. vol.1. Socin. ſen. conſ.25. col.3. verſic. non obſtat vltimum. vol.3. Roland. à Vall. conſil.37. nu.7. vol.3.*

Et ſane niſi verba iſta verunderpfanden / & einſetzen Pfandt & ſimilia, ad contractum emptionis & venditionis reducamus, hoc abſurdum inde ſequetur, vt non tantum quod eſt infirmius abſorbeat potentius, ſed etiã vt omnes fere eiuſmodi contractus emptionis, qui eo modo in Germania fieri ſolent, facilime eludantur, & contra contrahentium intentionem atque mentem torqueantur, cuiuſmodi interpretationem, per quam abſurdum admitteretur, non eſſe faciendam, *textus eſt in l. nam abſurdum. iuncta l. proxime præced. ff. de bonis libert. l. obſeruare. §. fin. ff. de offic. proconſ. & leg. l.1. §. vnde quæritur. ff. de publican. l. ſi quis ex argentariis. § fin. ff. de edend. l. Offilius. vbi gloſſ. ff. de legat.3. Dec. in c. cum inter. notab.7. de exception. Menoch. conſil. 231. num.19. libr.3.*

libr.3.Burſat. conſil. 264. num. 24. lib.3. adeo vt ad euitandam abſurditatem verba etiam improprianda eſſe reſponderint Aretin.*conſil.66. colum.1.* & Alexand. *conſil.52. volum.1. & conſil. 85. vol.4.*

Atque hac interpretatione cum contrarietas etiam illa euitetur, quod contractus vnus & idem non poteſt eſſe pignoratitius & emptionis, de ea minus dubitandum eſt, quoniam † interpretatio illa facienda eſt, qua contrarietas euitetur. *c. inter dilectos. de fide inſtrument. Bar. in l. fin. §. item quæſiit ff. de condict. indeb. Dec. in l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. & conſil. 517. num. 4. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſump. 31. Paris conſ. 102. nu. 19. vol. 1. Socinus iunior conſil. 125. num. 16. volum. 1. Menoch. conſil. 244. nu. 8. libr. 3.* 145

Ad hęc vt maxime hic contractus redoleat pignorationem, eſſet tamen illud accipiendum de emptione prima, cui contractus hic pignoratitius additus eſſet, qui cum finem ſuum lapſu temporis definiti acceperit, oppignorationem etiam illam vt acceſſorium ſimul cum illo finem accepiſſe dicendum eſt: euaneſcente enim diſpoſitione principali, acceſſiones etiam eius ſimul euaneſcunt, & vim ſuam amittunt. *per l. cum principalis. ff. de regul. iur. cap. acceſſorium. eod. in 6. l. fin. ff. de conſtit. pecun.*

Protinus autem vbi tempus lapſum & contractus prior abolitus eſt, cõditione poſterioris contractus exiſtente, iam non vt pignus, ſed vt rem ſuam emptam, inde ab initio contractus Ioachimus P. & Conſortes quamprimum ex pacto contractui addito, ſi voluiſſent, caſtrum N. occupare potuiſſent, quod tamen cum in annum vſq; 1572. facere diſtulerint, eſt quod Domini Comites eo nomine ipſis gratias agant, neque hunc contractum nunc impugnent.

Non obſtant pacta ex quibus dicendum videbatur, contractum hunc pignoratitium eſſe. Ad primum enim quod attinet, etſi caſtrum N. in aſſecurationem Ioachimo P. & Conſor-

tibus conceſſum ſit, eſt tamen id intelligendum de contractu priori, non poſteriori. Deinde vt maxime de contractu poſteriori eadem verba, quæ aſſecurationem inducerent, vſurpata eſſent, eſſent tamen illa ad venditionem accommodanda, †vt
146 ipſa ſeruiant rebus, non res verbis, per ea quæ præter ſupra deducta conſuluit VVeſembec. *d. conſil. 2. num. 91. verſic. itaq. verbum luendi.*

Alterum pactum itidem ad priorem contractum pertinet, vt ex tenore vtriuſque inſtrumenti apparet: at priori illi contractui oppignorationem acceſſiſſe extra controuerſiam eſt.
147 Clauſula autem †reſtringi debet ad contractum priorem illam proxime præcedentem, non ad poſteriorem. *Dd. in l. ſi idem. §. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Iaſ. in l. 1. nu. 8. C. de liber. præterit.* cum ex ſeparatis non fiat illatio *l. fin. ff. de calumniat. l. Papinianus exul ff. de minor.* & clauſula ad vnum finem appoſita non debeat trahi ad alium *Zabarell. in clem. 1. §. ad hoc. oppoſ. 3. de præbend. Crauet. con. 131. num. 10.*

Idem reſpondendum eſt de pacto tertio, quoniam iuri conſentaneum eſt, vt cum Domini Comites, ſtante contractu priori domini caſtri N. manſerint, & redditus ſuos inde perceperint, ipſi periculum etiam ſuſtinerent. Æquum enim eſt vt qui
148 ſentit †commodum, idem etiam ſentiat incommodum. *l. ſecundum naturam. ff. ad reg. iur. l. fin. C. de furt. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cad. tollend. cum ſimilib.*

Nec putandum eſt clauſulam hanc, etſi iuri conſentanea ſit, in hoc contractu ſuperuacaneam eſſe, eo quod dubitari poſtea potuiſſet, ſi forte quo caſu incommodum aliquod accidiſſet caſtro N. an non Ioachimus P. & Conſortes pro rata incommodum ſuſtinere cogerentur, ſicut pro rata redditus ex eo caſtro percipiebant.

Præterea non eſt incõueniens, etiam ſi ſimpliciter & quamprimum caſtrum N. eſſet venditum, ſi dicamus pactum potuiſſe fieri, vt periculum pertineret ad venditorem in hoc caſu,

quo-

quoniam quæſtio eſt, non de venditione ex qua dominium transfertur irreuocabiliter, ſed de venditione ſub pacto de retrouendendo, in qua dominium in emptorem quidem transfertur, ſed reuocabiliter. Atq; ita venditorem ſuſcipere in ſe periculum caſus dummodo illi caſus ſpecificentur, vel ſaltem aliqui, vt hic factum eſt, & poſtea addatur clauſula generalis, vt tradunt gloſſ. & Dd. *in l. 4. §. non ſolum. ff. ſi quis caution.* Salicet. *in l. 1. C. de commod.* & ita in terminis reſpondentem Paris *conſil. 75. num. 31. volum. 4.* ſequitur Tiber. Decian. *d. conſi. 2. num. 144. volum. 1.*

Circa pactum ſupra ab initio dictum quartum idem reſpondemus, quod recte Domini Comites caſtrum illud ſuum eſſe dixerint, reſpectu nimirum eius temporis, quo contractus celebratus eſt, & deinde reſpectu eius temporis, intra quod prior contractus ſubſtitit, & tertio reſpectu etiam eius temporis, quo contractus poſterior effectum ſumpſit, atq; etiamnum, non tamen ſimpliciter, ſed limitate, nimirum propter ſpem dominii recuperandi. Ita enim recte res noſtra eſſe dicitur propter ius, quod quis ad rem habet, *argum. l. recte dicimus. ff. de verbor. ſignif. cum ſimilib.*

Quintum etiam ad priorem contractum pertinet. Quod ſi vero etiam ad poſteriorem extenderetur, eſſet ea verborum interpretatio facienda, de qua paulo ante ſatis copioſe à nobis dictum eſt.

Quod ſexto ad dictionem, Gläubiger/attinet, certum eſt, de iure vocem † Creditorum, accipi de iis, quibus ex quacunque actione vel perſecutione debetur, *l. Creditores. & ſequent. ff. de regul. iur.* adeo vt † non actio tantum perſonalis, ſed realis etiam ſit & definiatur ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, *in princip. Inſtit. de action. l. nihil aliud. ff. de obligat. & action.* Quam definitionem etſi gloſſ. *in dict. princ. in verb. debetur.* ita exponat, vt dicat eam ad actionem in perſonam proprie pertinere, non etiam proprie ad actionem in rem, 149 150

 & gloſ-

& gloſſam ſequantur ibid. Mynſinger. *nu 19.* & Hotoman *n.17.* Idem Hotoman *lib.3. Obſeru. cap. 17.* & Cuiacius *in paratit. ff. de obligat. & action. & lib. 15. Obſeruat. cap. 12. in fin.* verior tamen eſt ſententia exiſtimantium, quod etiam proprie accipiatur de actione in rem, atq; adeo non minus ex actione reali, quam ex perſonali actione quis poſſit eſſe debitor & alius creditor. Ita ſentit Dyn. *in rubr. Inſtit. de action. nu. 22.* Benincas. *in princ. Inſtit. eod. nu. 460.* & ibidem Vſil. *n.37. & 38.* Gomez. *nu. 71.* Coraſ. *nu fin. & lib. 6 Miſcellan. c. 5 n. 8.* Corſus. *lib. 2. Indagat. iur. c. 1.*

Certum autem etiam eſt cōtractum hic eſſe initum, ex quo dubium non eſt Creditorem vnum, alium debitorem conſtitui: neque dubium eſt Ioachimum P. & Conſortes ob pecuniam numeratam Creditores eſſe, vtpote qui Dominorum Comitum, qui pecuniam illam intra certū tempus reddere promiſerunt, fidem ſecuti ſint, *per textum l. 1. ff. de reb. credit. ſi cert. petat.* Et quoniam eo tēpore, quo cōtractus celebrabatur, contractus poſterior adhuc in ſuſpenſo fuit, atq; adeo dominium caſtri N. nondum translatum, mirum non eſt, Ioachimum P. & Conſortes Creditores nominari, de quibus propter tempus nondum lapſum dubium erat, an vnquam caſtri Domini futuri eſſent. Ex initio autem ſuo contractus & verba in eo poſita æſtimanda ſunt, text. *in l. ſi Procuratorem. ff. mand. l. 1. §. ſi ſeruum depoſuit. ff. depoſiti. cum ſimilibus.*

Et vero, vt maxime etiam poſt lapſum temporis definiti, atque adeo poſteaquam iure dominii poſſidere cœperūt caſtrū N. Ioachimus P. & Conſortes, Creditores dicerentur, nihil tamen inde abſurdi ſequeretur, quoniam quod ſupra dictum eſt de vocabulo, verpfenden / einſetzen / Pfandtſchafft &c. idem hoc loco de vocabulo, Creditoris, dici poteſt, nimirum ex vſu communi loquendi emptores ſub pacto de retrouēdendo nominari ſolere Creditores, cum tamen rei ſibi ſub pacto illo venditæ reuera facti ſint domini, vt ſicut ibi interpretatio fiebat de emptione & venditione, ita hic interpretatio fiat de dominis,

vt vtro-

† vtrobique termini habiles ſint, & † talia ſint ſubiecta, qualia 151
à ſuis prædicatis eſſe permittuntur, *gloſſ. in fin. in c. dudum, de decim. Cepol. in tract. de ſeruitut. ruſtic. ſub cap. de aqua ductu. num. 14.* ſeu cuiuſmodi ea eſſe prædicata demonſtrant. *leg. 1. §. 1. ff. de poſ. Iſern. in c. 1. §. 1. de natur. feud.*

Nec quidquam ad rem facit, quod octauo loco mouebatur de clauſula euictionis omiſſa. Cum † enim venditor ex natu- 152
ra contractus de euictione teneatur, *l. emptorem. §. Ergo autem iuncta gloſſ. in verb. omnes. C. de actione empti. l. ſi prædium. C. de euict.* de eadem tenebitur, etiamſi eam non promiſerit, *l. non dubitatur. vbi Bald. C. de euiction. l. ex empto. §. 1. ff. de action. empti. leg. 1. in princip. ff. de rer. permutat. l. 2. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de euict. cum concordantibus. de quibus Caſtrenſ. conſil. 207. in princip. volum. 1.* & alias in genere traditum eſt, clauſulam apponi ſolitam pro appoſita haberi, *per text. l. fin. §. fin. C. de fideicomm. Ruin. conſil. 74. nu. 1. vol. 1. Neuizan. conſ. 28. in princi.* quod ita etiam de hypotheca, apponi ſolita, neq; tamen expreſſe appoſita, tradit Tiraqu. *de retract. conuention. § 3. gloſſ. 1. num. 6. verſ. & hæc omnia.* Cæphal, *conſ. 658. nu. 7. lib. 5.*

Non etiam obſtat, quod in confirmatione Domini Archiepiſcopi dicitur, vñ was ſie mehr außgelegt hetten/ oder noch außlegen würden/ quoniam ea verba æque ad numerationem ex præcedenti titulo emptionis & venditionis, atque ex alio factam accommodari poſſunt, & vero etiam accommodari debere ipſe contractus, ſuper quo confirmatio iſta eſt interpoſita, euidenter arguit.

Quoniam vero ex ſupra firmatis conſtat, non verſari nos in terminis ambiguis, ſed claris, cum & verba diſerta, & mens contrahentium, & effectus contractus, omneſque aliæ ipſius circumſtantiæ oſtendant contractum hunc eſſe contractum, emptionis & venditionis, præſumptiones & coniecturæ iſtæ, quibus dicebatur quod in ambiguis non intelligatur dominium translatum eſſe, & quod contractus interpretandus

ſit de eo, qui debitori minus noceat atque oneroſus ſit, in hoc caſu locum habere non poſſunt, per ea quæ ſupra dicta ſunt, quod cum verba clara ſunt coniecturæ ceſſent, pręſertim cum de contractu ex inſtrumento ſatis liquido conſtet, quo argumento etiam vtitur Tiber. Decianus. *conſilio 5. numer. 112. volum. 1.*

Vnde etiam eſt, quod Ioachimus P. ipſiuſq; Conſortes ſibi imputare non poſſint aut debeant quidquam, ſiquidem pro ſe contractum habent ſatis clarum, ſed ſi quid cuipiam imputandum eſt, id imputandum eſt Dominis Comitibus, vtpote qui ſeſe in contractu pignoratitio fundare nituntur, quod eum non diſertius & expreſſius propoſuerint, & in in-
153 ſtrumentum redigi fecerint, præſertim † quod contra venditorem potius, quales in hoc caſu ſunt Comites, quam contra emptorem regulariter interpretatio facienda ſit, *per textum d. l. veteribus. l. Labeo ſcribit. ff. de contrahend. empt. cap. contra eum. de regul. iur. in 6. Bald. conſil. 340. colum. 2. verſi. ſed imo. volum. 3. & conſil. 413. verſic. hoc ſic intelligas. volum. 5. Iaſon. conſil. 39. colum. 2. volum. 1.* & præterea in noſtro caſu Ioachimi P. heredes & poſſeſſores ſunt & Rei, vt vel ex hoc ſolo, etiamſi verba contractus tam clara pro ſe non haberent, interpretatio pro ipſis contra Dominos Comites facienda eſſet.

Nec poſſunt clauſulæ inſtrumenti contractus emptionem & venditionem inducentes atque importantes ex eo annulla-
154 ri, quaſi appoſitæ ſint ex conſuetudine Notarii, quia † verba inſtrumentorum non cenſentur ex ſtylo vel arbitrio Notariorum, ſed ex iuſſu expreſſoque mandato & ſimplici voluntate partium appoſita eſſe, maxime ſi accidentalia & ſubſtantialia contractus reſpiciant, prout in caſu propoſito. *Bartol. in l. ſi quis filiabus. ff. de teſtament. tutel. Bald. in l. mater. numer. 6. Cod. de rei vendicat. & in l. 2. numer. 55. Cod. de reſcindend. vendit. Curtius iunior in repetit. l. admonendi. num. 134. & ibidem Iaſ. nu. 145. ff. de iureiur. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13. num. 1. Socin. ſenior.*

ſenior.conſil.159.col.4.volum.2. Roman.conſil.179.num.6. Curt.ſen. conſil.44.num.75. Neuſzan.conſil.28.num.14 & ſequent. Alexand. conſil.9.num.9.volum.1. Dec conſil.490.num.10. & conſil.753.nu.3. Ruin.conſil.159.nu 17. vol 3. Grat.conſil.112.nu.27 vol.2. Paris conſ. 10.num.11.vol.3. Decian conſi.91. num.3.volum.3. Atque hanc communem eſſe Doctorum ſententiam reſpondit Menoch. *conſil. 37.nu.130.lib.1.*

Neq; obſtant quæ de ſimulatione contractus & de vſuris in medium afferebantur. Cum enim † nec dolus præſumatur, 155 vt tradunt Grammat. *Voto 10. num.20.* Crauet.*conſil 319.num.1.* Menoch.*conſil.35.num. 26.* quo pertinet tex. *in l. quoties.§ qui dolo.ff. de probat. l. merito. ff. pro ſocio. c. dudum. de præſumpt. c.1. de renunciat. in 6* & latiſſime Maſcard. *de probat. concluſ.531. per diſcurſum. vol.1.* propterea quod delictum eſt, *l. item exigit ff.de dolo malo. l. ex contractib. ff. de oblígat. & action.* & delictum non præſumatur. *l. fin. C. de probat. gloſſ. in c. illud. diſtinct. 40. Roland. à Vall. conſil.11.nu.27.vol.3. Menoch conſ.102.num.6.lib.1. VVeſemb. conſil. 12 num.73.*

Nec præſumatur † error. *Corn. conſil. 17.col. fin. volum.4* Me- 156 noch *conſil.89.nu.121.lib.1.* vbi allegat etiam Iaſonem & Crauettam, additque omnes hoc dicere *in l. poſt diuiſionem. C. de iur. & facti ignorant.* & plures cumulat Maſcard. *de probation. concl. 636. per totum vol.2.*

Nec præſumatur læſio. *l. nam & poſtea.§ ſi minor. ff. de iureiur. l.3.§ ſi minor. ff. de minor. l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. pignor. Maſcar. de probat. concl.1061.nu.3 vol.2.*

Et in genere quæ † facti ſunt non præſumantur. *vulg. l. in bello §. facti. ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. l. ſi emancipati. C. de collat. l.2. C. de donat. inter vir. & vxor. Cacheran. deciſ. Pedemontan. 108. nu.9. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ.62. nu.26. Gail.2. Obſeru. practic.13. nu 3. & omnium pleniſſime Maſcard. de probation. concluſ.732 per diſcurſum. vol 2.* 157

Simulatio autem & vſuræ ſine dolo, errore & læſione

non

non ſint, quin enim ipſę in facto ſint poſitę, conſequens his eſt, vt ipſæ non præſumantur.

158 Et in ſpecie, quod † contractus ſimulatio nunquam præſumatur, niſi clare probetur, docet Bald. *in l. quamuis. C. ſi quis alter vel ſibi.* & notatur *in l. cum precibus. C. de probation.* Bald. *conſil. 18. col. fin. vol. 2.* Cuman *conſ. 41.* Fulgoſ. *conſ. 198.*

159 Idque adeo verum eſt, vt † non ſufficiat probare contractum ſimulatum in genere, ſed neceſſe ſit ei, qui contractum ſimulatum dicit, exprimere ſpeciem & cauſam ſimulationis, *Bald. in l. ab Anaſtaſio, in fine. C. de mand. Caſtrenſ. in l. iuriſgentium. §. dolo. & ibid. Alexand. ff. de pact. Dec. in d. l. imaginaria. num. 6. ff. de reg. iur. & conſ. 36. nu. 6. verſ. ſecundo reſpondetur. & conſ. 648. num. 6. Bartol. conſil. 65. Anchoran. conſil. 226. col. 1. Alexand. conſ. 112. col. 1. vol. 3. & conſil. 28. col. 3. vol. 5. Socin. con. 264. col. 3. vol. 2. Natta conſ. 537. nu. 33. Bero conſ. 147. nu. 31. vol. 2. Rimin. iun. conſi. 83. nu. 19. vol. 1. Decian. conſ. 59. nu. 4. vol. 1. Maſcard. de probation. concluſ. 488. nu. 1. & ſeq. vol. 1.*

160 Neq; etiam ſufficiat probare ſimulationem, niſi † ſimul probetur tractatum fuiſſe per partes ab initio, quod ipſe contractus ſimulatus foret. Ita ſentit Bartol. *in l. poſt contractum. col. 2. ff. de donat. & conſil. 65. num. 3. vol. 1.* Bald. *in l. 1. quæſt. 10. verſic. illud tamen menti tenendum. Cod. ſi ſeruus extran.* & probatur *per leg. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſ. Alexand. conſil. 29. colum. 7. verſ. præterea ad hoc. vol. 7.* Dec. *conſ. 543. num. 18.* Riminald. iun. *d. conſ. 83. nu. 19.*

161 In ſpecie etiam, quod † contractus non præſumatur vſurarius, ſiue in fraudem vſurarum conceptus, docendo tradidit Bald. *in l. rogaſti. § ſi tibi. in fin. ff. de reb. credit. ſi cert. petat.* per *l. ſi ea pactione. C. de vſur. & in l. ſi tibi decem. in princip. ff. de pact.* Anchor. *aurear. quæſt. lib. 2. quæſt. 33. nu. 9.* Ioſ. Ludou. *concluſ. 51. nu. 1.* & conſulendo ſequitur idem Bald. *conſil. 487. vol. 2. & conſil. 200. vol. 6.* Iaſon *conſi. 153. colum. 5. verſic. octauo. vol. 4.* Gozadin. *conſil. 55. nu. 13.* Socin. ſen. *conſi. 248. in fin.* Roman. *conſi. 113. nu. 1.* Paris *conſ. 54. nu. 6.*

nu.6.volum.1. Decian. *conſil.105.num.1.vol.2.* quam communem eſſe opinionem reſpondit Menoch. *conſ.109.in princ.lib.2.* Bero. *conſi.166.nu.19.& conſi 169. vol.1.* Sicuti † nec fraudulentus præ- 162 ſumitur, *l. ſed ſi maritus § ſed ſi conſtante. ff. qui & à quibus manumit. Caſtrenſ.conſi.388.col.2. vol.1. & conſi.261. volum.2. Barbat.conſi. 76. volum.3. & conſil.22. volum.4. Riminald.iun.conſil.218.nu.20. vol.2.*

Hinc dixit Bald. *in dict. l. quamuis.* quod is, qui † opponit de 163 vſura, manifeſto eam probare teneatur, idemq; reſponderunt Dec. *conſi.491.nu.4.* Socin.ſen. *conſ.83.num.2.vol.3.* Paris *conſ.60. nu.6. vol.1.*

Atque in caſu propoſito ſimulatio & fraus vſuraria, quæ ex parte Dominorum Comitum prætenditur, ab ipſis tanto magis probanda fuerat, quod Ioachimus P. & Conſortes pro ſe habeant inſtrumentum publicum, de † quo dicitur, quod 164 non tantum pro ſe habeat præſumptionem veritatis, legalitatis ac ſolennitatis, ſed excludat etiam omnem fictionis, ſimulationis & fœnoris ſpeciem. *Bald. in d. l. cum precibus. & in d. l. rogaſti. § ſi tibi. Iaſ. in §. idem verborum. nu. 4. Inſtit. de inutil. ſtipulat. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13. numer. 9. Barbat. conſil. 65. col.3. vol.4. Socin. conſil.80. colum.3. vol.3. Natta conſil.635. nu.9. Rol. à Vall. conſil.40. num.1. vol.2. Crauet. conſil.48. nu.8. Riminald. iun. d. conſil. 83. num. 17. Hieron. Gabriel. conſil. 168. num.125. & conſil. 152. num.3.*

Præſertim cum inſtrumentum vtrunque, ſuper contractu controuerſo factum, productum ſit à Ioachimo P. de quo aliud dici non poteſt, quam † quod fuerit vir probus, honeſtus, 165 bonæ famæ & fide dignus, vt tanto fortius excludatur vſurariæ prauitatis aut ſimulationis ſuſpicio, per notata à Marſil. *in l. 1. §. ad quæſtionem. nu.10 in fin. ff. de quæſtion.* Tiraqu. *in tract. de pœn. cauſa 51. nu.115.*

Et quamuis nullum inſtrumentum deſuper confectum aut productum eſſet: tamen cum vtrinque conſtet contractum

aliquem eſſe celebratum, neque dubium ſit, quin vſura & ſi-
166 mulatio ſit delictum, interpretatio † contractus facienda eſſet eiuſmodi, per quam delictum excluderetur. *Decian. conſi 93. nu. 129. vol 2.* ita vt omnis potius admitteretur interpretatio & præſumptio, quam delictum. *Marſil. conſi. 132. nu. 4 Grammat. conſil. 25. nu. 20. & ſequent. & deciſ. Neapol t. 18. nu. 5. Cephal. conſil 397. numer. 98. libr. 3. Crauet. conſil. 247. in fine.* Ad quod facit illud, quod dicitur actum reducendum eſſe ad intellectum iuris, *Aretin. in l. 2. numer. 11. ff. de verbor. obligation. Iaſon conſil. 215. col. 6. vol. 2.* eumque qui licite ſiue in bonam partem interpretari poteſt, & illicite ſiue in partem malam intelligendum eſſe, non in malam, ſed in bonam partem, *gloſſ. in l. item apud Labeonem. §. ſi communem. verb. iure dominij. ff. de iniur. Roland. à Vall. conſil. 40. num. 5. vol. 2.* & vbicunque actus ſe habet ad permiſſum & prohibitum eum in dubio trahendum potius ad permiſſum. *Gloſſ. in l. 2. verb. probaretur. C. de petit. heredit. Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 30. gloſſ 2. numer. 24. Coler. de proceſſ. execut. part. 3. cap. 12. numer. 57.* & cum actus ad delictum ordinatus eſt, id potius, quod minus eſt, præſumendum eſſe. *Bald. in l. quicunque. C. de ſeru. fugitiu. Aretin. conſi. 80. Burſat. conſi. 271. nu 5 lib. 3.*

167 Et in ſpecie † interpretationem contractus ita faciendam eſſe, vt excludatur vſura, reſponderunt nouiſſime Cephal. *conſil. 237. nu. 27. lib. 2.* Decian. *conſil 35. nu. 44 vol 2. Rol. à Vall. conſil. 95. num. 10. vol. 4.* Burſat. *conſ. 135. num. 12. lib. 1. & conſil. 214. nu. 14. libr. 3.*

Hiſce accedit & illud, quod, ſicuti præſumptio ſolitæ fœnorationis arguit contractum vſurarium, per ea quæ late deducit Cæpoll *in tract. de ſimulat. contract præſumpt. 23.* ita multo
168 magis præſumptio bonæ vitæ ſuadebit contrarium, vt † contrariorum eadem ſit diſciplina, *l. g. 1. ff. de his. qui ſui vel alien. iur. ſunt. cum ſimilibus.* Atque ita in ſpecie hoc ponderat Iaſon *conſil. 153. colum. 4. verſic. octauo. volum. 4.* & Crauet. *conſil. 141. in fine.*

in fin. Decian. *conſi.2. num.84. volum.1.* Burſat. *conſil.144. num.6. libr.2.*

Quilibet † autem bonus & ſine delicto eſſe præſumitur, *per text. in d. l. merito. & in c. eſtote. de regul. iur. cap. 1. de ſcrutin. in ord. faciend. c. ſancimus. 1. quæſt. 7. Innocent. & Panormit. in cap. dudum. de elect. Doctores in cap. cum dilecti. de accuſat. Bald. in l. penult. Cod. de quæſtion. Cuman. conſil. 125. Fulgoſ. conſil. 173. Grat. conſil. 41. numer. 14. volum. 2. Cravet. conſil. 60. numer. 7. Bald. conſil. 29. vol. 1. per l. cum pater. §. rogo. ff. de legat. 2. & c. licet. de accuſat.* quæ bonitatis præſumptio eſt à natura, *ſecundum gloſſ. in l. fin. cap. quod met. cauſ. & ita tenet Iacob. de Beluiſo. in l. omnimodo. C. de inoffic. teſtam. Angel. in l. ſciendum. in fine. ff. de verbor. obligat. Hippolyt. in l. 1. nu. 67. C. ad leg. Cornel. de Sicar. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 2. in princ. Socin. iun. conſil. 83. nu. 4. vol. 2. Rol. à Vall. conſil. 96. nu. 10. volum. 2.* atque hoc ita in ſpecie & in terminis vſurarum notant Canoniſtæ *in cap. fin. de ſcrutin. in ordin. fac. & in c. fin. de præſumpt.* 169

Hæc bonitatis, vitæ & famæ integræ præſumptio tanto fortior eſt in propoſito caſu, quod Ioachimus & Chriſtophorus P. Chriſtophorus von S. & H. viri fuerunt nobiles, & pro † nobilibus, qui maxime virtutibus ſtudere aliiſque bono exemplo præire debent, maxime etiam præſumitur, *gloſſ. in cap. illud. diſtinct. 40. notat Angel. in l. ſi à bonæ fidei. ff. de rei vindicat. Ioan. Andr. in c. conſtitutel. 2. col. penult. de appellat. Corſet. in repet. c. grandi. de ſupplend. neglig. prælat. Ioann. Lupus. in repetit rubr. ff. de donat. inter vir. & vxor. nu. 16. Tiraquell. in tract. de nobilit. c. 20. nu. 20. 41. Roman. ſingul. 726. incip. ſit hoc iure cautum. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 48. Socin. iun. conſil. 39. nu. 26. vol. 2. Decian. conſil. 18. nu. 22. vol. 1.* 170

Et in ſpecie, quod † quando contrahentes fuerunt viri nobiles, vitæ probatæ atque optimæ opinionis, cuiuſmodi fuiſſe paulo ante dictos nobiles in confeſſo eſt, ita vt aduerſarii 171

id negare non audeant, omnis prauitatis vſurariæ ſuſpicio & cæteræ præſumptiones, ex quibus contractus vt fictus, ſimulatus & vſurarius argui poteſt, tollantur, docet Bart. *in l. fin. §. penult. ff. de re milit. Bald. in l. fin. C. de probat.* Iaſon *conſil. 153. verſi. octauo. vol. 4.* Socin ſen. *conſil. 248. num. 1. verſ. non omittendum. vol. 2.* Socin. iun. *conſil. 83. num. 5. vol. 2.* Crauet. *conſil. 145. numer. 24.* Alciat *Reſponſ. 45.* Roland. à Vall. *conſi. 96. num. 21. volum. 2. & conſil. 58. num. 21. vol. 4.* Riminald. iun. *conſil. 218. num. 22. vol. 2.* Burſat. *d. conſil. 144. nu. 17.* & nouiſſime Maſcard. *d. concluſ. 447. num. 19.*

Porro animum etiam & mentem fœnorandi ab hoc contractu abfuiſſe quam longiſſime, ex eo ſatis colligitur, quod contrahentes cõtractum hunc non clam, ſed palam inierunt, eundemque à Domino Archiepiſcopo confirmari voluerunt,
172 quod repugnat vſui fœnoratorum, qui † clam & occulte contractus ſuos celebrare ſolent. *Bald. conſil. 472. dub. 4. & conſil. 357. volum 4. Caſtrenſ. conſil. 285. vol. 1. Alexand. conſ. 46. nu. 3. vol. 3. Dec. conſi. 491. nu. 4. Corn. conſ. 23. nu. 4. vol. 3. Crauet. conſ. 73. nu. 7. & conſ.*
173 *153. nu. 8.* & in genere traditum eſt, quod † actus, qui palam conficiuntur, excuſationem ab omni dolo & ſuſpicione præſtent. *l. cum ipſe tutor. C. de contrahend. empt. l. palam. ff. de ritu nupt. Dd. in l. nemo. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Panormit. conſil. 69. colum. 2. verſ. primo probo. volum. 2. Capoll. in tract. de ſimulat. contract. præſump. 20. nu. 67.*

Quod ſi vero contractus hic illicitus fuiſſet, Dominus Archiepiſcopus nunquam ſibi perſuaderi paſſus fuiſſet, vt ei ſuum conſenſum adderet, neque Imperatoria Maieſtas, vt eum
174 confirmaret, ſiquidem † nunquam præſumitur Principi aliquid placere, niſi quod iuſtum & verum eſt. *Bald. in l. 1. nu. 1. ff. de conſtitut. prin. & ibid. Iaſ. nu. 3. Dec. conſ. 151. nu. 1. Gail. 2. Obſer. practic. 58. nu. 9. cum ſimilib.*

Porro non tantum illa iuris eſt præſumptio, quod contractus non ſit illicitus, fictus, ſimulatus & vſurarius, ſed præſumitur il-

tur etiam illud è contrario † omnem contractum eſſe legitimum, licitum atque iuſtum. *Bald. in d. l. rogaſti. §. ſi tibi. in fin. Bartol. conſ. 65. col. 2. verſic. ſed ad hoc. vol. 2. Caſtrenſ. conſil. 261. vol. 2. Crot. conſi. 241. num. 6. Crauet. conſil. 156. num. 1. Rol. à Vall. conſil. 96. nu. 14. vol 2. & conſil. 18. nu 3. vol. 4. Maſcard. de probation. concl. 438. volum. 1.* 175

Actus enim † factus præſumitur, prout ius diſponit. *Cæphal. conſil. 25. nu. 24. libr. 1.* & ita accipitur, vt intelligatur factus eſſe ſecundum diſpoſitionem iuris communis. *Bald. in l. ſi duo. ff. de acquir. vel amittend. hered. cum aliis adductis per Crauet. conſi. 91. nu. 8.* Et in ſpecie, quod contrahentes cenſeantur contrahere ſecundum leges, & prout licitum eſt, docent Bald. Caſtrenſ. & Dd. *in d. l. ſi duo. & in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Senatuſconſul. Trebell.* Canon. *in c. ad audientiam. de præſumpt.* Bald. *in l. 1. nu. 24. C. de ſeru. fugit.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 1. nu. 2.* Socin. *conſil. 19. nu. 6. vol. 1* Corn. *conſil. 90. in princip. vol 3.* Roman. *conſil. 510. nu. 28* Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. nu. 169. & ſeq.* vbi dicit, quod forenſis contrahens in loco aliquo, vbi eſt particularis conſuetudo, contra vel præter ius commune contractum ſuum legibus illius loci ſubiicere, & quaſi ſecundum illius loci conſuetudinem iudicari velle præſumitur, quantumuis hoc in litera inſtrumenti non contineatur. 176

Et vero † debet in dubio interpretatio ſemper fieri vt actus valeat potius, quam pereat. *c. Abbate. de verb. ſignificat. l. 3. ff. de minor. l. 3. ff. de teſtament. milit. l. ſi quando. ff. de legat. 1. l quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de verbor obligation. l. quoties. ff. de regul iur. Dec. in l. ſi donatione. num. 11. & ſeq. C. de collat. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt 34. Cæphal. conſil. 408. nu. 63. lib. 3. Burſat. conſi. 441. nu. 24. & conſil. 424. num. 21. & ſeq. lib. 4. Roland. à Vall. conſil. 65. nu. 16. volum. 1.* 177

Quod in tantum procedit, vt † verba etiam contractus impropria nda ſint, vt actus ſuſtineatur. *Gloſſ. in d. l ſi vno. Bart. in l. ſi* 178

tibi. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. Soc. iun. conſ. 98. nu. 20. vol. 1. Alciat. d. præſump. 34. nu. 9.

Multo igitur magis ſi verba etiam ipſa actui conueniant, *Iaſ. in l. quoties. nu. 3. ff. de verbor. oblig. Dec. in l. in contrahenda. n. 13. ff. de reg. iur. Alciat. d. præſump. 34. nu. 3.*

179 Et interpretamur verba non † ſolum vt actus valeat, ſed etiã vt valeat fortiori ac validiori modo, *gloſſ. in l. 1. ff. de iudic. Gali. in rubric. ff. de verb. obligat. num. 60. & in l. 1. § ſi quis ita. col. 7. ff. eod. Alexand. in l. ſi ſeruus plurium. § fin. num. 4. ff. de legat. 1. Menoch. de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 29. num. 45. Cæphal. conſil. 342. num. 81. libr. 3.*

180 Tanti vero hęc pręſumptio momenti eſt, vt omnibus † prę-ſumptionibus aliis ſit firmior, vt ait Dec. *in d. l. in contrahenda. nu. 7.* illiſque præferatur tanquam regina. *Dec. in c. quoniam. Abbas nu. 16. de offic. deleg. Cæphal. conſil. 691. nu. 10. lib. 5.* & ex præſumptionibus contrariis illa præualeat, quę actum valere facit, *Dec. in d. l. quoniam Abbas. n. 14. & ſeq. & in d. l. ſi donatione. nu. 12. Alciat. d. præſumpt. 34.*

181 Et in ſpecie quod † pactum de retrouendendo in ſe licitũ ſit iure ciuili cõſtat ex tex. & Dd. *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* nec improbatũ iure Canonico apparet ex notatis à gl. & Dd. *in d. c. ad noſtrã. de empt. & vend. & d. c. conqueſtus. de vſur.* Hoſti. & Io. And. *in d. c. ſignificante.* quin imo idem in foro cõſcientię ſubſiſtere probat Alber. de Roſat. *in d. l. 2.* Cæpoll. *de ſimulat. cõtract. præſum. 12. Tiraq. de retract. conuent. in prin. n. 3.* idq; conſulendo tenuerunt Dec *conſ. 307. & con. 543. n. 1. & con. 592. & conſ. 648. n. 3. & con. 683. n. 9.* Neuiz *con. 88. n. 5.* Corn. *conſ. 23. in prin. vol. 3.* Bero. *con. 212. n. 6. vol. 3.* Natt. *conſ. 198. n. 2.* Crot. *conſ. 141. n. 2.* Soc. iun. *conſil. 27. nu. 5. vol. 4.* Cæphal. *conſ. 289. nu. 36. lib. 2.* Decia. *d. conſ. 2. nu. 130. vol. 1.* Rol. à Vall *d. conſ. 58. nu. 9. & 10. vol. 4.* vbi dicit, quod aſſerenti contrarium incumbit onus probandi, ſe habere legem vel canonem aliter dicentem, ſed nullibi reperitur.

Ex hactenus dictis liquido apparet, contractum controuer-

ſum

ſum nõ eſſe fictum, ſimulatum aut fœnoratitium, atq; eſt probatio eius tãto fortior, quod cum alias † præſumptiones & con- 182
iecturæ illæ dicant eſſe potentiores & validiores, quæ ſunt negatiuæ quam quæ affirmatiuæ ſunt vt docet Bal. *in l. fil ũ. lectur. 1. nu. 7. ff. de his, qui ſui vel alien. iur. ſunt*. Paris *con. 29. n. 83. vol. 2*. Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 29. nu. 13* quo facit, quod dicimus cauſam negatiuam eſſe potentiorem affirmatiua, vt ſcribit Alciat. *in repetit. l. 2. in princ. nu. 39. ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. ſi Rufinus. col. 1. ff. de teſtam. milit.* Tiraq. *in l. Boues. §. hoc ſermone. limit. 7. n. 6. ff. de verb. ſignific.* & poſt hos omnes Menoch. *libr. 2. de arbitrar. iudic. quæſt. caſu 472. in fine*. In caſu propoſito cum præſumptionibus negatiuis concurrant etiam præſumptiones affirmatiuæ. Duo enim vincula † fortius ligant, quam vnum. *Authent. ceſſante. C.* 183
de ſuis & legitim. hered. l. itaq;. C. commu. de ſucceſſ. §. ſed hodie. Inſtit. de adoption. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. Vaſqu. de ſucceſſion. part. 2. lib. 2. nu. 39. in præfatione.

Sed ſunt etiam pro hac deciſione, ſi præſumptionibus certandum eſt, & plures, & fortiores, & maiores, & ſpecialiores, quam ſint illæ, quæ afferebantur ad comprobandam ſimulationem contractus & prauitatem vſurariam.

Præſumptio † autem præſumptionem tollit. *l. diuus ff. de in* 184
integr. reſtitution. l. non ſolum. ff. de ritu nupt. c. tranſmiſſæ. qui filij ſint legit. gloſſ. in c. ex literis. verb. ad plenum. de reſtitution. in integr. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 1. quæſt. 76. num. 19. Crauet. conſil. 250. nu. 2. & conſil. 258. nu. 21. Gail. 2. Obſeruat. practic. 97. num. 18. qui plures allegant.

Et quod præſumptiones plures vincant pauciores, notatur *in Authent. de conſanguin. & vterin. frat. & in cap. 1. de treuga & pace. Bald. in d. l. filium. num. 2.* Idem Bald. & Salicet. *in l. matr. Col. de calumniat.* Alciat. *d. reg. 3. præſumpt. 37. num. 9. & ſequent. Roman. conſil. 156. nu. 4.* Dec. *conſil. 470. nu. 10.* Curt. iun. *conſil. 35. num. 6.* Socin. iun. *conſil. 59. nu. 10. vol. 2.* Crauet. *conſil. 145. num. 11.* Grat. *Reſponſ. 55. num. 39. volum. 1.* Burſat. *conſil. 19. nu. 27. lib. 1.* Et

hanc vulgarem eſſe regulam dicit idem Burſat. *conſil. 272. nu. 7. libr. 3.*

Et quod præſumptiones debiliores tollantur à potentioribus & fortioribus, *eſt textus in c. literas. de præſumpt. gloſſ. in d. c. ca. transmiſſe. gloſſ. in c. Michael. de fil. presbyter. Bartol. in d. l. diuus, notab. 2. Bartol. & Dd. in l. transactionem. de transaction. Dec. in c. quoniam. nu. 8. de offic. deleg. Iaſon in l. iam hoc iure. col. 2. circa finem. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. Ripa in d. l. admonendi. nu. 211. & in l. 2. nu. 11. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſump. 9. nu. 16. Dd. in l. ſi qui adulterij. C. ad leg. Iul. de adulter. & in l. ſiue poſſidetis. C. de probat. Ferrar. cautel. 41. nu. 4. Bald. conſil. 302. vol. 2. Fulgoſ. conſ. 172. & conſil. 103. num. 7. vol. 1. Crauet. d. conſil. 145. num. 11. Grat. Reſponſ. 54. nu 40. vol. 4. Burſat. conſ. 15. nu. 22. lib. 1. & conſil. 340. nu. 34. lib. 3.*

Et quod pręſumptiones minores cedant maioribus reſpondit Alciat. *Reſponſ. 269. nu 2.* Cur. iun. *conſil. 35. num. 6. & conſil. 163. num. 22.*

Et quod præſumptiones ſpeciales tollant generales tradit Bartol. *in l. cum de indebito. ff. de probation.* Bald. *in d. l. ſiue poſſidetis. col. 1. in fine.* præſertim ſi plures ſpeciales concurrant. *per l. non ſolum. §. de vno. & ibi Bartol. ff. de ritu nuptiar. Capoll. conſ. crimin. 3. nu. 8. in fine.*

185 Tanto vero † probationes illæ, quæ ſunt pro contractu hoc controuerſo, fortiores in propoſito redduntur, quod Domini Comites in hac controuerſia effectu ipſo ſunt Actores, & heredes P. ſunt Rei, per ea quæ ſcribit Menoch. *lib. 2. de arbitrar. iudic. quæſtion. caſu. 472. nu. 25. & de præſumption. lib. 1. quæſt. 29. nu. 11.* vbi allegat Curt. iuniorem. *conſi. 90. nu. 2.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 21. in fin.* Blanc. *in prax. crimin. in verb. his ſic præmiſſis. num. 5.*

186 Ad hæc vt maxime præſumptiones aliquæ contra hunc contractum afferri poſſent, illæ † tamen ſi ex ſupra deductis non eneruantur, redduntur ſaltem dubiæ, quod heredibus P.

vtpote

vtpote Reis ad obtinendum in cauſa ſufficeret, *per c. inter dilectos. in fine. de fide inſtrument. c. cum ſunt. de reg. iur. in 6. Bald. conſil. 79. vol. 2 Anchoran. conſil. 267. Ioſeph. Ludou. deciſ. Perus. 72. num. 18.* & ratio eſt, quoniam in dubio partes Rei ſunt fauorabiliores, & pro ipſis iudicandum. *l. fauorabiliores ff. de reg. iur. late Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 90.* idque non tantum concurrente probationum paritate, vt notat Bald. *in l. qui accuſare. circa finem. C. de edendo.* Roman. *conſ. 156 in princip.* Alexand. *conſil. 136. col. fin. vol. 2.* verum etiam ſi probationes Actoris in aliquo excederent probationes Rei, vt tradunt Canon. *in c. ex literis. de probat.* per gloſſ. notab. *in c. Clerici. diſtinct. 18* Panormit. *in ca. in noſtra. de teſtib. & in c. cum. P. de accuſat. & in c. ad noſtram. de probat.* Felin. *in c. quoniam. de teſtib.* vbi dicit, licet teſtes contra Reum ſint aliquãtulum digniores teſtibus Rei, quod tamen pro Reo iudicandum ſit. Idem conſulendo amplectuntur Roman. *d. conſil. 156. Dec. conſ. 410. nu. 4. & conſil. 448 nu. 16. & conſ. 471. in fin. & conſ. 564. nu. 2 & conſ. 109. nu. 1. & 5.* Tib. Decia. *conſ. 56. nu. fin. vol. 1.* Burſ. *conſ. 85. nu. 1. lib. 3.*

Facit quod † probatio dubia probantem non releuat, *l. non hic, C. vnde legit. l. neque natalis. C. de probation. Canon. in cap. in præſentia. c. eod.* quia probatio non concludens non dicitur probatio, vt notat Bald. *in l. matrem. C. de probation.* & quando quis grauatur onere probandi, intelligitur de plena & certa probatione, non de ſemiplena aut coniecturis; *c. 1. de elect. in 6. vbi Archidiac. & in c. ordina. §. quod ſi forte. verb. nullam. de offic. ordinar.* vbi etiam dicit, quod nulla probatio & inſufficiens æquiparetur, idemq; notat gl. & Bal. *in l. 1 C. de fide inſtrum.* Bar. *in l. et ſi inſtrumenta. C. de fide inſtrum. & iure haſt. fiſcal. lib. 10. Dd. in l. ſi fideiuſſ. ff. qui ſatiſd. cog. cum ſimilibus.* 187

Hinc infertur, cum probationes Dominorum Comitum nullæ ſint, heredes P. & Conſortes ex vulgata regula, quod Actore † non probante Reus abſoluendus ſit, abſoluendos eſſe, 188 *per d. l. qui accuſare. l. 2. C. de probation. l. Actor. C. eod. c. 1. vt Eccleſiaſt.*

Nn *benefic.*

beneſic. c. fin. de iureiur. imo etſi Rei probationem aliquam in ſe recepiſſent, nec tamen quod probare intēdebant, probaſſent, propter hoc condemnari non deberent, ſed retinerent prętogatiuam Rei, vt abſoluendi eſſent, ex quo Domini Actores non probaſſent, *iuxta gl. in l. circa. ff. de probat. Salicet. in l. 2. C. eod. Dec. conſil. 517. nu. 7.*

Verum enimuero poſito probari poſſe, imo probatum etiam eſſe, contractum hunc controuerſum eſſe ſimulatum, & ſpeciem habere contractus vſurarii: eſſet tamen ex ſequentibus cauſis probatio iſta in propoſito irreleuans, atq; adeo non
189 admittenda, ſecundum vulgatum illud: Ad † probandum admitti non debere, quod probatum non releuet, *dict. l. neque natales. l. ad probationem. C. de probation. gloſſ. in cap. cum contingat. de offic. deleg. c. quia veroſimile. de præſumpt. cap. dilecti filij. de exceptionibus.*

Cum enim ſupra demonſtratum ſit, notoriam eſſe hanc totius fere Germaniæ, cumprimis vero illius regionis, in qua contractus non controuerſus celebratus eſt, conſuetudinem, quod contractus emptionis & venditionis ſub pacto de retrouendendo, eo modo, quo hic factus eſt, iniri & fieri ſoleant, hic etiam contractus pro licito habendus eſt. Traditum nam-
190 que † eſt ex conſuetudine contractum iudicari licitum, Bart. *in l. quis ſit fugitiuus. §. idem apud Labeonem. ff. de ædilit. edict.* vbi diſerte ait, quod ſi quis facit aliquem contractum, qui communiter ab omnibus habetur pro licito, licet in veritate ſit illicitus, ex hoc propterea non dicetur vſurā committere, ad quod optimus eſt tex. *in l. quid ergo. §. 1. ibi. cum vſuris trientibus, velius, quæ in regione obſeruantur. ff. de contrar. & vtil. act. tutel. & in l. tutor. qui repertorium. §. ſed ſi negauit. ibi, ſecundum mores prouinciæ præſtabit vſuras. ff. de adminiſtrat. tutor. & in l. apud Iulianum. §. in vſurarum. ff. de legat. 1. & in l. 1. in fine. ibi, vſurarum modus ex more regionis. ff. de vſur. & in l. & in contraria, ibi, eas tamen, quæ in regione frequentantur. ff. eod.* facit tex. *in l. certi condictio. §. ſi numos. ff. de*

ff.de reb. credit. ſi cert. petat. & in l. athletas. ibi, & generaliter ita omnes opinantur. ff. de his qui notant. infam. Rol. à Vall. *conſi. 75. nu. 43. vol. 1.* vbi dicit, quod ſi quis facit actum aliquem, qui æſtimatur communiter licitus, contrarium tamen eſt in veritate, quia ſapit vſurariam prauitatem, quod ex hoc non dicatur ille actus illicitus, idemq; repetit *conſ. 96. nu. 26. vol. 2.* eodemq; faciunt notata à Dec. *in l. 1. numer. 17. verſic. ſed. certe iſta concluſio. Cod. de edend.* Strach. *in tract. de mercatura. part. 1. num. 37.* vbi dicit vſuram appellari non poſſe, quæ communiter reputatur licita.

Quæ conſuetudo tanto maioris ponderis eſt, quod videmus paſſim à bonis viris, conſcientiæ bonæ, atque integræ & laudatiſſimæ opinionis eiuſmodi contractus fieri, cuiuſmodi hic eſt, vt † eo magis omnis vſurarum ſuſpicio tollatur. Ol- 191
drad. *conſil. 207.* Bald. *in l. 1. colum. 7. verſic. & hoc facit. C. de his quæ pœnæ nom.* vbi in terminis annuorum redituum dicit, quod contractus alias ſuſpectus, ſuſpectus cenſeri non debeat fœnoratitius, ſi in regione cõmuniter tales contractus frequentantur, & inter bonos ſeruantur. Idem probatur per text. notab. *in c. niſi eſſent. in princ.* & ibi Pan. *de præbend.* Iaſ. *in l. 1. col. antepenul. quæſt. 4. C. de ſumm. Trinit.* Tiraquel. *de retract. conuention. ad finem. nu. 127.* Dec. *conſ. 170. verſ. & dato quod alia opinio.* Paris *conſ. 75. nu. 30. vol. 4.* Crauet. *d. conſ. 145. nu. 12.*

Atque hæc † procedunt non tantum quoad excuſandum à 192
pœna impoſita vſurariis, de qua excuſatione tradit Bart. *in l. quod ſi fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædilit. edict.* Tiraq. *de pœnis. cauſa 42. num. 8.* Strach. *d. tr. part. 1. num. 37.* Crauet. *d. conſ. 145. nu. 12.* Socin. iun. *conſil. 27. num. 4. vol. 4.* Grat. *conſil. 49. num. 1. vol. 2.* neq; de iure ciuili duntaxat ad declarandam quantitatem vſurarum, ſed conſuetudo operatur vt de iure etiam Canonico cõtractus ex frequẽti regionis cõſuetudine habeat' pro licito, vt probatur *per c. 1. & 2. de empt. & vend.* & pulchre Oldra. *d. cõſ. 207.* dicit; corroborat cõtractũ ipſum & ab õni ſpecie illicitialienum.

num reddit ipſius regni cõſuetudo ſecundum quam talis contractus continue celebratur, & dixit Bal. *in l. qui per diuerſas. col. 1. C. de mand. verſ. contractus aliqui.* quod conſuetudo poteſt contractum probare vel reprobare, idemq; ſequitur Capoll. *conſi. crimin. 13. verſic. & intelligo.* Atque eadem ratione ad defendendum contractum à ſuſpicione vſuræ vtitur Iaſon. *conſil. 153. col. 4. verſic. ſeptimo facit. volum. 4.* & Bertrand. *conſil. 5. col. 2. in fine. volum. 2.*

193 Vt vero maxime † in foro fortaſſe conſcientiæ conſuetudo loci nullam iuſtam excuſationis cauſam præbeat, vt voluiſſe videtur Crauet. *d. conſil. 145. num. 17. in fine.* Roland à Vall. *conſil. 96. numer. 31. volum. 2.* animaduertendum tamen eſt verſari nos in propoſito caſu non in foro conſcientiæ, ſed in foro
194 fori, vt loquuntur, ſiue ſeculari, in quo inter † omnes conuenit, quod contractus, qui ex conſuetudine à viris bonis & integris celebrari ſolet, non ſit habendus pro illicito, ſimulato ſeu fœnoratitio. Ita docet Bartol. *in dict. l. quod ſi fugitiuus. §. apud Labeonem. Oldrad. d. conſil. 207. in fin.* Calderin. *conſil. 4.* Ioan. de Anan. *conſil. 72. col. penult.* Socin. ſen. *conſ. 83. nu. 21. vol. 2.* Dec. *in l. 2. nu. 17. C. de edend. & conſ. 170. col. penult. verſic. vltimo non obſtat.* qui in terminis reſpondit de pacto de retrouendendo. Gozadin. *conſil. 63. nu. 18.* Grat. *conſil. 11. nu. 7. volum. 2.* Paris *conſil. 75. num. 30. vol. 4.* Neuizan. *conſil. 88. nu. 7.* Cæphal. *conſil. 237. in fin. lib. 2.* Rol. à Vall. *conſil. 75. nu. 42. vol. 2 & conſil. 58. nu. 19. vol. 4.* Burſat. *conſil. 117. nu. 6. lib. 1.* Decian. *conſil. 2. nu. 80. vol. 1.*

195 At iuris eſt expediti, quod † actus, qui alias oppoſitionem aliquam pateretur, ſi à cõſuetudine approbatus ſit, ita pro valido habendus ſit, vt ne reprobari quidem aut reuocari vllo modo poſſit, per gl. finalẽ *in l. qui habebat. ff. de manumiſſ. teſtam.* Alberic. *in l. 1. col. penult. verſi. ſed circa hanc materiam. C. de ſumma Trinit.* Dec. *in c. ex tenore. num. 8. de reſcript.* Alexand. *conſ. 107. col. 7. vol. 2.* Tib. Decia. *conſ. 46. nu. 135. & ſeq. vol. 2.*

Deinde ponderamus ad hoc, vt exceptio ſimulationis & con-

contractus vſuratii opponi nequeat à Dominis Comitibus, quod ex inſtrumento animaduertimus ipſos renunciaſſe omnibus omnino exceptionibus, priuilegiis, indultis, & eiuſmodi aliis, quo caſu communis & vera eſt Doctorum ſententia, quod † vbi quis innuit in inſtrumento omnia & ſingula in 196
eo contenta eſſe vera & ea velle attendere & obſeruare, & in nullo contrauenire, non poſſit opponere exceptionē ſimulationis. Ita reſponderunt Rol. à Vall. *conſi 93. nu 22. vol. 1.* Curt. iun. *conſ. 134. col. 3* Gozad. *conſi. 69. col. 3.* Iaſ. *in l. nemo poteſt. col. 9. in princ. ff. d. legat. 1.*

Et quamuis ſupra inter dubitandi rationes nonnulli allati ſint, qui exiſtiment renunciationem exceptionis ſimulationis non valere: reſtringunt tamen Doctores iidem hanc limitationem, vt ea vera non ſit, quando contractus ſiue diſpoſitio, cui dicta renunciatio acceſſit, eſt ipſo iure aliqua, ſaltem apparenter, & nihil in contrarium appareat euidenter, per ea quæ late tradit Maſcard. *d. concluſ. 447. nu. 24. 25. & 26.* vbi addit, licet nonnulli in ea ſint opinione, quod per renunciationem iſtam contractus magis ſuſpectus reddatur, id tamen verum eſſe, quando in contractu fuerunt appoſita hæc verba, vendidit vere, & non in fraudem vſurarum.

Præſertim quod contractum hunc Domini Comites eo ipſo iteraſſe intelliguntur, quod eum à Domino Archiepiſcopo confirmari petierunt, & Ioachimum P. in poſſeſſione antea nunquam moleſtarunt. Qui † enim bis eundem actum fa- 197
cit, videtur velle nihil contra eum opponi poſſe, quia vbi ſecunda interuenit conſideratio, ibi plena præſumitur adeſſe deliberatio, vt dicit Bald. *in tract. ſchiſmat. in tit. Cod. ſi quis aliqu. teſtar. prohib. verſ. præterea poſt hæc & verſic. Vrbanum nanq.* quem refert Dec. *conſil. 15. nu. 1. in fine. & conſil. 588. nu. 12.* Felin. *in c. nonnulli. nu. 14. de reſcript. & in c. ſi cautio. nu 39. & ſeq. de fide inſtrument.* Faciunt notata *in l. Balliſta. ff. ad Senatusconſult. Trebell. Ruin. conſi. 196. num. 5. vol. 1. Nicol. Euerh. in loco. leg. à vi geminationis.* Nam

geminatio actus omnem ſubornationem elidit, *l. damnoſa vbi Iaſon. C. de precib. Imperat. offerend. Gozadin. conſil. 70. num. 7. Caphal. conſil. 90 nu. 31. lib. 1.* Sicuti ratificatio geminata ad contractum confirmandum plurimum valet, *Alexand. in l. cum ſcimus. nu. 7. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Crauet. conſi. 114. in fine. Caphal. conſ. 51. nu. 18. Afflict. deciſ. 285. nu. 12.*

Ita dicimus iteratam multiplicatamq; contractus approbationem tollere remedium. *l. 2. Cod. de reſcind. vendit.* per ea quæ reſpondit Caſtrenſ. *conſil. 386. colum. 2. volum. 2.* Panormit. *conſil. 71. colum. penult. vol. 1.* Dec. *conſil. 181. colum. 2.* Rube. *conſi. 134. col. 3.* Decian. *d. conſil. 2. num. 153. & ſeq.* Roman. *conſil. 304. nu. 4.* vbi ait iteratum conſenſum venditoris purgare omnem ſuſpicionem ſimulationis & fraudis contractus, & Romanum ſecutus eſt Burſat. *conſ. 149. num. 64. libr. 2.* idemq; ſentit Bero. *conſ. 154. nu. 14. & 15. vol. 1.*

Hæc omnia confirmantur ex eo, quod promiſſio illa omnis, quæ à Dominis Comitibus facta eſt, ſiue ſit de principali, ſiue de acceſſoriis, facta eſt, aut certe perinde haberi debet atque ſi ſub iuramẽto facta eſſet, ſiquidem ſe illa omnia ſeruaturos eſſe Domini Comites promiſerunt, bey jhren Gräfflichen Ehren/ Trewen vnd Glauben im Wort der Warheit kräfftiglich/ꝛc.

198 Quę † fidei interpoſitio iuramento comparatur, quod communiter ita Doctoribus placuiſſe multis ad hoc allegatis comprobant Andr. Gail. *2. Obſeruat. practic. 59.* Mynſing. *centur. 1. Obſeruat. 17. & centur. 4. Obſeruat. 20.* idemque ſcribit Sichard. *in l. fi. nu. 13. C. de edict. D. Adrian. tollend. & in theſaur. commun. opin.* Fichard. *ad Villalob. in verb. fides.* & Laurent. Kirchou. *in verb. iuramentum & fidei præſtatio.* eamq; clauſulam idem operari quod iuramentum, reſpondit Paris *conſil. 110. nu. 6. & 40. vol. 1.* Mantua *conſil. 70 nu. 7. vol. 2.* Natta *conſil. 479. num. 11. & conſil. 480. nu. 12. & 13. vol. 3.* Burſat. *conſ. 306. num. 12. libr. 3.* Mich. Graff. *commun. opin. lib. 1. quæſt. 4. in fine. cap. 3* Menoch. *conſ. 201. nu. 120. lib. 3.*

199 At † quando dilucide in inſtrumento & contractu iuratum fuerit

fuerit omnia & ſingula in inſtrumento contenta obſeruare, quod tunc contractus non probetur ſimulatus, & quod ipſi contrauenire nequeat, aut allegari ſimulatio aliqua, ſcripſit Io. de Imol. *in d. c. ad noſtram. de empt. & vendit* Bald. *in l. fin. C. de non numer. pecun.* Cæpoll. *de ſimulat. contract. præſumpt. 7. nu. 46. & præſumpt. 26. nu. 84.* Afflict. *in c. 1. nu. 157. verſ. tertio fallit. de feudo dato in vic. legis commiſſ.* vbi dicit ita communiter ſentire Dd. *in d. l. nemo poteſt.* Idem reſpondit Alex. *conſ. 36. nu. 3. vol. 2.* Neuiz. *conſ. 23. nu. 4.* Rol. à Vall. *conſ. 47. nu. 3. vol. 1.* Socin. ſen. *conſi. 82. nu. 2. vol. 3.* vbi de communi atteſtatur.

Et in genere Canones tradunt iuramentum † omne ſeruandum eſſe, quod abſque diſpendio ſalutis æternę ſeruari poteſt, cuiuſmodi illud eſſe, de quo in pręſentia agitur, nullum eſt dubium, *c. cum contingat. de iureiur. c. licet mulieres. eod. in 6. c. quamuis. de pact. in 6. Authent. ſacramenta pub. C. ſi aduerſ. vendit. Butr. Felin. & cæteri. in c. cum ſit generale. de foro compet. Aretin. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. vel amittend. hered. late Anton. Gabriel. commun. conclu. lib. 2. de iureiurand. concluſ. 6.* & indiſtincte ſiue quis maior ſit, ſiue minor, ſiue læſus, ſiue non læſus, iuramento contrauenire non poteſt. *Caſtrenſ. in d. Auth. ſacramenta puberum. nu. 8. & 9. VVeſemb. conſ. 23. nu. 50. & ſeq. Gail. 1. Obſeru. practic. 22. nu. 1.* idq; verum eſt etiamſi contractus de iure ciuili eſſet nullus, vtpote quem iuramentum facit valere, *d. c. cum contingat. & in d. c. quamuis. vbi Didac. Couar. Dec. conſ. 202. nu. 2. & 3. & plures allegat Gabriel. d. tit. de iureiur. concluſ. 8. & 9.* 200

Cumq; hęc clauſula † iuramenti in fine inſtrumẽti ſit poſita, ad omnia omnino capita contractus illius eo inſtrumento cõprehenſa referri debet, *per l. talis ſcriptura. in fi. ff. de leg. 1. l. 3. §. pen. ff. de liber. & poſthu. cum ſimil.* maxime ꝙ additum ſit vocabulum, Alles/ quo qui † vtitur is nihil excludere dicitur *l. ſi plurib. ff. de leg. 1. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. omnes. C. ſine cenſu, vel reliqu. l. à procurat. C. de mand. c. ſolitæ. de maiorit. & obedient. Grammat. deciſ. Neapolit. 4. nu. 2. Cacheran. deciſ. Pedemont. 90. nu. 5 & 6.* 201 202

Ad

Ad hęc videmus clauſulam illam, omni meliori modo, & vt verba formalia ſonant: In der aller beſtändigſten Form/ als zu recht am kräfftigſten geſchehen ſoll/ kan vnd mag/ adiecta in eſ-
203 ſe, quæ & † ipſa cum iuramento pari paſſu ambulare dicitur. *Bartol. in l. ſi quis. in princip. nu. 15. ff. de legat. 3. quem refert & ſequitur Burſat. conſil. 307. nu. 144. lib 3.*

Enixam vero etiam voluntatem Dominorum Comitum, & quod contractui huic contrauenire nolint, oſtendunt geminationes & iterationes illæ prægnantibus verbis factæ, in der aller beſtändigſten Form / als zu recht am kräfftigſten geſchehen ſoll/ kan vnnd mag: Item auff einen ſtarcken Widerkauff/ & ſimiles, de quibus paſſim ex inſtrumento conſtat. Geminatio-
204 nes † enim verborum conſtantem & firmam voluntatem demonſtrant, vt præter ſupra allegatos reſpondit Dec. *conſil. 10. nu. 5.* Burſat. *conſ 396. num. 2. lib. 4.* multo magis triplicationes. *§. hoc Deo. Authent. quomod. oport. Epiſcop. & ibid. Angel. Barbat. conſi. 16. vol. 2. Sebaſt. Medic. in regul. Geminatio operatur. part. 1. nu. 88 115. & 122. vbi cæteros aggregat.*

Quare videant, qui Dominis Comitibus, vt ſeſe huic contractui opponant, ſuadent, ne ſuadeant ipſis, quod in iure pro
205 turpi habetur, atque † adeo à Iudice admittendum non eſt. *l. cum profitearis. C. de reuocand. donat. l. ſi creditoribus. C. de ſeruo pignor. dat. manumiſſ. l. filio. C. de iis quæ in fraud. credit. c. inter dilectos. de donat. Bart. quem ſequuntur & alij. in d. l. per diuerſas. Alex. conſi 38. col. 1. vol. 2.*

Nam vt illa omnia in caſu præſenti nos deficiant, meminiſ-
206 ſe tamen oportuerat Dominos Comites, nihil † tam naturali æquitati conuenire, quam vt pacta ſeruentur. *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtitut. pecun. l. quod ſemel. vbi gloſſ. & Bartol. ff. de decret. ab ordin. faciend. l. idem eorum qui. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomin. Bartol. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. Alexand. conſil. 101. vol. 1. & conſil. 215. colum. 2. & 3. volum. 2. Dec. conſil. 119. num. 3. Crauet. conſil. 89. nu. 2.*

Quod

Quod cum inter omnes homines æquum ſit, tum vero mul-
to eſt æquius inter perſonas illuſtres, Decian. *conſi. 44. num. 34.*
volu. 1. vbi dicit, pacta in conuentionibus & pactis, præſertim
inter viros illuſtres, & iuramento firmata, ad vnguem ſeruan-
da ſunt, ne ſub fide tam illuſtrium virorum damnum patian-
tur, præſertim cum contractus hic inſtrumento roboratus ſit,
de cuiuſmodi Comitum contractu inſtrumento roborato di-
citur, quod pro lege ſit, *tex. eſt in l. penult. C. de donat. inter vir. &*
vxor. Caſtrenſ. in l. 1. verb. per epiſtolam. ff. d. conſtitut. princ. Iaſ. in l. ci-
uitas. nu. 7. ff. ſi cert. petat.

Idque tanto fortius in præſenti caſu redditur, quod Ioachi-
mus P. & Conſortes, ſi poſſeſſionem caſtri N. nacti non eſſent,
impediti fortaſſe à Dominis Comitibus, aduerſus ipſos actio-
nem habuiſſent ad poſſeſſionem iſtam conſequendam ex hoc
contractu, ſiquidem iure proditum eſt, vt † ex pactis in con- 207
tinenti appoſitis agi poſſit ad id, vt impleatur & fiat, quod con-
uentum & promiſſum eſt, *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Ca-*
noniſtæ in c. 1. de pact. in 6. Legiſtæ. in l. lecta. ff. de reb. credi. ſi cert. petat.
& in l. iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pact. Angel. conſ. 199.

Imo etſi pactum fuiſſet nudum, actionem tamen ad id vide-
bantur habituri eſſe, quandoquidem † etſi iure quidem ciui- 208
li ex pacto nudo actio non detur, *d. §. quinimo. l. lege. C. de pact.* vt
pro regula tradit Socin. *Reg. 14.* & Duen. *regul. 11.* de iure tamen
Canonico ſecus eſt, quo ex pacto etiam nudo actionem dari
tradunt Canoniſtæ *in d. c. 1. & cap. 3. de pact.* Legiſtæ *in d. l. iuriſgen-*
tium. §. igitur nuda. VVeſembec. *conſ. 31. num. 11.* eamque com-
munem eſſe Doctorum opinionem dicit Alciat. *in rubr. ff. de*
verbor. obligat. nu. 9 & ibid. Galiaul. *nu. 16* Idem Alciat. *in d. c. cum*
contingat. num. 17; Fortun. Garzias *in c. 1. num. 10. & ſeq. de pact.*
VVeſemb. *conſ. 38. nu. 20.* Corn. *conſi. 2. vol. 1.* Villalob. *in theſaur.*
commun. Opin. lit. A. nu. 14. Et non in eccleſiaſtico tantum, ſed et-
iam in ſeculari foro receptum eſſe aſſerit Iaſ. *in d. l. iuriſgentium.*
§. ſed cum nulla. nu. 6. verſic. ſecundo extende. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.*

Perus.9.nu 26.& veram eſſe atque ſequendam ſcribit VVeſem. *in paratit.ff.de pact.nu 8.verſic.etſi autem hac de re.*

Atqui cum in iis terminis nunc verſemur, in quibus heredes P ſunt in poſſeſſione, vt actione vlla opus non habeant, &
209 cui † actionem damus, ei multo magis demus exceptionem, ſiue replicationem, nullum eſt dubium, quin omnis defenſio heredibus P. multo facilius detur, *l.inuitus.§. cui damus.ff.de reg.iur.* quia facilius conceditur exceptio, quam actio, *per d.§. igitur nuda.l.1.§.is autem.ff.de ſuperficieb.c.qui ad agendum.de procurator.in 6.Dec.conſil.475.nu.4 & conſil.614.num.8.Iaſon conſil.172. col.2.verſi ſi ergo iſti.vol.4 Ruin.conſil.18 num.20.verſi.quamuis.vol. 1.Paris conſil.23.nu.90.vol.1.Burſat.conſi.16.nu.36.lib.1.Decian.conſil. 68.nu.18.vol.2.& conſil.46.nu.11.vol.1.* atque ei etiam datur exceptio, cui alias agere denegatum eſt, *per text. in l.pure.in fine ff.de doli except. cum multis ſimilibus adductis per Socin.conſ.99.col.1.in fin. vol.1.& conſ.90.n.3.in fin.vol.4.Curt.iun.in l petens.nu.14.C.de pact. Duen.reg.36.limit.7.nu.7.*

Hiſce omnibus ita ſtantibus, cum ex illis plus quam manifeſtum ſit, præſumptiones, quæ contra hunc contractum pro Dominis Comitibus vrgere videbantur, ſatis eneruatas eſſe, & vt maxime veræ ſint probarique poſſint, ex circumſtantiis tamen ſupra deductis conſtet, ipſas irreleuantes eſſe, opus non eſſet ſigillatim præſumptiones & rationes dubitandi contra heredes P. à principio huius conſultationis noſtræ poſitas pluribus refutare: veruntamen vt de iuſtitia cauſæ huius ex parte heredum P. conſtet tanto manifeſtius, eodem ordine, quo à nobis ſunt poſitæ, illas paucis perſtringemus.

Et principio, quod ad argumentum illud de pacto de retrouendendo, cum quo concurrat pretii modicitas, attinet, iam ante oſtenſum eſt, pactum de retrouendendo in ſe & ſui natura eſſe licitum. Modicitatis autem pretii ex parte Dominorum Comitum allegatæ, ratio habenda non eſt, cum here-

des P. eam negauerint, Domini autem Comites eam probare ne conati quidem fuerint. Neque † enim ſufficit multa 210
allegare, niſi etiam ea, quæ allegantur, probentur. *Gloſſ. in l. 1. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicit. leg. ſecunda. ff. de ſer. Hippolyt. conſil. 37. num. 2. volum. 1. Mynſing. reſponſ. 6. num. 59.* adeo vt ne ſufficiat quidem probare in genere, niſi ſimul probetur in ſpecie, *vt ait Oldrad. conſil 237. in princip. num. 3. Brun. conſil. 66. num. 4. Crauet. conſil. 96. num. 4. Menoch. conſil. 54. nu. 37. lib. 1. Dec. conſil. 431. num. 16.*

Et in terminis quod † allegata pretii modicitas, ſi ab altera 211
parte negetur, probanda ſit, docent Bartol. *in l. denunciaſſe. §. quid tamen. colum. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter.* Ioann. Andr. & alii *in c. 1. de homicid. in 6.* Panormit. *in d. c. ad noſtram. col. finali. verſic. puto tamen,* & conſulti reſponderunt Dec. *conſil. 167. col. 2.* Socin. iun. *conſil. 181. numer. 15. volum. 2.* Roland. à Vall. *conſil. 58. numer. 11. volum. 4.*

Quinimo † modicitatis illius ratio ineunda & probanda eſt 212
ex eo quanti res erat eo tempore, quo contractus inibatur, *l. ſi voluntatem. C. de reſcind. vendit. l. 2. vbi notat Ioan. de Platea. notab. 5. C. de præd. & onerib. nauicul. lib. 11. Ripa de peſte. parte vltim. nu. 257. Dec. conſi 308. nu. 2.*

Et vero ex circumſtantiis totius negotii tantum nobis colligere videmur, quod prætenſa illa modicitas, cuiuſmodi hic requiritur ad arguendum contractum ſimulatum vel vſuratitium eſſe, ne poſſit quidem probari. Animaduertimus enim caſtrum N. cum ſuis pertinentiis in diuiſione hereditaria, quæ fuit inter Dominos Comites anno 1573. hereditario obueniſſe 76436. aureis Domino Comiti P. quod ab heredibus P. affirmari, nõ etiam à Dominis Comitibus negari, ſed tacite concedi videmus. In confeſſo vero etiam eſt, quod 40000. aureorum in an. 1561 atq; ita annis duodecim ante diuiſionem illam Dominis Comitibus exoluta fuerint, quo anno ſine dubio tanti caſtrum illud non fuit, quanti fuit in anno 1573. cum ex-

petientia doceat, ſuperioribus temporibus bona tanti æſtimari non fuiſſe ſolita, quanti ſucceſſu temporis æſtimata ſunt, atq; etiamnum æſtimantur, præſertim cum eo etiam tempore, quo Ioachimus P. emptionem hanc omnino ratam eſſe voluit, tantum præter 40000. illa aureorum creditoribus exoluiſſet, vt ſumma omnis pretii ad octoginta ferme millia florenorum excreuerit, vt apud reſolutionem quæſtionis ſequentis demonſtrabitur.

213 Itaque † Iudex, in cuius arbitrio eſſe dicitur cenſere, quænam pretii ſit modicitas, *Tiraquell. in repetit. d. l. ſi vnquam. verb. omnia. nu. 31 Menoch. lib 2. de arbitrar. iudic. quæſt. caſu. 217. nu. 4. & ſequent. Bartol. conſil. 236. num. 4. volum 2. Barbat. conſil. 51. colum. 2. volum 1.* nunquam in præſenti caſu arbitraretur pretium hoc, quod ad octoginta fere millia excurrit, eſſe modicum, imo etſi vltra quadraginta millia exoluta non eſſent loco pretii, non tamen poſſet dici hoc pretium modicum, collatum ad caſtrum N. quo 76436. aureis duntaxat æſtimatum fuit.

214 Oportet autem, vt pretium † dicatur eſſe modicum, vt non attingat dimidium iuſti pretii, vt notatur *in l. 2. C. de reſcind. vend. t. Ancharan. in c. acceſſorium. de reg. iur. in 6. & in c. 1. col. 5. verſi. ego autem conſului. de conſtitut.* Gozadin. *in l. 2. num. 155. C. de pact. inter empt. & vendit* & ibid Cagnol. *nu. 14.* Dec. *conſil. 180. & 181. & conſil. 203. & 206.* Caſtrenſ. *conſil. 174. vol 1.* Iaſon. *conſil. 133 vol. 4.* Corne. *conſil. 23 col. 3 vol 3.* Ruin. *conſil. 16 nu. 5. & conſi. 66 nu. 9. vol. 4.* Crauet *conſil. 156 num. 4* Cacheran. *deciſ. 42. nu 9.* Rolan à Vall. *d. conſil 96 nu 34 & ſequent. vol. 2.* qui allegat Barbatiam *in d. c. ad noſtram.* dicentem, quod quando non interuenit paruitas pretii ita immoderata, vt quia fuit citra dimidiam, quod contractus non præſumatur fœnoratitius, ſed deceptio in pre-

215 tio, quæ ſane deceptio permiſſa ſit inter contrahentes, *l. item ſi pretio. § fin. ff. locati.*

Idem reſponderunt Rol. à Vall. *conſil. 58. nu. 12. vol. 4.* Riminiun. *con. 218. n. 16. vol. 2.* atq; vt pretium ſit infra dimidium iuſti

pretii

pretii omnes Doctores requirere atteſtatur Cæphal. *conſil. 289. nu 37. lib. 3* & Burſat. *conſil 389. num. 16. lib. 4* & poſt hos Maſcard. *d. concluſ. 447. nu. 7.* vbi dicit, quod neceſſe ſit, vt pretium ſit admodum tenue, vt ſi res conſtans mille, vendita ſit ducentis, & ſubiungit ita reſpondiſſe Roman. *conſil 304. in princ.* per text. *in ca. 1. verſic. quis enim dubitat. qual. olim feud. alien. poter.* Dec. *conſil. 167. colum. 1. verſic. accedit etiam. Grat. conſil. 157. num. 6. vol. 2.* Iaſ. *conſil. 133. col. 2. verſic. modicitatem & col 3 verſic. quando.* Alexand. *conſil. 28 vol. 5.*

Quod ſi vero emptio & venditio illa non reſcinditur, neque pro inualida habetur, quæ non facta eſt iuſto pretio, eo tamen quod ſit dimidiæ partis, aut prope eam, etiam cùm res vendita eſt irreuocabiliter, quãto magis valebit ea, quæ reuocabiliter facta eſt, cum minoris ſit præiudicii, præſertim cum † pactum 216 de retrouendendo adiectum rem minus valere faciat, quam ſi emptio facta eſſet ſine eo. Cagnol. *in l. 2. nu. 58. C. de pact. inter em. & vendit & in l. 2. nu. 245 C. de reſcindend. vendit.* Tiraquell. *de ret. act. conuention. in præfat. nu. 20.* Paris *conſ. 65. n. 15. vol. 1.* Socin. iun. *conſil. 94. num. 25. vol. 3.* Socin. ſen. *conſil. 15 col. fin. vol. 1.* qui reſpondit manifeſto, quod ea quæ valent centum ſine pacto, valebunt 70. cum pacto, quem ſecuti ſunt Roland. à Vall. *d. conſi. 96. nu 38.* Decian. *d. conſil. 2 nu. 169* Panormit. *in c. in aliquibus. notab. 2. de decim.* vbi inquit, quod ſi quis vendidit prædiũ cum onere retrouendendi, ſi poſtmodum allegetur pretii modicitas ad inferendum contractum vſurarium, non valet verus valor rei æſtimatę, niſi quoque habeatur reſpectus ad onus impoſitum, quia prędium tanto minus valet ratione oneris annexi, & hoc notandum eſſe, quia multi errent, & plures ad hoc allegat Rol. à Vall. *d. conſil. 40. num. 17. & d. conſil. 96. num. 38. & ſeq. & d. conſil. 58. num. 12.* Burſat. *conſil 9. num. 36 lib. 1.* Maſcard. *d. concluſ. 447. num. 10. & 13.* Nam pactum dicitur pars pretii. *Panormit. & alij in d. c. ad noſtram. Dec. conſil. 308 num. 2. Paris conſil. 81. num. 30. vol. 2. Neuizan. conſil 88. num. 4. Socin. iun. conſil. 46 num. 41. vol 4.*

Cæphal.conſ.261.nu.8.lib.2. & in præſenti caſu tanto viliori pretio res æſtimanda erat, quod Domini Comites magno ære alieno erant grauati, per ea quæ tradit Ripa *in l. 1. §. ſi heres. numer. 28. ff. ad Senatusconſult. Trebellian.* & Cagnol. *in d. l. 2. num. 199. C. de reſcind vendit.*

Non igitur ad rem quidquam facit, quod modicitas ex annuis reditibus probari poſſit, quoniam in facto negatur tantos eſſe reditus ſiue prouentus caſtri N. quanti eſſe ex parte Dominorum Comitum dicuntur. Atq; vt maxime probatum id eſſet, pretium tamē propterea non diceretur eſſe modicum prout ex modo dictis conſtat.

Non etiam obſtat, quod afferebatur de limitato tempore, intra quod poteſtas rei recuperandę poteſtas non erat, quia re-
117 ſpondetur† illud etiam ſine vſurariæ prauitatis ſuſpicione fieri poſſe, vt ſcribunt Ioan. Fab. *in l. fin. C. de pact. pignor.* dummodo reſtrictio facultatis redimendi non excedat annos triginta. *Bald. in c. 1. col. 2. verſic. quæro de quibuſdam pactis. de feud. dat. in vicem leg. commiſſor. Decian. d. conſil. 2. num. 131. & 135.* vbi dicit, eſſe hanc communē tam Canoniſtarum, quam IC. ac etiam Theologorum opinionem, quod tale pactum de per ſe non ſit illicitum.

Pręterea tempus illud limitatum haud aliter ſimulationem & vſuram arguere dicitur, quam ſi concurrat modicitas pretii, vel alia qualitas ſit, puta quod emptor fœnorari ſolitus fuerit. Ita hoc reſtringit Hoſtienſ. *in d. cap. ad noſtram.* & ibid. Panormit. Bald. *in c. 1. nu 8. de feud. dato in vicem legis commiſſ.* & ibid. Aluarot. *col. penult. verſic. quæro ab extra.* Cagnol. *in d. l. 2. nu. 60. C. de pact. inter empt. & vendit.* Tiraquell. *de retract. conuention. §. 1. gloſſ. 2. nu. 30.* Cæpoll. *de ſimulat. contract. præſumpt. 10. verſic. ſed tamen.* Didac. Couarr. *lib. 3. reſolut. cap. 8. in fine.* Caſtrenſ. *conſil. 109. col 2. ver. ſunt & aliæ. vol. 2.* Iaſ. *con. 153. col. 2. ver. ſed præmiſſus. vol. 4.*

Et ſi vero tempore contractus Domini Comites pecunia indiguerint, tamen ex hoc ſolo contractum non præſumi ſimulatum,

latum, cum facilius præſumatur venditio, reſpondit Calcan. *conſil. 26. nu. 19. verſ. & ita dicendum reſt.*

Quod de poſſeſſione à Dominis Comitibus retenta affertur, ad id reſpondetur, aliter fieri ex negocii natura non potuiſſe, quam vt poſſeſſio apud Dominos Comites maneret, quoniam emptio caſtri contrahebatur ſub conditione, qua poſtea purificata poſſeſſio ad Ioachimum P. deuenit, ſicuti etiamnum non Comites, ſed heredes P. in poſſeſſione reperiuntur.

Non etiam ad rem quidquam facit correſpectiuitas prætenſa, vt ex his, quæ inter decidendi rationes paulo ante dicta ſunt, conſtat.

Pacta autem illicita, inuſitata vel iniqua adiecta eſſe abſolute negatur. Nam q́ dicebatur de denunciatione, ad id reſponſio in promptu eſt, quod pactum illud non ſit illicitum, quia emptor voluit conſulere indemnitati ſuæ in hoc, vt ſcilicet per annum poſſet & ipſe præuidere, in quem vſum diſtribueret pecuniam ſuam. Ita in terminis noſtris diſerte reſpondit Tiber. Decianus. *conſilio ſecundo. numer. 135. verſicul. aliud eſt pactum. vol 2.*

Quod emptori pretium repetere conceditur, id factum eſt ex notoria illius regionis, in qua contractus hic celebratus eſt, conſuetudine, quam omnem vſuræ ſuſpitionem remouere & cõtractum licitum facere abunde ſupra demonſtratũ eſt.

Nec mirum eſt Dominos Comites pericula & caſus in ſeſe ſuſcepiſſe, cum illud totum accipiendum ſit reſpectu contractus prioris, quo non caſtrum ſed reditus empti erant, non reſpectu contractus poſterioris, quod etiam ex ſubſequentib. actibus declaratum ſatis eſt, ſiquidem poſteaquam Ioachimus P. & Conſortes caſtrum vi contractus poſterioris poſſidere cœperunt, non Domini Comites, ſed ipſi omnia pericula & caſus ſuſtinuerunt, ſicuti etiam anno præcedenti plurima de ſuo heredes P. in caſtrum illud impendiſſe in facto præſupponuntur.

Nega-

Negatur autem omnia pacta in fauorem Ioachimi P. & Conſortum appoſita fuiſſe. Nam pactum principale de retrouendendo in venditorum Dominorum Comitum fauorem eſt appoſitum, quod pactum fauorabile eſt, vt dicit Bald. *in d. c. 1. verſic. quæro pone quod pactum legis. de feud. dat. in vicem leg. commiſſ.* ita intelligens *l. Titius ff. de pignor. act.* Guid. Pap. *ſingul. 477. verſ. quæro mutuaſti.*

Et æque in fauorẽ ſuum emptori paciſci licet, atq; in ſuum fauorem venditori, vt reſpondit Tiber. Decian. *conſil. 106. nu. 9.*
218 *vol. 3.* ex natura correlatiuorum, qua permiſſum † in vno cenſetur & in alio conceſſum eſſe, *l. ſi C. de indict. viduit. tollend. l. ſi. ff. de acceptil. l. ſi cum diem. §. penult. ff. de his qui arbit. l. veteres. ff. de act. empt. l. cum emptor. ff. de reſcindend. vendit.*

Coniectura, quę ex cautelis ſuperabundantib. capitur, valde eſt infirma, ſiquidem cautelæ illæ ſunt ſolitæ, & quo minor hodie inter homines fides eſt, eo cautius ſibi contrahentes proſpicere ſolent, & vulgatum eſt, iura vigilantibus ſubuenire.

Confirmatio etiam ab Imperatoria maieſtate petita & ſubſecuta nihil ſimulati in hoc caſu arguit, quoniam illa longo interuallo poſt, & annis ferme nouendecim, quam contractus initus eſt, impetrata eſt, ideoq; non poteſt illa ſimulatum arguere id, quod longe ante recte, licite & legitime geſtum fuit.

219 Quod † vſura præſumi dicitur, id in foro poli verum eſt, non in foro fori, in quo hæc controuerſia nunc agitatur. Hanc communiorem & veriorem eſſe ſententiam dicit Burſat. *conſi. 320. num. 120. in fin. lib. 3.* allegans Panormit. *in d. c. nauiganti. nu. 9.* & Lup. ibid. *comment. 3. § 4. num. 93.* Bald. *conſi. 453. vol. 3.* Crauet. *conſi. 48. nu. 8.*

Ex his apparet etſi concedamus ſimulationem coniecturis probari poſſe: tamẽ in caſu propoſito eam probatam non eſſe. Primum enim negatur eiuſmodi præſumptiones in caſu propoſi-

poſito afferri, aut ſaltem probari poſſe, quæ ad illum accommodari recte queant.

Deinde conſtat ex multis aliis argumentis, coniecturis ac rationibus de ſententia contraria, nempe hunc contractum eſſe licitum, iuſtum atque legitimum, præſertim cum iura aduerſa loquantur, maxime in fœnorari ſolito, vt reſpondit Decian. *dict. concluſione 2. num. 161. & ſequent. volum. 1.* & iam ante dictum ſit, eſſe coniecturas pro heredibus P. & plures, & fortiores, & maiores, & ſpecialiores, quibus aduerſariæ eneruentur.

Et licet coniecturæ ſufficerent, non tamen admitterentur niſi quæ Iudici viderentur vrgentes eſſe, neceſſarię atque probabiles perpenſis facti, perſonarum, totiuſque negotii qualitatibus, vt notauit Didac. Couarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 7. nu. 3.* Burſat. *conſi 321. nu. 49. verſ. quarto quatenus.* Vtrum enim ex coniecturis contractus vſurarius probetur id totum eſt in Iudicis arbitrio, *Lup. in d. l. 2. §. 1. num. 33. Chaſſan. in conſuetudin. Burgund. des retracts §. 12. rubr. 10. verſi. ſi la fraude. Bald. conſil. 311. vol. 5.*

Neceſſe vero eſſet probationes in propoſito caſu eſſe tanto efficaciores quoniam † ſunt contra inſtrumentum. *Alexand. conſil. 28. col. 3. verſic. præterea dicta præſumptio, vol. 5. Dec. conſi. 463. num. 9. Caſtren. conſi. 58 nu. 1. & 2. vol. 2.* præſertim contra nobiles, *Crauet. conſ. 129. nu. 13.* & præſumptiones illas oportere eſſe concludentes & efficaces, vt ipſę tolli non poſſint, eo quod elidere debent præſumptiones, quæ ſtant pro contractu, quod non ſit ſimulatus, tradit Bald. *in l. ei qui. C. de diſtract. pignor. & in l. quamuis. C. ſi quis alteri.* cum concordantibus, de quibus Dec. *con. 491. nu. 4. & conſ. 648 nu. 5. & 6.* 220

Porro quod contractus hic videtur incurrere in legem Commiſſoriam, quæ legibus improbata eſt in pignoribus, id ſecus ſe habere ex iis, quæ ſupra inter decidendi rationes dicta ſunt, nullo negotio intelligitur. Cum enim contractus poſterior, quo caſtrum ipſum N. cum ſuis pertinentiis emptum eſt,

conditionalis ſit, & oſtenſum ſit conditione exiſtente ad tempus contractus initi eum retrotrahendum, quin & prior contractus non fuerit mutui contractus, ſed emptionis etiam & venditionis redituum annuorum, & præterea iurato renunciatum ſit omnibus exceptionibus à Dominis Comitibus, exceptio hęc pacti legis commiſſorię in pignoribus reprobati in propoſito locum habere non poteſt.

221 Nam pactum † legis commiſſoriæ, vt contrahatur, neceſſe eſt vt res data ſit in ſolutũ, vel vendita pro debito pecunię mutuatæ, vt reſpondit Bertrand. *conſi. 254. nu. 3. & 4. vol. 1. & con. 50.*
222 *vol. 2.* In contractu † autem emptionis & venditionis expreſſe in iure approbatum & permiſſum eſt, *gl. in rubr. ff. de lege commiſſ.* atq; id tradunt omnes *in l. fin. C. de pact. pignor. & Corn. in d. c. significante. de pignorib.*

223 Ceſſare † vero virtutem pacti legis commiſſoriæ, vbi adeſt iuramenti clauſula vel renunciatio iurata, quæ ſeruari poteſt citra animæ periculum, & interitum ſalutis æternæ, docent Doctores communiter *in dict. cap. ſignificante.* Bald. *in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor.* & communem dicit Gozadin. *conſilio. 61. num 7.* Bero. *conſil. 36. num. 5. & 6. vol. 2.* Hieron. Gabriel. *conſ. 74. num. 23.*

Præterea cum ſupra etiam ex actis relatum ſit, caſtrum N. Domino P. obueniſſe in diuiſione hereditatis 76436. aureis, ſimul etiam dictum ſit, quod in quæſtionis ſequentis reſolutione demonſtrabitur clarius, ſummam à Ioachimo P. & Conſortibus ſolutam excurrere ad octoginta ferme millia aureorum, vt ita de pretio iuſto dubitari non debeat, præſertim venditione facta ſub onere pacti de retrouendendo, tanto minus dici poteſt contractum hunc in legem commiſſoriam in-
224 currere, ſiquidem iuris eſt, quod in † contractibus vbi res communiter diſtrahitur iuſto pretio pactum legis commiſſoriæ non ſit reprobatum. Ita docet Panormit. & alii *in d. c. ſignificante.* Bald. *in l. 1. C. de pact. inter empt. & vendit. & conſil. 178. num. 2. vol. 1.*

vol.7 Lup. *in d.l.2.comment.2.nu.16.* Didac. Couarr. *lib.3 variar. reſolut.cap.2.nu.8.*

Adhæc & illud in propoſito caſu ponderamus, quod caſtrum N. cum ſuis pertinentiis Ioachimo P. & Conſortibus ita venditum fuit, vt Dominis Comitibus ius redimendi reſeruatum fuerit, atque adeo dominium rei non perpetuo & irreuocabiliter, ſed reuocabiliter, & ad tempus in Ioachimum P. & Conſortes translatum fuerit.

At vero † lex commiſſoria in pignoribus ea fuit, vt ſi ad diem 225
pecunia ſoluta non eſſet, pignus creditor ſibi haberet, id eſt, perpetuo iure apud creditorem remaneret, vt annotauit Dion Godofred. & alii *in dict. l. fin. C. de pact. pignor.* eiuſque prohibendæ aut tollendæ ratio hæc, ne egentes & neceſſitate circumuenti debitores facilitate ſua rerum ſuarum dominia amitterent facilius hoc pactum in pignoribus admiſſuri, quam in venditionib. *Dd. in d. l. fin.* quod in iure infrequens non eſt vt quod homines facilius facturi erant, permiſſum ſit quod difficilius, vetitum, *arg. tit. Inſt. de lege Fuſia Canin. tollend. & in princ. Inſtit. quibus alien. licet vel non.*

Cum igitur nec verba prohibitionis, nec ratio eius, quæ diſpoſitionis † cuiuſque dicitur eſſe anima, *per text. in l. cum* 226
ratio, ff. de bonis damnat. Bal. in l. ſi quis ſeruo. n.7. C. de furt. huic caſui conueniant, conſequens illi eſt, vt quæ de lege commiſſoria in pignorib. reprobata in iure dicuntur, ad illum non pertineant.

Ceſſante † enim ratione prohibitionis, ceſſat ipſa etiã pro- 227
hibitio, *l.1. vbi Bal. col.2. ver. nota quod ceſſat. C. ſi rect. prouin. & in c. etſi Chriſtus. col.2. verſic. dicit gloſſa, quod ceſſante. & ibid. Anthon. de Butr. notab.1. de iureiur. & facit l. vbi lex. §. interdum ff. de vſucapion. & l.2 C. qui ad liber. peruen. non poſſ.* & præfationis cauſa ceſſante ceſſare debet excluſio ſiue priuatio, & res deduci ad priſtinum ſtatum in quo ante reperiebatur, *l. ſi inſtituta. l. frater filium. l. ſi is qui, ff. de inoffic. teſtam. l. Gallus. §. in omnib. ff. de liber. & poſthum.*

l.2.§.ſi mater.ff.ad Senatusconſ. Trebell. l.ſi poſt mortem.§.liberi.ff.de bonor. poſſeſſ. contra tabul. quemadmodum etiam ceſſante cauſa conſuetudinis introductæ ceſſat ipſa etiam conſuetudo. *Bald. in rubr. de conſuetudin. col fin.in decretal.* quoniam naturale eſt, vt ſublato fundamento omne ſuper extructum dilabatur, *l.hactenus. in fine. & l. ſequent.ff. de acqu.pluu. arcend.l.nam origo.ff. quod vi aut clam.l.egi.ff.de except.rei iudicat.cap.cum Paulus.1.quæſtione 2.*

Cæterum ſi penitius rem introſpiciamus,nulla omnino reperietur hic eſſe lex commiſſoria, ſed vt ex conditione ſolutioni faciendæ apposita apparet, Ioachimum P. & Conſortes pœnam potius ſtipulatos eſſe in caſum ſolutionis non ſecutæ, atque adeo moræ contractæ, qua mora contracta, pœnam ex ſtipulatione protinus ſubſequi neceſſe fuit.

Certum autem eſt,Dominos Comites in notabili mora conſtitutos ob lapſum diei, quo ex pacto ſoluere debebant,
228 quoniam † mora protinus atque dies obligationi additus tranſactus eſt, commiſſa eſſe intelligitur,*l.ad diem.ff. de verbor. oblig t.l.reſcriptum.§.ſi pacto.ff. de pact. Decian.conſil.84.nu.5.& 6. vol.2.& conſil.12.nu.7.vol.3* faciunt notata ab Iaſone & aliis *in l.ſi ex legiti cauſa.ff.de verbor.obligation. & in l.vinum.vbi Alexan. nu.3.& Dec.nu.9.ff.de reb.credit ſi cert.petat.* ita vt alia monitione aut interpellatione opus non ſit,ſiquidem dies interpellat pro homine, per ea quæ deducunt Dec.*conſi 451.nu.9* & Menoch. *conſ.210.nu.43.lib.3.*

Quod porro in ſpecie dicitur de 1200.aureis annui cenſus, quaſi is ſit nimius,& Ordinationi Imperii Romani politicæ
229 non conueniens, ad id reſpondetur † de iure communi contractum non eſſe illicitum,quo ſoluuntur decem, ne dum ſex, pro centum de cenſu annuo. *Bart.in l. lege falcidia.la 1.ff.ad leg. falcid. Bald.in l.final §.præterea. col.2.verſic.ad huc eſt dubium. C.de iure dot & in c. conſultationibus.col.2.verſ.ſed nunquid valet. de offic.*

de leg.

de leg. Tiraquell. de retract §.1.gl 6.nu.17.& in terminis noſtris Tiber. Decia.d.conſ.2.nu.77 & 78.vol.1.

Quare quod ex iſtis inferebatur contractum hunc nullum eſſe, per ſeipſum concidit, neque vlteriori refutatione opus habet.

Quod † autem contractus per ſe etiam validus peti poſſit, 230 vt confirmetur à Principe, de eo nos dubitare non ſinunt Bar. & Angel *in l ſi quis decurio l.b.10.* Alexan. *in l. de pupillo.§ qui opus. poſt princ. ff. de oper.noui.nunciat. Dec.in c.2.nu 12.verſ in primo caſu. de confirm.vtil.& inutil.* & contractum reddi fortiorem, quando cum partium conuentione concurrit etiam ſuperioris confirmatio, pluribus comprobauit Cæphal. *conſil.461.numer. 49.libr.4.*

Atque vt maxime contractus controuerſus ab initio fuiſſet inualidus, confirmatio tamen Imperatoria non eſſet de nihilo, quia facta eſt ex certa ſcientia, quam † clauſulam eſſe ma- 231 gnæ importantiæ oſtendunt Dec. *conſ.463 col.3.* Roland à Vall. *conſil.2.nu.38.vol.1.& conſ.61.nu.41.vol.3.* Menoch. *conſ.378.lib.4.* Burſat. *conſ.410.nu.34 lib.4* eamque roborare contractum inualidum tradunt gloſſ. & Dd. *in c. veniens. de contract.* Rolan. à Vall. *con.100 nu.53.vol 4.* Burſat. *conſi 30.nu.19 lib.1.* maxime cum in confirmatione contractus controuerſi addita ſit clauſula, *omni meliori modo*, quæ † in actu à Principe facto operatur, vt 232 præſumatur vti voluiſſe plenitudine poteſtatis ſuæ. Felin. *in c. cum ex officii. num.27. de præſcript.* Ruin. *conſil.164 in fine. volum. 1.& conſil 99.num.12.volum.1.* vbi dicit, clauſulam, *omni meliori modo* operari, ac ſi dixiſſet Princeps quod actus ſuus vim legis obtinebit.

Quod igitur dicebatur, contractum nullum, ſimulatum, vſurarium, & ſimiles confirmari non poſſe, id verum eſſe conced potest, ſi certum ſit contractum eſſe eiuſmodi, prout Doctores inter dubitandi rationes ad hoc allegati ſeipſos declarant, ſecus quando apparet non eſſe vſurarium, vel etiam an

eiuſmodi ſit, dubium eſt, defendi tamen poteſt, quod eiuſmodi non ſit, vt ex ſupra dictis apparet contractum hunc ſimulatum vel vſurarium non eſſe. *l. ſi ea, la 1. ff. de vſur. & ibid. gl. & in l. de iure. § 2. ff. ad municip.* Et plura ad hanc rem egregie facientia adducit in terminis noſtris Decian. *dict. conſil. 2. num. 153. & ſequentibus.*

Quanta vero vis ſit renunciationis & iuramenti ſiue promiſſionis ſub fide factæ in propoſito caſu, ſupra ſatis abunde deductum eſt, vt in hunc locum id repetere neceſſe non ſit.

Prædictis conſequens eſt, vt cum contractus controuerſus ſit licitus, iuſtus atque legitimus, ipſe etiam effectum ſuum ſortiatur, qui poſitus eſt in eo, vt emptione & venditione contracta per traditionem illam ſubſecutam transferatur in emptorem dominium, *§. per traditionem. §. vendita. Inſtit. de rer. diuiſ. cum ſimilibus.*

Quod in propoſita facti ſpecie tanto eſt manifeſtius, quod Domini Comites Ioachimo P. & Conſortibus dederunt in caſum ſolutionis dilatæ facultatem liberam de caſtro N. diſpo-
233 nendi, quod † cum ſit, dominium transferri probat tex. *in Auth. de teſtib. in princip.* & ibid. Angel. Alexand. *conſi. 69. num. 22. vol 5.* Dec. *conſ. 164 nu. 2. verſi. & quia dicitur.* Bellon. *conſ. 21. nu. 4.* Nam
234 ita & † dominium definitur, quod ſit ius diſponendi de re ad libitum. *Bart. in l. ſi quis. § differentia nu. 4. ff. de acquirend. vel amitt. poſſeſſ. & ibid. Alex. nu. 6. Corn. in l. naturaliter. § nihil commu. num. 9. ff. eod. Paris conſil. 82. nu. 4. vol. 5.*

Præſertim cum in inſtrumento contractus vtroq; reperiantur verba ad habendum & poſſidendum, quæ dominii translationem inferunt, per notata ab Angel. *in l. qui Romæ. § duo fratres. q. 5 ff. de verbor. obligat.* Alex. *conſ. 189 nu. 10. vol. 2.* Alciat. *reſp. 138 nu. 3 & reſp. 561.* Paris *conſ. 33. nu. 21. vol. 3.*

235 Atqui dominii translationem operari, vt † fructus fiant eius, in quem translatum eſt, hoc eſt domini, præter ſupra alle-

gat

gata tradit Menoch. *conſ. 201. num. 23.* Et in ſpecie, quòd in venditione etiam ſub pacto retrouenditionis facta poſſeſſor fructus percipiat & lucretur, neque eos reſtituat lege retrouenditionis exercita, quia percipit eos iure dominii, multis confirmat Tiraquell. *de retract. conuention. §. 5. gloſſ. 1. nu. 1. & in repetit. d. l. ſi vnquam. verb. reuertatur.* per doctrinam communem Bald. Caſtrenſ. & Salicet. *in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* Aluar. *in d. c. 1. de feudo dato in vicem leg. commiſſ.* gloſſ. Pan. & Hoſt. *in d. c. ad noſtram. de emp.*

Quare etſi vera quidem illa eſſent, quæ inter dubitandi rationes in medium allata ſunt de Creditore, qui rem pignoris iure tenet: tamẽ cum hic quæſtio non ſit de eo, qui iure pignoris, ſed qui iure dominii poſſidet, illa etiam ad hunc caſum trahenda non ſunt, ſiquidem à ſeparatis nihil rectè infertur, & ſeparatorum ratio eadem non eſt, ſed ſeparata.

Verum vt maxime in terminis mutui & pignoris verſaremur, non tamen propterea neceſſario dicẽdum eſſet, quod heredes P. fructus non lucrarentur, ſed contrarium potius dicendum eſſet, quod imo lucrarentur, idq; non ex natura quidem contractus, ſed ex vi pacti contractui in continenti additi, quod pars contractus eſt, *d. l. lecta. d. l. iuriſgentium. §. quinimo. l. petens. l. in bonæ fidei. C. de pact. gloſſ. in l. Pomponius. §. ratihabitio. ff. de procurator.*

Conueniſſe enim in caſum ſolutionis dilatæ, vt Ioachimus P. & Conſortes fructus omnes lucrarentur & vox illa, ohne berechnet/ cæteraq; totius contractus circumſtantiæ arguunt.

At quod † in mutuo & pignore etiam eiuſmodi pactum, vt 236
Creditor pro intereſſe & vſu pecuniæ, qua carere cogitur, fructus lucretur, & remaneant Creditori loco vſurarum, valeat, manifeſto probatur *per l. ſi ea Cod. de vſur.* idque pactum adeo validum eſſe dicit Menoch. *conſil. 110. nu. 53. lib. 2.* vt infringi nullo modo poſſit eo prætextu, quod ſit vſurarium, & ſubdit id *in dict. l. g. ſi ea.* annotaſſe gloſſ. Bartol. & Salicet. Ad idem

facit

facit tex. *in l. ſi is qui. l. ſi pecuniam. §. 1. ff. de pignorat. act. l. ſi is qui bona. §. 1 & ibid. Bart. Alber. & Dd. ff. de pignor. Muda. de pact. pignor. num. 50.*

Et ratio eſt huius ſententiæ, quoniam tempore pacti incertum eſt, quanti futuri fructus pignoris ſint, atque ita ratione incertitudinis valet conuentio de illis lucrandis loco vſurarum, quia ſicut fieri poteſt, vt creditor iſte lucretur, ſi fructus excedant vſuras, ita fieri etiam poteſt, vt perdat, ſi fructus minus aſcendant, quod adeo clarum eſſe dicit Menoch. *d. conſil. 110. nu. 54.* vt dubitationem non habeat, allegans ad hoc gloſſ. *in l 1. C. de diſtract. pignor.* & gloſſ. *in d. c. conqueſtus.* quam omnes ſequi refert ex mente Dec. *conſ. 119. nu 7. verſic. tertio hoc.* atque hoc ibidem eo vſque extendunt Anchoran. & Anan. vt ſi debitor exiſtens in mora deceſſiſſet, pupillo exiſtente herede, pupillus iſte ad intereſſe teneretur. Idem reſpondit Alexan. *con. 31. n. 13. vol. 6.* vbi ſcribit, ꝙ ſicuti marito recte ſoluitur vſura & intereſſe retardatæ ſolutionis dotis, *iuxta c. ſalubriter. de vſur.* ita etiam pactum valeat, quod is maritus lucretur fructus rei ex cauſa dotis pignoratæ, & cum Alexand. idem ſenſit Rube. *conſi. 55. nn. 2. & 3.* & multo clarius Didac. Couarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 4. num. 6. verſic. decimo quamuis.* vbi poſt Carol. Molin. *in tract. de vſuris. quæſtione 74.* ait, venditorem tradito fundo, & data dilatione ad ſoluendum pretium, licite accipere fundum in pignus, ea conditione & pactione adiecta, vt non teneatur fructus in ſortem computare.

Neque intereſt an magni vel exigui reditus pro modica pecunia emantur, quoniam fructuum incertitudo illud totum conciliat, & iuſtum facit. *Cyrus, Baldus, Salicet. & communiter Doctores in dict. leg. ſi ea, & in l. ſi pater puellæ. Cod. de inoffic. teſtament. Caſtrenſ. Alexand. & Doctores in l. de fideicommiſſ. Cod. de tranſact.*

Quod tanto magis in propoſito dicendum eſt, quod ingentes impenſæ, magni labores, & eiuſmodi alia in conſeruationem

nem caſtri N. & pertinentiarum facienda ſunt, in cuiuſmodi caſu ſumptuum, laborum, aliarumque difficultatum fructus cum iis compenſari dicuntur, per text. *in c. ad noſtram. de reb. eccleſ. non alienand.* Hoſtienſ. *in ſumma de vſur. §. aliqua. verſic. decimo tertio. Socin. conſil. 174. nu. 10. vol. 2.* vbi dicit, vſuras recompenſatorias omni iure peti poſſe. Atque quod in contractu pignoris creditor magnos labores tolerans pro pignore debeat in recompenſationem fructus lucrari, docet Neguzant. *in tract. de pignor. part. 5. memb. 5. nu. 13.* allegans Hoſtienſ. *in d. ſum. de vſur. §. in aliquo. verſic. duodecimo.* Ioann. Andr. Panorm. & alii *in d. c. conqueſtus.* Roman. *ſingul. 535.*

Quæ omnia cum ita ſeſe habeant, illa etiam, quæ de redditione rationum adminiſtrationis facienda heredibus P. obiici poſſunt, nullo negotio diſſoluuntur. Cum enim Ioachimus P. & Conſortes, atque poſt ipſos ipſorum heredes ſæpe dicti caſtri domini facti ſint, non ſunt vtiq; adminiſtratores. Adminiſtrator † enim is eſt, qui aliena gerit negotia, non ſua. argum. 237
l. 1. ff. de procurat.

De domino autem rei nuſquam in iure proditum eſt, quod rerum ſuarum † adminiſtrationis rationem reddere teneatur, 238
ſed id potius pro indubitato habetur, quod quilibet rei ſuæ moderator ſit & arbiter, *text. eſt in l. in re mand. C. de mandat. l. 2. ff. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt. l. per prouincias. C. de ædific. priuat. c. de iis. de ſepultur.* etiam in abutendo. *l. ſed ſi lege. § conſuluit. ff. de petit. hered.* quem textum ad hoc ſingularem dicit Iaſon. *in l. more. colum. 3. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. fin. C. qui teſtament. fac. poſſ.* Menoch. *conſ. 255. nu. 10. & 11. lib. 3.* Socin. iun. *conſi. 130. nu. 8. col. 3.* & rebus ſuis poteſt ponere legem, quam vult, *l. in traditionibus. ff. de pact. l. ob res ff. de pact. dotal. l. legem. C. de donat. c. nullus. de ſeru. non ordinand. c. requiſiſti. de teſtament. c. Eleutherius 20. q. 2. c. bonæ. in fin. de poſtulat. prælat. c. verum. de condit. appoſit. Paris conſ. 32. nu. 28. & conſil. 72. nu. 3. vol. 1. & conſil. 1. nu. 116. vol. 3.* imo bona ſua vendere atque in mare proiicere poteſt, abſque eo quod teneatur

ea de re rationem reddere. *Gloſſ. in l. 1. C. de inofficioſ. donat. & probatur per l. nemo exterus. C. de Iudæ. Tiber. Decianus conſil. 1. num. 25. vol. 3.*

Quin & ipſum pactum expreſſum, etiamſi dominium tranſlatum non eſſet, idem operaretur, cuiuſmodi pactum, vt † nimirum aliquis res alienas adminiſtret, neq; tamen adminiſtrationis nomine rationes reddat, in omni diſpoſitione, qualiſcunque etiam illa ſit, valere eſt text. *in l. Aurelius. § Gaio. & l. ſi quis rationes. ff. de aliment. legat. l. cum tale. §. 1. ff. de condition. & demonſtrat.* Baldus, Salicet. & alii, *in l. cum neceſſitates. C. de fideicomm ſſ.* Bartol. & Doctores *in l. ſi dominus §. ſeruus. ff. de pecul.* Bartol. *in l. nemo poteſt. num. 12. ff. de legat. 1.* & ibid. Claud. Marm. *num. 31.* Ripa *numer. 85.* Crot. *num. 49.* Ioann. Anan. *num. 388.* Iaſon. *lect. 2. num. 65.* Iul. Clar. *in §. teſtamentum. quæſtion. 66. num. 34.*

239

Quod ſi vero is, qui pro pecunia ſua iure contractus & vi pacti fructus percipit, & ex conductione tantum, quæ tamen nec dominium, nec poſſeſſionem tribuit, non tenetur ad rationum redditionem, aut fructuum refuſionem, etiamſi longe plus lucratus ſit ſupra pecuniæ vſum, vt probant gloſſ. Bartol. & Doctores *in l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati.* Canoniſtæ *in cap. propter ſterilitatem. de locat.* quam communem eſſe Doctorum opinionem atteſtantur Socinus iunior, *conſil. 68. numer. 6. & 10. volum. 2.* Franc. Viuius *in theſaur. commun. opin. litera C. in verb. Conductores. & in eadem litera C.* Soarez. *numer. 221.* multo magis in contractu, qui titulum ad transferendum dominium habilem præſtat, id dicendum eſt, præſertim ſi præterea expreſſum acceſſerit pactum, prout in propoſito caſu factum eſt, ne rationes adminiſtrationis geſtæ, ſi quæ fuiſſet, redderentur.

Quod de decreto rationum reddendarum affertur id in facto negatur, neq; eiuſmodi aliquod decretũ apud acta ad nos tranſmiſſa reperimus: proferendum igitur fuerit decretum illud,

lud, & quidem eiuſmodi, quod in ſpecie Ioachimum P. & Conſortes rationes adminiſtrationis, qualis nunc à Dominis Comitibus petitur, reddere iubeat. Id vero ſi proferatur, erunt ſine dubio circumſtantiæ aliquæ, ex quib. id ſi non vt iniquum, at ſaltem vt nullũ impugnari poſſit, qua de re cum in facto nihil nobis cõſtet, nihil ẽt quod iuris ſit reſpondere poſſumus.

Poſtremo eſt quidem in theſi argumentum illud haud leue quod Creditoribus prioribus præiudicari nec poſſit nec debeat, ſed quod in hypotheſi locum non habeat. Primum enim ex ſupradictis manifeſtum eſt, heredes P. non eſſe Creditores, ſed dominos, & caſtrum non iure pignoris, ſed iure dominii poſſidere.

Deinde negatur in hypotheſi, Creditores alios priores eſſe quibus hypotheca vel generalis vel ſpecialis in ſæpe dicto caſtro N. conſtituta ſit.

Tertio vt maxime quibuſdam prioribus hypotheca conſtituta eſſet in d. caſtro N. illis tamen ſatis factum eſt à Ioachimo P. & Conſortibus, vt ex reſolutione quæſtionis inſequentis conſtabit manifeſtius.

Atq; vt maxime etiamnũ ſint Creditores aliqui, qui vel ſpecialem in caſtro N. vel generalem in omnibus bonis haberent hypothecam, atque vel hanc vel illam contractu controuerſo tempore priorem, adhuc tamen dicendum eſſet, heredibus P. illos nequaquam obſtare, in facto enim præſupponitur, quod caſtrum N. cum ſuis pertinentiis ſit feudum, quod Domini Comites recognoſcunt ab Archiepiſcopatu N.

At hypothecationi illi Dominum Archiepiſcopum cõſenſum ſuum adhibuiſſe hactenus ex parte Dominorum Comitum probatum non eſt, qui omnino adhiberi debuit, vt hypothecatio illa iure ſubſiſteret, ſiquidem † feudum vt non poteſt 240
oppignorari *c. 1. verb. pignorar. de prohibit. feudi alien. per Frideric. VVurmſer. in obſeruat. practic. ſub tit. de feud. obſeruat. 21. Hartman. Hartmanni. obſeruat. practic. 21. Duen. reg. 320. Iul Clar. in §. feudum. quæſt.*

quæſt.35. ita nec hypothecari poteſt. Quam ſententiam veriorem eſſe & vſu ſeruari teſtatur VVeſemb *in tract. de feud. cap 11. fol.(nobis) 213* vbi eius ſententiæ rationem ſubiungit, quod hypotheca etiam ſit ſpecies alienationis. *l.fin.C. de reb. alien. non alienand. c.2. de reb. eccleſ. non alienand.* Neguzant. *de pignor. part.2. memb.3 num 71.* Redoan. *in tract. de reb. eccleſ. non alienand. cap.1. § idem ſub vo. ab. alienationis venit pignus. nu.1.& 2.*

241 Nec † putandum eſt in generali obligatione ſiue hypotheca venire res feudales, quoniam iura feudalia diſerte contrarium ſtatuunt, vt eſt text. & ibi notant omnes *in c.1. de prohibit. feud. alienat. per Frider.* & notat Bartol. *in l. qui habebat in fine princip. ff. de legat.3.* Bald. & cæteri Dd. *in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrimon.* & in generali obligatione venire non poteſt, quod quis in ſpecie obligare nequit, quam communem eſſe dicit Anto. Neguzan. *d. parte.2. memb.2. num.43.* quem refert Tiber. Decian *conſil 83. nu.12. vol.2.*

Etſi vero haud inficiemur, in feudo pignus etiam iudiciale conſtitui poſſe, & victorem in poſſeſſionem bonorum feudalium in defectum aliorum bonorum mitti poſſe, & fructus atque reditus ex iis percipere, vt præter alios docuit Andr. Gail. *2. Obſeruat. practic.117. & libr.2. de pace public. Obſeruat.17. num.16.* Ius tamen Ioachimi P. & Conſortum, nunc vero ipſorum heredum, iure cæterorum omnium potentius eſt, quod ad prouiſionem legis ipſis etiam acceſſit prouiſio hominis, hoc eſt, cum aliis citra conſenſum Domini Archiepiſcopi caſtrum N. vt feudum hypothecari non poſſet, Ioachimo P. & Conſortibus hypothecatum ſit cum conſenſu domini directi, atq; ideo etiam iure permittente.

242 Quod ſi igitur † prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, *gloſ. & Dd. in l fin. C. de pact conuent. Iaſ. in §. idem Seruiana. nu. 69 & 70. Inſt. de action. Schurff. con 22. cent 1.* multo magis in propoſito prouiſio legis & hominis ſimul iuncta operabitur, cum duo iſta vincula concurrant, & prouiſio ſpecialis plus operari dicatur,

& ef-

& efficacius prouidere, quam generalis, cuiuſmodi prouiſio legis illa eſt, vt victor in caſum deficientium allodialium mittatur in feudalia. *Gloſſ. in c. quanquam. diſtinct 23. Bald. in l 1. oppoſit. 4. C de nec. ſſ hered. Bu ſat. conſil 247. nu. 15. lib 3.* & regulare eſt, vt in omni caſu; ſi cum diſpoſitione legis concurrat & conueniat diſpoſitio hominis, id quod agitur reddatur fortius, & præferendum ſit illi quod ex diſpoſitione legis duntaxat dependet, *vt per gl ſſ. in c. verum. de condit. appoſit. Alexand. & Dd. in l. filiusfamil. as. §. diui. ff. de l g it. 1. cum pluribus concordantibus adductis per Dec. conſil. 403. nu. 12. & conſi. 442. nu. 25. faciunt notata à Tib. Decian. conſ. 1. nu 72. vol. 2.*

Halten demnach den Rechten gemäß/vñ darin gegründet ſeyn/ daß allem Fürbringen nach der zwiſchen wolermelten Herrn Grauen/vnd dann Ioachim P. vnd Conſorten getroffener Contract mehr vor ein Pfand / ſondern vor ein ſtarcken beſtändigen Kauff auff einen Widerkauff/ vnd ſonderlich ſeithero dem Jahr 1572. zu achten / vnd berürte zu E. eröffnete Vrtheil dahin billich zureferiren / daß G. von H. vnnd deſſen Conſorten als jetzige kindtliche Einhaber deß Hauſes vnnd Ambts N. bey ſolchem Kauff biß zu ordentlichem vnnd völligem Widerkauff zuſchützen / vnnd ſie keines wegs ſchuldig ſeyen von den eingenommenen Früchten Rechnung zuthun / oder dieſelbige (wann auch gleich kein beſtändiger Widerkauff erkannt werden ſollte/vnd die fructus die jährliche Zinſe / von Jahren zu Jahren hetten vberſteigen können) in ſortem computiren zu laſſen.

Secundæ Quæſtionis Reſolutio.

IN hac quæſtione de duobus quæritur, quorum vnum facti eſt, alterum iuris. Prius illud eſt eiuſmodi, An ſummæ illæ pecuniarum, quas Ioachimus P. & Conſortes poſt contractum iſtum anno 1561. celebratum diuerſis vicibus vltra quadraginta illa millia aureorum pro Dominis Comitibus, cum-

primis vero pro D. Comite P.E. ad liberandum caſtrum N. ab ære alieno Creditorib. exoluerunt, ſi non in priori, at ſaltem in hoc Leuterationis proceſſu ſufficienter liquidatæ, probatæ & deductæ ſint. Poſterius vero hoc eſt; An modo dictæ ſummæ eodem iure cum illis quadraginta millibus aureorum cenſendæ ſint, ita vt illis tanquam pretio ab initio reuera conſtituto accreuerint, nec heredes P. ante illarum etiam ſummarum exolutionem caſtrum N. cum pertinentiis Dominis Comitibus reſtituere de iure cogi poſſint.

243 Quod igitur ad prius illud attinet, etſi non † præſumatur
244 quem debitorem eſſe, eo † q; debitor quis conſtituitur ex contractu, contractus a. facti ſunt. *Dd. in l.1.ff.de verb.oblig.l.1.ff.de curat.furioſ.* facta vero non præſumuntur, niſi probentur, *per text.in l.in bello.§.factæ.ff.de captiu.& poſthum.reuerſ.l.deniq;.ff.ex quib.cauſ.maior.l.ſi emancipat.C.de collation.l.2.C.de donat.inter vir.& vxor.c.cum in iure.de offic.deleg.c.1.de conſtitut.in 6. Corne.conſil.181.col.9.verſic.nec obſtat.vol.2.Caphal.conſil.53.num 34.& conſil.130.nu.7.lib.1.Rol.à Vall conſ.26.nu.14.vol 3 Menoch.conſ 11.nu.301.lib.1.Burſat.conſ.36.nu.12.lib.1.Cacheran.deciſ.Pedemont.108.nu.9.Ioſeph.Ludouic.deciſ.Peruſ.62.nu.26.Maſcard.de probation.concluſ.732.n.1.vol.2*, atque in ſpecie etiam de ſolutione dicatur, quod ſit facti, adeoq; probanda. *l.quingenta.ff.de ſolut.gl.in l.2.verb.repellere, circa medium.C.de iure emphyt.Bart.& Dd.in l.in illa ſtipulatione.col.2.ff.de verb.obligat.Bald.in l.contractibus.§.in illo C.de non numer.pecun.& in l.cum mulier.col.14.verſ.ſecundo hoc probatur.ff.ſolut.matrimon.*

In præſenti tamen caſu cenſemus, vtrunque illud, & debitum ipſum, & debiti exolutionem omnium ſummarum, quæ & in priori & in Leuterationis proceſſu ſunt deſignatæ, per inſtrumenta in vtroq; illo proceſſu reſpectiue exhibita ſufficien-
245 ter probata & liquidata eſſe. Cum enim † per inſtrumēta haud ſecus atq; per teſtes rei dubiæ fides fiat, tum vero vel hoc maxime locum habet, ſi ipſa præterea authentica ſiue originalia inſtrumen-

ſtrumenta ad comprobandum id, quod in diſceptatione eſt poſitum, exhibeantur, contra quæ à parte aduerſa nihil obiici queat, prout omnes notant *in l. procurator. & in Auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo.* Specu. *ſub tit. de inſtrument. edit. §. oſtenſo.* Felin. *in c. fin. not. 4b. 5. de fide inſtrument.* Alex. *conſ. 55. nu. 20. vol. 4.* Roman. *conſ. 33 dubio 2.* Corn. *conſ. 143. col. penult. vol. 4. cum ſimilib.*

Inſtrumenta autem illa de debitis loquentia cum partim ab omnibus, partim à quibuſdam Comitibus ſint ſubſcripta & ſigillata in dubium vocari nec poſſunt nec debent à tertio, nedum à Comitibus ipſis, cum præſumantur debito & legitimo modo facta eſſe, præſertim inter perſonas illuſtres atq; nobiles, vt ex his, quæ ſupra in reſolutione quæſtionis præcedentis dicta ſunt, abunde intelligi poteſt, quæ breuitatis cauſa in hunc locum repetita volumus.

At vero continent inſtrumenta illa expreſſam Dominorum Comitum, ſi non omnium, at ſaltem aliquorum, vel vnius, & quidem eius cui caſtrum N. in hereditaria diuiſione obuenit, & in ſequeſtrationem nunquam, vt in facto præſupponitur, cenſenſit, confeſſionem, de qua † dubium non eſt, quin ſit 246
loco probationis ſufficientis & indubitata. *Bald. in cap. 1. §. ſacramentum. nu. 15. de conſuetud. recti feudi. & in rubric. C. de probat. nu. 5. & ibid. Caſtrenſ. nu. 4. Iaſon in l. cum te. nu. 8. & ſeq. C. de tranſact. Canon. in rubric. de probat. vbi in primis Panormit. nu. 3. & Felin. num. 6. & in c. at ſi Clerici. in princip. de iudic. Corn. conſil. 261. num. 5. vol. 4.* vtpote quę dicatur aliarum probationum eſſe fortior atque potentior. *l. fin. C. de fideicommiſſ. l. generaliter. § etſi quidem. C. de reb. credit. l. generaliter. C. de non numer. pecun. Iaſon in l. Titia. num. 39. ff. de verbor. obligat. & in l. licet impuberes. nu. 10. ff. de legat. 1. Grammat. deciſ. Neapol. 36. num. 66. Socin. iun. conſ. 39. num. 18. vol. 2. Rolan. à Vall. conſil. 6. num. 26. volum. 1. & conſil. 54. nu. 18. volum. 3. Tiber. Decian. conſil. 44. nu. 74. vol. 3. Burſat. conſ. 324. nu. 11. lib. 3.* idem maior & excellentior omni probatione, *l. perinde. ff. ad l. Aquil. l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. reor. l. qui ſententia. C. de pœn. l. 1. ff. de confeſſ. l. 2.*

C. quor.

C.quor. appellat. non recip. Burſat.conſil.449.nu.2.lib.4.Crauet.conſil. 175.nu.1. cæteraſque probationes omnes ſuperare. *Paris conſil. 112.nu.46 & conſil.115.nu.12.& conſil.121.nu 30 vol.1.& conſil.103. nu.10.vol.3.& conſil.160.nu 28.vol.4.Corn.conſ.224.num.8 vol.4. Caphal.conſ.393.nu.72 lib.3.* ita vt inter probationes obtineat primum locum tanquam regina, & fulgentior ſit inter alia probationum genera, quemadmodum Luna inter ſtellas, vt ait Burſat.*conſil.340.nu.12.lib.3.* Ioſ.Ludou. *deciſ.Lucenſ.5.num.56.& ſeq.* ex quo etiam quouis inſtrumento maior eſſe dicitur. *Crauet.conſil.61.n.3.& conſ.171.nu.4.Rol à Vall.conſ.71.n.41.vol 2.Tib. Decian.conſ.33.nu.58 vol.1. Ludou.d.deciſ.5. num.50.* & vero multo maior eſt, ſi etiam fiat in inſtrumento, cum & inſtrumentum per ſe & confeſſio per ſe ſola plenam & indubitatam fidem faciat, ſiquidem duo vincula ligant fortius quam vnum, per ea quæ in ſuperiore quæſtione allegata ſunt.

Et eſt tantæ importantiæ & roboris confeſſio debitorum à P. deſignatorum, quod Iudex etiam poſt inſtantiam peremptam ſentẽtiam ferre poſſit contra Dominos Comites vt confeſſos ex vi notorii, ſecundum Bald.*in l.properandum.in fin. princip.C.de iudic.* Matant.*in ſpeculo ſuo iudic.part.5.nu.60.* cum notorium illud eſſe dicatur, quod per confeſſionem aduerſarii apparet, *gloſſ.in c.veſtræ. de cohabitat. Cleric.cap. cum olim. de verbor. ſignificat. Bartol.in l.ſcriptus.ff. de relig.& ſumpt.funer. Afflict.deciſ.Neapolit.176.in princip. Maſcard.late de probat.concluſ.1106.nu.1. & ſeq.vol.2.*

247 Eadem ratione † confeſſio creditoris dicentis ſibi ſatisfactum eſſe probat liberationem, ſiue ſolutionẽ debiti, ita vt ne opus quidem ſit adiectione cauſæ, ex qua fiat liberatio, vt docet Bartol.*in l.tale pactum.in princip.ff.de pact.* Cyn.*in l.generaliter. C.de non numer.pecun.* Caſtrenſ.*in l.tres fratres.ff. de pact. Dd.in c.ſi cautio. de fide inſtrument.* vbi maxime Panormit.*col.3.verſic.fallit regula.*& Felin.*nu.7.verſic.fallit tertio.* Bald.*in l.is qui heres.ff.de acquir.*

quir. vel omit. h. red. & conſil. 14. col. 2. vol. 2. & conſil. 466. col. 1. vol. 4. & de communi aſſerit Alex. *in l. Creditori. nu. 3. C. de pact.*

Quod adeo verum eſt, vt ſi abſente etiam parte confeſſio talis emanaret, operetur tamen liberationem ſaltem in vim exceptionis doli, iuxta ſententiam Baldi *in l. 1. ff. de interrogat. act.* Alberic. de Roſat. *in l. idem in duobus. § fin ff. de pact.* Bald. *in l. 1. C. res inter alios acta. & in d. l. generaliter. quaſt. 12.* Purpurat. *in l. poſtquam litu. col. 8. C. de pact.* Ruin. *conſ. 40. col. 2. vol. 4.* Guido Pap. *deciſ. 176.* & de communi atteſtatur Bald. *d. con. 466. & Innoc. in c. veniens. de renunciat.*

Et cum alias verba enunciatiua regulariter non probent, tamen in eiuſmodi confeſſione ad liberationem tendente verba etiam enunciatiua probare tradidit Hippolyt. *in rubr. de probat. nu. 105. & 107.* Card. in. *in c. ſignificauit. de teſtib.* & ibid. Felin. *col. 2. verſ. nota tertio. & in d. c. ſi cautio. col. 10. verſ. ſecundo fallit.* Bar. & alij *in l. ex hac ſcriptura. ff. de donat.*

Sed in ſpecie etiam de ſummis ſingulis, prout in ſchedula liquidationis deſignatæ ſunt, videndo, prima quidem ſumma 2400 aureorum, & 2962½ Ioachimicorum capitalis, quam P. & Conſortes ſeſe pro redimendis Clinodiis expoſuiſſe affirmant, non videtur ſatis eſſe probata, ideoq; Dominum Iudicem ſatis iuſtam cauſam habuiſſe, vt Dominos Comites ab ea ſumma abſolueret. Neque enim ſufficiebat probare in genere, Dominum Comitem P. E. pro dictis Clinodiis ſummam aliquam pecuniarum debuiſſe. Sed nec illud P. & Conſortes ſummam illam exoluiſſe, ſed requirebatur præterea † in ſpecie quantitatem illius ſummæ probare, *Oldrad. conſ. 237. in princ. nu 3. Brun. conſ. 66. nu. 4. Crauet. conſ. 96. nu. 4.* Nam probatio generalis & incerta non valet, *per text. l. non hoc. C. vnde legit. l. neq; naturales. C. de probation. l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verbor. obligat. l. cum incertus. ff. de legat. 1.* & ideo dicebat Oldrad. *conſ. 164.* ſi vendo vel concedo tibi quicquid iuris habeo in tali territorio, donec non probetur ius, quod habebam in eo, nihil videtur con- 248

tentum niſi in genere & in nube. Idem ſentit Bartol. *in l. ſiſic.* § *1. ff. de legat 1.* Speculat. *de locat.* § *.nunc aliqua. ver. quinquageſimo octauo.* & ibid. Ioann. Andr. vbi dicunt, quod ſi apparet, quod talis iam centum annis conceſſit Eccleſiæ quicquid habebat in tali caſtro, quod niſi probetur quid haberet, nil releuabit hoc inſtrumentum. Atq; hinc eſt quod dicitur probationem dubiam, cuiuſmodi eſt probatio generalis, nõ releuare, *c. in præſentia, vbi hoc notant Canoniſtæ. de probat. Dd. in l. inter ſtipulantẽ. § 1. ff. de verbor. obligat.* & quod ideo in dubio iudicium debeat eſſe abſolutorium. *vulg. l. Arianus. ff. de oblig at. & act. Burſat. conſil. 286. num. 10. libr. 3. vbi ad hoc allegat text. cap fin. diſtinct. 34. & cap. graue. 2. q. 3.*

Verum contrarium potius ſtatuendum exiſtimamus. Primum enim quod Dominus Comes P. E. ſummam aliquam pecuniæ debuerit, eoque nomine Clinodia iſta hypothecauerit procurantibus P. & Conſortibus, liquido apparet ex inſtrumento in priori proceſſu ſub nu. 4. & eodem in proceſſu Leuterationis ſub nu. 11. producto. Ex eodem inſtrumento deinde & hoc item ex quietatione M. in proceſſu Leuterationis ſub producto intitulato Exception vnd Gegenſatz num. 3. prolata conſtat, quod Clinodia illa P. & Conſortes redemerint: ibi, Alſo daß ſie oberzehlte Clinodia zu jnen gelöſet / atque etiam D. Comiti P. E. reſtituerint, ibi, Demnach ſo haben gedachte vnſere lieben Getrewen vnd Beſondern / ꝛc. obermelte Clinodien von ſtück zu ſtück / ꝛc. gantz vnuerſehrt widerumb vberantwortet / ꝛc.

Quantitas autem ſummæ iſtius aperte colligitur ex inſtrumento, in proceſſu Leuterationis ſub num. 12. producto, ibi, beneben jhren Mittgläubigern vnd Erben vor 2400. vollwichtiger rheyniſche Goldtgülden / vnnd dann auch vor 2962. gute wolgeltende gangbare Thaler / 12. Groſchen Hauptſumma / welche Summa thut 5362. Goldtgülden vnnd Thaler / zwölff Groſchen / & mox, wegen vnſer verſetzten Clinodien zu Widereinlöſung derſelbigen verſetzet haben. Quæ verba cum clara ſint, pro-

bationem ſummæ iſtius dubiam & incertam eſſe amplius non ſinunt.

Nec obſtat ſi quis obiiciat verba illa enunciatiua eſſe, non diſpoſitiua: enunciatiua autem verba nō probare, quia reſpondetur, quod imo diſpoſitiua etiam ſint, quoniam Dominus Comes ſe illam ſummam aureorum & Ioachimicorum P. & Conſortibus reſtituturum promittit.

Deinde, quod verba † illa per modum cauſæ ſunt prolata, 249 quæ non minus, etiamſi enunciatiua ſint, probare, atq; diſpoſitio, *eſt text. in l. emptor. §. ancillam. & ibi Bartol. & Bald. ff. de rei vindicat. Bartol. in l. cum tabernam. §. idem quæſiit. ff. de pignor. & in l. qui valebat. numer. 3. ff. de hered. inſtituend. & in l. ſi ſocer. §. Lucius. numer. 4. & ibidem cæteri. ff. ſolut. matrimon. Iaſon in l. ex his verbis. numer. 2. colum. 2. verſic. nono limita. Cod. de teſtament. milit. Franc. Balb. in repet. l. Celſus. numer. 42. verſic. colligo aliam. ff. de vſucap.*

Quę inſtrumenta per ſe ſatis plenā probationem inducunt, atq; cum heredes P. iſta penes ſe habeant ſi non probatur, at certe veroſimile inde fit, ſummam iſtam etiamnum ipſis deberi, ad quam veroſimilitudinem comprobandam probationes etiam leuiores ſufficiunt, *per tradita à Dd. in c. quia veroſimile. de præſumpt. cum concordant. de quibus per Dec. conſ. 596. nu. 7. & ſeq. & conſi. 510. nu. 1. & 2.*

Quod ad ſummas aliis nonnullis Creditoribus ſolutas attinet, eas ſatis probatas eſſe ipſe Dominus Iudex iam ante arbitratus eſt, atq; ex inſtrumentis quietationibuſq; deſuper confectis probatio illarum ſatis eſt perſpicua.

Confeſſio enim Creditoris dicentis ſibi ſatisfactum & ſolutum fuiſſe, quicquid ei promiſit fideiuſſor pro debitore ſuo, quemadmodum ſummas iam dictas omnes P. & Conſortes nomine fideiuſſorio pro Dominis Comitibus ſoluerunt, probat ſolutionem factam, etiam ad hoc vt ipſe fideiuſſor, qui ſoluit, agere poſſit aduerſus debitorē, pro quo ſoluit, vt late pro-

ſequitur Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. *1. gloſſ. 18. nu. 84.* & Maſcard. *d. concluſ. 373.*

Non videmus etiam vllam cauſam cur duo illa millia Ioachimicorum, quæ pro V. à Ioachimo P. ſunt exſoluta, non ſint pro ſatis probatis & liquidatis habenda, ſiquidem de iis ex inſtrumento num. 4. & 5. ſignato ſatis ſuperque conſtat.

Nullum etiam apud nos dubium eſt debitum E. ſatis liquidatum eſſe per quietationem ipſius E. ſub num. 3. de dato 1565. datam Ioachimo P. & confeſſionem factam à Domino Comite P. E. in inſtrumento quodam ſub num. 4. producto de an. 1571. quod ipſum etiam ſatis animaduertit Dominus Iudex, qui in ſententia ſua idem debitum pro liquidato iudicauit. Etſi vero in ſententia mentio duntaxat 2840. Ioachimicorum facta ſit, euidentia tamen rei & inſtrumentum modo dictum vtrunque ſub num. 3. & 4. oſtendit, Ioachimicos eſſe 3840. adeoque vel ab amanuenſe ex incuria, vel à Iudice ob multitudinem cauſarum aut præcipitantiam errorem commiſſum eſſe, eo quod in ſententia poſita ſunt 2840. cum poni debuerint 3840. qui error facile committi potuit in deſcribendo vel etiam in concipiendo ſententiam, ſecundum illud: Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.

Multo minus dubiũ eſt de collectis Imperio ſolutis. Quod enim ſolutæ ſint, id apparet ex quietatione ſub nu. 8. producta, & vero quod ſoluendæ etiam fuerint ipſa quotidiana docet experientia: atq; idem debitum Iudex in ſua ſententia ſatis liquidatum eſſe iudicauit.

Similiter idem Iudex debitum 2360. Ioachimicorum pro Domino Comite P. E. à Ioachimo P. ſolutum pro ſatis liquidato & probato habuit, à quo iudicio etiam in hoc puncto non eſſe recedendum cenſemus.

Recte etiam Iudex in debito VV. iudicauit, ſiquidem in priori proceſſu amplius quam 500. floreni de eo probati non fuerunt. At vero cum in hoc proceſſu Leuterationis ſub

num.

num 2. productum ſit inſtrumentum de dato 3. Nouembr. anno 1574 ex quo apparet non modo dictos 500 floren. ſed pręter illos etiam 1571 fl. 3. groſſos nomine Domini Comitis P. E. à Ioachimo P. ſolutos eſſe, illud etiam debitum 2071 florenorum 3. groſſorum per beneficium *l. per hanc. C. de tempor. appellat.* quo non deducta deduci, & non probata probari poſſunt, pro ſatis probato & liquidato nunc habendum erit, vt ſententia prior quo ad hoc reformetur ex ſumma minori 500. florenorum in ſummam maiorem 2071. floreno. & 3 groſſorum.

Atq; de hoc debito VV. tanto minus dubitari poteſt aut debet, quod de eo Domino Iudici optime conſtare poteſt ex receſſu deſuper facto 1. Martii anno 1574. quo Domino Comiti P. E iniunctum fuit, debitum illud totum & omne exoluere, atq; vt id exolueretur, Ioachimi P. & Conſortum interfuit, eo quod eius debiti nomine caſtrum N. hypothecatum fuerat.

Eiuſdem *l. per hanc.* beneficio debitum 1000. aureorum, quo Dominus P. E. Capitulo H. obſtrictus eſt, ſine vlla exceptione liquidatum eſt inſtrumentis in proceſſu Leuterationis productis, nu. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. ſignatis.

Hiſce debitis in priori proceſſu deſignatis merito nunc addendum eſt debitum 1000. Ioachimicorum H. à Domino Comite P. E. de quo prout & de ſolutione eius à Ioachimo P. facta apparet ex duobus illis inſtrumentis, ſub num. 1 & 2 in proceſſu Leuterationis cum producto intitulato Exception vnd Gegenſatz / prolatis.

Nec minus addenda ſunt & illa de quibus mentio fit in producto intitulato, Duplica cum in euentum annexa concluſione, vtpote quod ex his, quæ iudicialiter iã ante de iis acta ſunt, ſunt notoria, per vulgatum quod acta notorium inducant, adeoq; probatione vlteriori non indigeant.

Nec videmus quid contra hæc vel illa debita à Dominis Comitibus in facto iure & obiici poſſit. Nam quod prætextum

horum debitorum in libris rationum, quos illi vocā Schuldtbuch / mentionem nullam omnino fieri, faciunt, id eiuſmodi eſt, vt Dominos Comites releuare non poſſit.

Præterquam enim, quod per tot, & illa quidem omni exceptione maiora inſtrumenta, quin & per confeſſionem D. Comitum, actaque iudicialia contrarium demonſtratum eſt, idq; ſolum heredibus P. ad obtinendum ſufficere poſſet illud etiam

250 de iure indubitatum eſt, quod liber † rationum pro ſcribente non probet, quia exemplo valde pernicioſum eſſet ei ſcripturę credi, qua vnuſquiſq; ſibi adnotatione propria debitorē conſtituit, aut ſeſe à debito liberat *per tex. in l. inſtrum. & in l. exemplo. Cod. de probat. & in l. 2. Cod. de conueniend. fiſci debitor. libr. 10. cap. 2. de fid. inſtrument. gloſſ. in Clement. 1. §. caterum. verb. rationem de vſur. Bart. in l. nuda ratio. nu. 7. ff. de donat. Bald. in l. 1. verſic. vltimo quæro. C. de edend. Rom. conſ. 205. Alex. conſ. vlt. nu. 4. vol. 7. Soc. conſil. 62. nu. 6. vol. 1. & conſ. 151. nu. 3. vol. 2. Paris conſ. 90. nu. 1. vol. 1.*

Idque adeo verum eſt, vt ne heredi quidem eius proſit, etiamſi ſcribenti ſuccedat Eccleſia vel fiſcus, *Bart. in l. inter chartulas C. de conuen. fiſci debitor. lib. 10. Bald. in l. in bonæ fidei. nu 6. C. de*

251 *reb. credit Boer. deciſ. 105. nu. 5.* Etſi vero non negemus, quin † libri rationum defuncti, qui fuit vir bonus, & bonæ famæ atque exiſtimationis, pro eius herede præſumptionem aliqualem faciant. *arg. l. qui cum maior. § fi. ff. de bonis libert. Bart. in l. admonendi. nu. 27. ff. de iureiurand. & ibid. Alex. nu. 34. Iaſ. nu. 120. Curt. nu. 103. Ripa nu. 123. Anton. de Butr. Felin. & Panorm. in d. c. 2. de fide inſtrum.* Præſumptio tamen iſta tanti momenti non eſt, vt probationem vincat aut tollat, per iura vulgatiſſima.

Quare cum debita ſatis ſuperq; vt ex ſuperiorib. apparet, liquidata, deducta & probata ſint, nec vlla aliqua ꝓbatione contraria probatio iſta eneruata ſit, ſuccedit nunc altera illa quæſtio, quam in iure conſiſtere dicebamus, nimirum an debita illa eodem iure cum quadraginta illis millib. aureorum cenſenda ſint, ita vt & ipſa perinde haberi debeant, atq; ſi inde ab initio

con-

contractus quadraginta illis millibus aureorum addita & annumerata, & in eodem iſto pretio computata fuiſſent.

Et ſane videbatur prima fronte reſpondendum eſſe negatiue. Eſt.n.certiſſima iuris regula,factum † cuiq; ſuum,non alteri 252
nocere debere, *l.factum cuiq;.ff.de reg. iur.l.1.ff.de alie.iud.mutand. cauſ.fact.* neq; debere alteri per alterum iniquam conditionem inferri,*per tex.in c.non debet.de reg.iur.in 6.l.iniquiſſimũ.ff.de iur.& facti ignorant.* & quod res inter alios actæ tertio præiudicare nõ debeant, *tot.tit.C.res inter alios acta.l.fi.ff.de re iudic.l.ſi cui.§.iiſdẽ. de accuſat.c.cum ſuper.c.præterea. de re iudicat.ca.inter dilectos. de fide inſtrument. Alex.in l.ſæpe.ff.de re iud. Cacheran.deciſ. Pedæmont.38. nu.3. Ioan.Pet.Anchoran.aureãr.quæſt.lib.1.q.35.nu.3.*

Quod autem Ioachimus P. & Conſortes à D. Comitib. vltra quadraginta illa millia aureorum aliquid vel ipſis vel Creditoribus amplius ſoluendi mãdatum habuerint, in actis non eſt probatum,idq; mandatum, vtpote † ꝗ facti eſt *Ceph.con.652.* 253
n.22.li.5.Burſ.con 360.n.93 li.4. non † pręſumit̃ ſed probari debet, 254
per tradita à Bal. in c.1.de reb. eccleſ. non alie. quem text.ad hoc adducit Rebuff.in tract.nominationum.q.13.nu.118.Ceph.conſ.311.nu.74.lib.3. Tib.Decia.conſ.121.nu.11.vol.3. & multis confirmat Maſcard.de probat.concluſ.1006. vol.2. etiamſi mille anni effluxiſſent, vt magis communem dicit Burſat.*conſil.24.nu.20.lib.1.*

Nec videntur Domini Comites in aſſertam debitorum ſolutionem vnquam conſenſiſſe, quod ſi P. heredes affirmabunt,probandum ab ipſis fuerit,non tantum ob generalem illam regulam,quod is qui dicit probare teneatur, ſi id negetur, ſed etiam quod † conſenſus facti eſt, adeoque ſi negetur, pro- 255
bandus ſit, *l.1.& ibi Dd.ff.de verbor.obligat. Grat.conſil.59.nu.19. vol.1.Ludou.Fachſ.conſi.7.quæſt.5.nu.51.vol.2.Maſcard.de probat.concluſ.2.nu.4.vol.1.*

At vero vbi conſenſus deficit,ibidem contractum deficere neceſſe eſt, vtpote quod † contractus ſine conſenſu fieri nequeat *l.1.ff.de pact.cum ſimilibus.* & cauſa deficiente deficiat

etiam

etiam effectus, *c. cum ceſſante de appellat. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. Tiber. Decianus, conſil. 49. num. 23. vol. 1. Burſat. conſil. 228 num. 119. lib. 3. Cæphal. conſil. 656. nu. 56. lib. 5.* & cum certum ſit, delictum in hoc caſu P. argui non poſſe, obligatio autem ſit vel ex contractu, vel ex delicto, *§. 1. Inſtit. de oblig. l. 1. ff. de obligat. & action.* ei conſequens eſt vt nulla hic ſubſit obligatio, adeoq; nulla etiam competat actio. *§. omnium. Inſtit. de action. l. 1 C. de cond. ct. ob cauſam.* vbi gloſſ. *in verb. haberi oportet.* argumentum à cauſa ad effectum ab obligationis defectu accommodat ad actionis defectum, idemque facit Socin. ſen. *conſil 31. col. penult. verſ. quarto etiam probatur. vol. 1.* quem refert & ſequitur Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa. nu. 189. in verb. obligationis cauſa.*

Et vero tanto minus Ioachimus P. & Conſortes ſupra dicta ſua debitorum exolutione Dominis Comitibus præiudicare potuerunt, cum fortaſſe ſi non debita illa omnia, at aliqua ſaltem eiuſmodi fuiſſent, contra quæ legitimas atque iuſtas exceptiones Domini Comites opponere, atq; adeo ſolutionem impedire potuiſſent.

Deinde certum eſt ex ſupra dictis de pretio iam inde ab initio contractus ſemel conuentum, nec pretii alius aut maioris mentionem factam fuiſſe, quam quadraginta millium aureorum, quę etiam natura eſt pretii vt ſit quantitatis certæ atque taxatæ, *§. pretium. Inſtit. de empt. & vendit.* quod pretium tum demum certum eſſe intelligitur, ſi in conuentione ipſa exprimatur, quod & quantum ſit atque eſſe debeat, aut ſiquidem id tam diſerte non exprimatur, relatio tamen fiat ad id, ex quo certum eſſe poſſit. *l. hæc venditio. §. huiuſmodi. & l. ſi quis fundum. ff. de contrahend. empt. & vendit.*

257 Contractui † autem perfecto addi nihil poteſt, *l. perfecta donatione. C. de donat. quæ ſub modo fiunt. l. cum dos. in princip. ff. de pact. dotal. l. in commodato. § ſicut. ff. commod. Dec. conſi. 543. nu. 7.*

Et vero abſurdum fuerit affirmare contractum ab initio perfectum fuiſſe, eundemq; tamen in ſuſpenſo remanſiſſe, eo

quod

quod incertum eſſet, quid & quantum Ioachim. P. & Conſort. vltra quadraginta illa millia exoluendum atque expendendum eſſet.

Adhæc pecuniæ iſtę exolutæ ſunt Creditoribus, in quorum locum Ioachimus P. & Conſortes ſucceſſerunt, adeoque videntur illi alio iure vti nec poſſe nec debere, quam quo Creditores iſti nunc vſuri fuiſſent, ſi etiamnum ipſis deberetur.

Creditor enim poſterior priori Creditori debitum offerens & ſoluens plus iuris inde non conſequitur, quam Creditor prior, cui obtulit & ſoluit, habuit, ſiquidem nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habeat, *l. traditio. ff. de acquirend. rer. domin. l. nemo. ff. de regul. iur.* & ſucceſſor eodem iure vtitur, quo vtitur is, à quo cauſam ſuam habuit, *iuribus vulgatis.*

Præterea animaduertimus pleraque iſta debita pertinuiſſe ad Dominum Comitem P. E. non etiam ad Dominos Comites cæteros, cum quibus tamen omnibus, non illo ſolo Contractus hic eſt initus, vt ſicuti Domini Comites ad exſolutionem æris alieni Domini P. E. non tenebantur, ita ne nunc quidem teneantur eo nomine heredibus P. qui debita iſta exſoluerunt, atq; adeo in pretium quadraginta millium aureorum computanda non ſint.

Verum hiſce non obſtantibus contrariam ſententiam putamus veriorem & æquiorem eſſe, vt nimirum debita iſta eodem iure, quo quadraginta iſta millia aureorum, cenſeantur.

Primum enim illud ponderamus, quod conſenſus iſte, quē Dominus Archiepiſcopus interpoſuit, ad inſtantiam Dominorum Comitum impetratus eſt, qui conſenſus pars eſt contractus principalis, vtpote ſine quo contractus perfici non potuiſſet, niſi conſenſus iſte acceſſiſſet. Contractus enim ille inibatur ſub conditione conſenſus Domini Archiepiſcopi accedentis, cuiuſmodi contractum & emptionem conditionalem

eſſe, *text. eſt in l. ſi quis ſub condit. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. is damnum dat. §. quod pendet. vbi Cagnol. ff. de reg. iur. Dec. in l. 2. nu. 20. in fi. C. de edend.* ita vt domino non conſentiente venditor non cenſeatur vendidiſſe, ſed venditio ipſa pro infecta habeatur, atque prorſus nulla ſit, *l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ff. de peric & commod. rei vendit. l. multum intereſt. in prin. ff. de heredit. vel act. vend. l. ſi quis fundum. in fine. ff. de contrah. empt. cum concordantibus adductis per Cæphal. conſ. 118. per diſcurſum. lib. 1.*

Tanto vero magis conſenſus iſte pro parte contractus principalis ſubſtantiali habendus eſt, quod contrahentes ſeſe in inſtrumento vtroq; ſuper contractu hoc facto ad hunc conſenſum referunt, & viciſſim dominus Archiepiſcopus conſenſum ſuum accommodando ſeſe refert ad contractum & inſtrumentum, ſuper eo contractu factum, vt ita nec contractus ſine conſenſu iſto nec conſenſus iſte ſine contractu intelligi debeat aut poſſit.

258 Et vulgatum eſt † relatum eſſe in ſuo referente *l. aſſe toto. ff. de heredit. inſtit. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. caſu. 15 nu. 5.* idque cum omnibus ſuis qualitatibus. *d. l. aſſe toto. Bartol. in l. ſi quis ſeruum. §. fin. ff. de legat. 2. Dec. conſ. 47. Gail. 1. obſer. practic. 82. nu. 25.* ſiquidem relationis ea natura eſt, vt omnes relati qualitates ſecum trahat. *Soc. iun. conſi. 170. nu. 33. vol. 2. Ruin. conſ. 183. nu. 1. vol. 2. Paris conſi. 19. nu. 68. & conſ. 80. nu. 49. vol. 2. Crauet. conſ. 88. nu. 3. Caccheran. deciſ. Pedem. 110. nu. 3.*

At in conſenſu illo Domini Archiepiſcopi expreſſe dicitur, **deß Kauffs vnd dieſes vnſers Will-Brieffs jhrer viertzig tauſent Goldtgülden außgelegter Hauptſummen vnnd Zinſen / vnnd was ſie mehr daran außgelegt hetten / oder noch außlegen würden /** quæ verba arguunt pretium non in quadraginta duntaxat illis millibus aureorum conſtitiſſe, ſed præterea etiam actum fuiſſe de pecuniis vltra illa quadraginta millia exolutis, vel adhuc exoluendis, vt in pretium illud connumerarentur.

259 Copula enim † vnde eandem qualitatem omnibus copulatis tribuit,

tribuit, *vt docent Canoniſtæ in c.1.de commod. Feli.in c.ex parte. ver. copula. de reſcript. Bart.in l.Seiæ.§. Gaio ff.de fundo inſtruct. Iaſ in l.1. nu.3.ff.de iuſtit. & iur. Alex.conſ.100.nu.2.vol.6.Soc.conſ.48.nu.5.vol. 1.Cephal con.743.nu.5.lib.5.VVeſemb.conſ.42.nu.60.Burſat.conſ.243. nu.15.lib.3.*

Et quis credat Ioachimum P. & Conſortes tantam pecuniæ vim vltra quadraginta illa millia aureorum expenſuros fuiſſe, niſi ita inde ab initio cõueniſſet? Nam vt non expendiſſent illá, nihilominus in poſſeſſione ſua caſtrum N. retenturi fuerant, quantum ad Dominos Comites attinet, atq; ita habituri illud erant pretio viliori. Certiſſima enim † eſt illa iuris regula, quod 260 nemo ſuum iactare præſumatur, *vul. l.cum de indebito. §.qui enim ſoluit. vbi omnes Dd.ff. de condict. indeb.* vt præter ſupra allegatos etiam reſpondit Tiber. Decia. *conſ.32.nu.5.vol.3.* & Burſat. *conſ. 363.nu.17.lib.4.* Vnde etiam Tiraquell. *de retract.§ 1.gloſſ.4.verſ. 31.ver.tamen ſi poſteriorem ſequi.* dicit quod ſi quis ſoluat penſionem pro alio multis annis, quam veroſimiliter ſine mandato non ſolueret, is mandatum habere præſumatur.

Quod in hoc caſu tanto magis dicendum eſt, quod Ioachimus P. & Conſortes fuerunt homines frugi & diligentes, atq; ſtudioſi patresfamilias, *per text.in d.l.cum de indebito, ibi, & maxime ſi is. & ibid.gloſſ.in verb.diligens.*

Et præterea ſumma exoluta non eſt modica, eamq; recipientes non fuerunt pauperes vel tales, in quos affectio aliqua caderet, *vt dicit gloſſ.in l.cum quid.verb.pro cauto.ff.ſi cert.petat. & in l.ſi filii tui.verb.probet.C.de donat.int.vir.& vxor.Fulgoſ.in l.ſi paterno.C.de negot.geſt.*

Neq; ęquum eſt vt quis ſub bona fide decipiatur *iur.vulgat.* At quis non videt deceptum, iri Ioach.P.& Conſor. atq; poſt ipſos heredes ipſorum ſi fidem ſecuti conſenſus Archiepiſc. tot millia vltra ſummam de qua in quantitate expreſſe cõuenerat, expoſuerunt quod ſine dubio non feciſſent, niſi cõſenſum illũ habuiſſent, eiuſq; fidẽ ſecuti fuiſſent neq; ñ repetendi pecuniam

ius haberent. Cumprimis vero nefas eſſe exiſtimatur ſub Principis † fide & auctoritate aliquem decipi, *l. 1. C. qui veniam ætat.*
261 *impetrar. l. Barbarius ff. de offic prætor. l. vnica. §. ſed & qui. C. de Latin. libert. tollend. Mynſing. reſp. 21. nu 63*. Principum enim diſpoſitiones ab omni malitia remotæ eſſe debent, *per allegata ab Andr. Gail. 2 obſeruat. pract 55. nu. 4.*

Multo vero minus Dominus Adminiſtrator, qui ſucceſſit Domino Archiepiſcopo, & nunc in cauſa Iudex eſt, admittere debet, vt ſub fide anteceſſoris ſui heredes P. decipiantur, præſertim cum ſupra dictum ſit teneri Dominum adminiſtratorem Domini Archiepiſcopi geſta rata habere.

Nec moueri debet, vt pro Dominis Comitibus contra P. pronunciet ex eo, quod Domini Comites conſenſum illum Domini Archiepiſcopi in dubium reuocare conantur.

Primum enim inſtrumento tam diu creditur, donec probetur contrarium, quod hic factum non eſt.

Tanto vero magis contrariũ ipſis probandum fuerat, quod contra ipſos ſtant prę́ſumptiones vrgentiſſimæ, *l. ſi extraneus. ff. de condict. ob cauſam. l. 1. ff. quod met. cauſ. Dec. conſ. 100. col. fin. Rolan. à Vall. conſ. 9. nu. 56. vol. 1.*

Nam expreſſiſſimis verbis in cõnſenſu aſſeritur, ſo haben wir auff jhr der wolgebornen Grauen embſig vnnd fleiſſig Anſuchen vnd Bitt / ſolchen jhren Kauff / Verkauff vnd gantzen Contract in allen ſeinen Einhaltungen / Puncten vnnd Articuln hiermit confirmirt / rc. vbi notandum eſt primo, confirmationem ad inſtantiam Dominorum Comitum impetratam, deinde quod non ſimpliciter dicitur auff jhr Anſuchen / ſed auff jhr Anſuchen vnd Bitt / atque ne hoc quidem ſatis fuit, ſed additum eſt auff jhr embſig vnnd fleiſſig & c. quæ verba omnia emphatica ſunt & tantæ importantiæ, vt ſine manifeſta calumnia conſenſus hic in dubium trahi non poſſit.

Cum enim alias inſtrumento credatur ea omnia, quæ in illo continentur, ita prout narrantur facta eſſe vere & ſolenniter,

tum

tum vero multo magis in præſenti caſu id dicendum eſt, quod non † præſumatur Principem mentiri, vt dicit Andr. de Iſern. 262
in c. 1. col. penult. verſ. ſed nunquid ſtabitur. qui ſucceſſ. teneant. etiamſi verba ſint enunciatiua, atque etiam de facto alieno, *vt per Dec. conſ. 445. nu. 16.* Sed ſi contrarium affirmetur, id clare & expreſſe, non autem præſumptiue duntaxat probandum ſit, *l. fin. in princ. ff. quod metus cauſ. l. nuptura. ff. de iure dot.* & in ſpecie de Principis aſſertione id tradit Angel. *conſ. 368.* & Roman *conſ. 369. col. 8. dub. 9.* Corne. *conſi. 312. col. 5. verſi. & maxime cum Pontifex. vol. 1.* & eſt ad illud gloſſ. *in c. nonnulli. de reſcript. & in Clement. literis. de probat.* & tradunt omnes *in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit.*

Videat vero Dominorum Comitum aduocatus, ne in dubium vocando confirmationem ita omnino factam prout litera inſtrumenti ſonat, Dominum Archiepiſcopum falſitatis alicuius arguat, atq; adeo in fidelitatem, Domino Archiepiſcopo à Dominis Comitibus vt vaſallis debitam, quidquam committat.

Quare cum exemplo hoc malum ſit futurum, ſi tam facile concedatur principum, & quidem eccleſiaſticorum atq; etiam dominorum directorum inſtrumenta atque fidem in dubium vocari, Dominus Adminiſtrator in hac potiſſimum cauſa, in qua de fide anteceſſoris ipſius quæritur, & in qua ipſe Iudex eſt, non patietur exemplum tam malum admitti, ſed ſecundum conſenſum illum omnimodo ſine dubio iudicabit.

Quinimo neceſſe omnino fuit Ioachimo P. & Conſortibus vt debita iſta exoluerent, vt ius ſuum collocarent in loco eo tutiori, ſiquidem plerique Creditores, quibus debitum ſuum exolutum fuit, expreſſam, & vt videtur conſenſu Domini Archiepiſcopi confirmatam in caſtro N. habuerunt hypothecam, quibuſdam etiam iudiciali decreto, vt ex caſtro N. ſuum exolueretur debitum, adiudicatum erat. Neque enim potuit pactione ſiue contractu, inter Dominos Comites & P. atq; Conſortes inito, debitoribus iſtis quidquam præiudicari. *l. debitorum.*

rum. C. de pact. Bartol. Bald. Caſtrenſ. Alex. Aretin. Iaſ. Rip. & communiter alij ſcribentes in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Crauet. conſ. 174. nu. 11. cùm ſimilib.

263 Multo vero minus † officium, ſi quod P. & Conſortes in exſoluendo eo, ad quod omnino D. Comites tenebantur Dominis Comitib. præſtiterunt, damnoſum eſſe debet, *l. ſi ſeruus communis. §. quod vero, verſic. idq; euident ius. ff. de furt. l. ſi quando. §. ſed cum oportet. C. de teſtib. l. ſed et ſi quis. ff. teſtam. quemad. aper. Guid. Pap. deciſ. Grationopol. 68. nu. 6.*

Præſertim cum ex ſententia contraria ſecuturum eſſet illud, vt Domini Comites cum detrimento heredum P. futuri ſint
264 locupletiores, quod † omni iuri & naturali & ciuili repugnat, *l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. cap. locupletari. eod. in 6.* & dolo malo facere dicitur, qui ex aliena iactura lucrum quærit. *l. ſi quis mancipiis. §. fin. ff. de inſtitut.* & ideo dicit Bartol. *in l. plane. in fine. ff. de petit. heredit.* & Panormit. *in cap. ex parte. el 2. de offi. deleg.* quod etiam ſi ſtatutum tolleret omnem exceptionem, non procederet tamen ſtatutum, ſi contingeret aliquem locupletari cum alterius iactura, quia hoc caſu ſuccurreretur officio iudicis. Facit quod lege diuina cautum eſt Matthæi *cap. 7.* Vt omnia faciamus aliis, quæ volumus alios nobis facere, & probatur *in cap. 1. diſtinct. 1.* exponendo volumus, id eſt, velle debemus, vt ibi exponit gloſſa, quod etiam iure Canonico approbatur *in dict. cap. 1. & in cap. cum omnes. de conſtitut.* & omnes Doctores id amplectuntur. *in l. 1. ff. quod quisque iur.*

Satis autem dicuntur Domini Comites locupletiores facti eſſe, cum debita illa in ipſorum neceſſitatibus à P. ac Conſortibus exoluta ſunt, & niſi exoluta ab hiſce eſſent, ipſi D. Comites ad hoc compelli potuiſſent, aut certe de euictione aduerſus ipſos agendi P. & Conſortes ius habuiſſent. Ita ſcribit Bal. *in l. fin. C. de vſucapion. pro empt.* per text. *in l. ſed an vltro. § fin. ff. de negot. geſt.* & tenet etiam Angel. *in l. verum. gloſſa prima. ff. de petit.*

pet't. heredit. imo dixit gloſſa *in §. penult. verb. locupletior. Inſtitut. quibus alien. licet vel non.* quod ex eo quis dicatur factus locupletior, ſi non appareat pauperior, per textum apertum *in l. in pupillo ff. de ſolut.*

Poſtremo pro heredibus P. & hoc ponderamus, quod ſi ipſis cum Dominis Comitibus res eſt, vt maxime in caſtro N. ius nullum omnino aliud quam hypothecæ haberent, haberent tamen in pecuniis vltra quadraginta illa millia aureorum exolutis ius retentionis ex iure illo notiſſimo, etiam † ob 265
chirographariam pecuniam pignus retineri poſſe, illaq; retentio tanto facilius conceditur, quod heredes P. ad repetenda illa debita exoluta à Dominis Comitibus de iure haberent actionem, cum alias etiam quod peti iure non poteſt, poſſit tamen de iure retineri, *per textum in l. 1. §. in princip. ff. quibus mod. pignor. vel hypothec. ſoluit. Bartol. in l. 1 §. cum prædium. ff. de pignor. & in l. Ariſto. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ.* quia fauorabilior eſt retentio, quam petitio, *l. per retentionem. Cod. de vſur. Bartol. & alij in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condict. indeb. Bald. in l. peremptorias. col. 3. Cod. ſent. reſcind. non poſſe. & in leg. 2. not. 4. Cod. de fideiuſſor. Iaſon in l. naturaliter. §. nihil commune. colum. 12. ad fin. verſic. ſed tu aduerte. lect. 2. ff. de acquirend. vel amitt. poſſ. Dec. conſi. 298. nu. 4. Benintend. deciſ. Bonon. 77. nu. 4.*

Quod ſi vero cum Creditoribus ipſis eſſet negotium, hi ſi chirographarii ſunt, indubitati iuris eſt, heredes P. illis præferendos eſſe, *per text. in l. eos qui. C. qui potior. in pignor. l. pro debit. §. vnde ſiquidem. C. de bonis auctorit. iudic. poßidend.*

Si vero ſint hypothecarii tum vt ius prælationis haberent, neceſſe eſſet ipſos hypothecarios de prioritate ſua docere. Is enim † potior eſt iure, qui tempore eſt prior. *c. qui prior. de reg.* 266
iur. in 6. l. potior. in princip. & l. qui balneum. ff. qui potior. in pign. habeant. l. fundum. & l. diuerſis. C. eod. Ripa in l. priuilegia n. 4 ff. de priuileg. credit. Vital. in tract. Clauſularum. in clauſ. & ſpecialiter obligauit

rem,

rem. Cæpoll. cautel. 124. Neguzant. de pignor. part. princip. 5. memb. 2. Duen. reg. 168. Capell. Tholoſ. 218. nu. fin. in addit. Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 45. nu. 7. Cephal. conſil. 86 nu. 6. lib. 1. Gail. 2. obſeruat. pract. 15. num. 2 & obſeruat. 25.

At tantum abeſt vt de prioritate Creditorum quidquam probatum ſit, vt Domini Comites eam probare ne conati quidem fuerint, nec apparet de creditoribus, quod ſeſe huic negotio interpoſuerint & prioritatem ſuam deduxerint, vt quod in actis deductum & probatum non eſt, de eo etiam ſententia pro Dominis Comitibus ferri non poſſit, *argum. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præſid. cum ſimilib.*

Et vero vt maxime prioritas aliquorum vel omnium probari poſſet, tamen ne hoc quidem ſufficeret, niſi illud etiam ſimul probaretur, quod hypothecatio, quam prætendunt, facta eſſet cum conſenſu Domini Archiepiſcopi. Cum enim in facto præſupponatur, caſtrum N. cum ſuis pertinentiis Dominis Comitibus iure feudi à Domino Archiepiſcopo conceſſum eſſe, in iure illud iam expeditum eſt, caſtrum illud ſine conſenſu Domini Archiepiſcopi hypothecari nec potuiſſe nec debuiſſe, vt ex illis quę ad finem reſolutionis quęſtionis ſuperioris dicta ſunt, liquido apparet.

Nec ad rem quidquam faciunt, quę ſupra in contrarium adducebantur. Conſenſum enim atque mandatum ſoluendi debita nonnulla vltra quadraginta illa millia aureorum, ex parte Dominorum Comitum acceſſiſſe, ex eo conſtat, quod ipſi Domini Comites conſenſum & confirmationem huius contractus à Domino Archiepiſcopo imperrarunt, in qua confirmatione expreſſe dicitur, was ſie mehr daran außgelegt hetten/ oder noch außlegen würden/ quæ verba perinde habenda ſunt atque ſi ab ipſis Dominis Comitibus prolata eſſent. Nam paulo ante dictum eſt quod relatum inſit referenti, tantumque abeſt vt conſenſui illi confirmatorio contradixerint, vt etiam eum acceptа-

ceptauerint & inſtrumentum de eo confectum Ioachimo P. & Conſortibus dederint.

Sane cum ſcirent Domini Comites debita ſua à P. & Conſortibus ſolui, interponere ſeſe & contradicere debuiſſent, ne conſenſiſſe viderentur. Patientia enim † cum ſcientia con 267
iuncta facit vt conſenſus præſumatur, *leg. 2 cum ibi notatis per Bart. Cod. de acquir. & retin. poſſeſſ. gloſſ in l. Mæniana. C. de ædific. priuat. Bart. in l. quadam. circa finem. ff. ſolut. matrimon. per textum. in l. quam Tuberonis. § quidam. ff. de pecul. c 2. de accuſat. in 6. gloſſ in Clem. ſæpe. § quæ omnia. in verb. non contradicentibus. de verbor. ſignificat. Iaſon in l. ſi Procurator. col. penult. circa med ff d. condict. indeb. Felin. in c. fraternitatis. col. 4. de teſtib. Sebaſt. Sapia. in l. qui ſe patris nu. 24. C. unde libert. Dec. & cæteri Dd. in l ſi certis annis. C. de pact. Natta conſ. 274. nu. 11. & conſ. 257. nu. 7. vol. 2. Caphal conſi. 148 nu. 1. & conſ. 158. nu 46. & conſi. 272. nu 3. lib. 2.* Siquidem patientia eſt quoddam mandatum, vt ſcribit Innocent. *in c. ex parte Decani. de reſcript.* & æquiparatur ratificationi. *gloſſ. in l. quo enim. ff. rem rat. haber.* Et difficile eſt credere eum, cuius res agitur, ſi conſentire noluiſſet, pati potuiſſe, vt tacendo in ſuum præiudicium aliquid fieret, *argum. l. ſi hypothecas. Cod. de remiſſ. pignor. & argum. l. ſi fideiuſſor. la 2. § pater ff. de pigno. & gl. in l. ſæpe. ff. de re iudic.*

Non igitur audiendi ſunt Comites approbationi & conſenſui illi ſuo ſemel accommodato contrauenire volentes, quandoquidem regulariter in iure traditum eſt, neminem † audi 268
endum eſſe contra id quod approbauit, *l. generaliter. C. de non numer. pecun. l ſicut. C. de action. & obligat. l. 2. C. quand. ab empt. liceat diſced. l. generaliter. § quis enim ferendus. C. de reb. credit. l. cum profitearis. C. de reuocand. donat. notatur à gloſſ. & Canon. in c. accepimus. de ætate & qualit. & in c. per tuas. de probat.* nec debeat quod ipſis in ſua perſona in ſui emolumentum exolutione illa factum placuit, detorquere in iniuriam ſiue damnum heredum P. *l. cum hereditas. l. quoties. § 1. ff. de administrat. tutor. l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. l. ſi negotia. ff. mandati. leg. altius. ff. ſi ſeruit. vindic l.*

vindicantem.ff.de euiction.l.ſtipulatio iſta.ff.de verb.obligat.l.reſcriptum.ff.de diſtract.pignor.

Quod de precio incerto affertur, id nullo negotio refutari poteſt, ſiquidem incertũ non fuit, ſed certum quod & quantum eſſet debitum, quod ex caſtro N. eiuſq; reditibus ſoluendum erat. ideoque cum relatio fiat ad id quod certum ſit, aut certum eſſe poſſit, perinde eſt atq; ſi inde ab initio certa quantitas expreſſa eſſet. *per d. l.hæc venditio.* §. *huiuſmodi. & d. l. ſi quis fundum.*

Quare dici non poteſt contractui perfecto poſtea aliquid additum eſſe, multo minus cõtractum in ſuſpenſo remanſiſſe, ſed cõtractus perfectus fuit, cuius impletio ſiue cõſummatio, quę à cõtractu eiuſq; perfectione eſt alia, dilata, & tũ demũ cũ omnib. debitorib. debita ſua exoluta fuerunt, ſubſecuta fuit.

Ioachimum autem P. & Conſortes ſucceſſiſſe in locũ priorum creditorum negatur, ſiquidem non animo ipſorum ius quęrendi, ſed rem à ſe emptam ab oneribus liberandi pecuniam exoluerunt, haud aliter atque ſi Domini Comites exoluiſſent, non in ius creditorum ſuorum ſucceſſiſſent, ſed ab ęre a-
269 lieno rem ſuam liberaſſent. Contractus † enim inter Dominos Comites, & Ioach. P. atq; Cõſortes initi initium, non quid factum ſit poſtea ſpectandum eſt, quod initium non in iure offerendi & luendi, ſed in iure dominii ipſius rei tametſi reuocabiliter, quærendi poſitum eſt, *l. ſi procuratorem. ff. mandati. l. 1.* §. *ſi ſeruus depoſuit. ff. depoſiti. Gail. 2. obſ. practic. 8. nu. 3.* & generaliter verum eſt à primordio tituli poſteriorem euentum formari. *Bald. conſil. 377. nu. 1. vol. 1. per l. 1. C. de imponend. lucra. deſcrip. lib. 10.*

Poſtremo etſi debita pleraque à ſolo D. Comite P. E. exoluenda fuerint, in facto tamen præſupponitur caſtrum N. cum pertinentiis hereditario ſępe dicto D. Comiti P. E. obueniſſe, & videntur debita illa eſſe eiuſmodi, vt pleraq; facta ſint à Dominis Comitibus ante complures annos, quæ poſtea Dominus Comes P. E. vt cui caſtrum illud obuenit in ſe recipere co-

actus

actus fuerit. Res † enim cum onere ſuo tranſit, *l. generaliter. §. fin. ff. de fideicommiſſ. libert. l. ſi aquaductus ff. de contrahend. empt. l. in venditione. ff. de action. empt.* 270

Deinde nullam videmus fieri diſtinctionem debitorum, ab omnibus vel à Domino Comite P. E. factorum, ſed indefinite diſpoſitio ita ſonat, was ſie mehr daran außgelegt hetten / oder noch außlegen würden. Indefinita † autem locutio æquipollet vniuerſali, *l. ſi pluribus. ff. de legat. 2. l. 2. C. ſi plures vna ſentent. Cephal. conſ. 665. nu. 47. lib. 5. Tib. Decia. conſ. 56. nu. 8. vol. 2.* & imputent ſibi Domini Comites cur, cum in poteſtate ipſorum eſſet legem cōtractui dicere apertius, id tamen facere omiſerunt, *per ſupra allegata.* & vulgatum eſt, quod † vbi diſpoſitio ſiue legis ſiue hominis non diſtinguit, nec nos diſtinguere debeamus, *l. ſi ſeru. §. non dixit prætor. ff. de acquir. vel omittend. heredit. l. de pretio ff. de public. in rem act. Alex. conſ. 52. nu. 12. & 13. vol. 4.* 271 272

Vnd halten wir es auß angeregten Gründen auch bey dieſer Frag den Rechten gemäß / vnd darinn gegründet seyn / daß G. von A. vnd ſeine Conſorten die von jm in vorigem / vnd dann auch jetzigem leuterungs Proceß angegebene Poſten gnugſam vñ gebürlich liquidirt habe vnd dieſelbige Poſten dem Original precie ſmit zugewachſen / alſo daß ſie in die widerkäuffliche Summen mit eingerechnet werden müſſen / vñ dahero ſie von dem Hauß N. vñ deſſen Zugehörungen abzuſtehen nit ſchuldig / es ſeyen dann jnen alle Poſten / inmaſſen dieſelbige in der letztē liquidation begriffen / zugleich mit abgetragen.

Quæ in ſuperiori iuris reſponſo adducta & deciſa ſunt, iuri & æquitati conſentanea eſſe cenſemus nos Decanus & cæteri Doctores facultatis iuridicæ in Academia Marpurgenſi, ſaluo tamen cuiuſlibet melius ſentientis iudicio. In cuius rei fidem prædictæ facultatis iuridicæ ſigillum huic reſponſo apponi, idemq; eiuſdem Notarij manu ſubſcribi iuſſimus. Actum in conſilio Collegij noſtri 28. Martij Anno M.D.XC.

CONSILIVM XIIII. HERMANNI VVLTEII, IC. CLARIſſimi.

DIe von N. haben von öhndencklichen Jahren hero viertzehen Hufen Lands vnnd etlich Wiſenwachs auff der Feldtmarck / vnnd vor der Burg N. beneben etlichen andern Gütern vnd Gerechtigkeiten / nach Außweiſung deß anfänglich darvber auffgerichten / vnd jhnen von N. zugeſtellten Lehensbrieffs / auch folgendts erwiederten vnd ernewerten verinſtrumentirten Inueſtituren / von einem deß heiligen Römiſchen Reichs Fürſten vnd Herrn zu einem rechten Erbmanlehen gehabt / auch dieſelbige jeder zeit / wann ſich der Fall alſo begeben aller maſſen der andern Lehen Güter halben geſchehen / empfangen / vnnd deßwegen jhrem Lehensfürſten auff ermahnen / wie noch biß auff den heutigen Tag / gewärtig ſein müſſen.

In mittelſt leſſet ſich der Lehensfürſt mit denen von N. wegen vorberürter Burg / vnd dero darzu gehörigen / vnnd gleichergeſtallt auff der Feldtmarck vnnd vor der Burg N. gelegenen Gütern / in einen Contract ein / alſo daß der damals regierende Lehensfürſt daſſelbige Schloß oder Burg mit allen jhren Pertinentien vnnd andern denen von N. Pfandtsweis vberlaſſen vnnd einthun / dargegen aber die von N. dem Lehensfürſten eine Summen Geldts erlegen vnnd bezahlen ſollen / darauff dann auch erfolgt daß die von N. gegen Erſtatung der eingewilligten Summen daſſelbige Schloß / vnd deſſen Pertinentien angenommen / forters auch eine gute geraume zeit vñ vber hundert vnnd mehr jahre rüwig genützt vnd eingehabt / vnd die gantze zeit vber ſolche Pfandtſchafft geſtanden vnd gewehret / nit allein berührte viertzehen Hufen Landts vnnd Wiſenwachs alß jhr Lehengut / ſonder auch damit vnd beneben denſelben alle Länderey vnd Wiſenwachs / ſo zu demſelbigen Schloß gehörig / vnnd eben in der Feldtmarck / darinn die viertzehen Hufen vnd Wieſenwachs gelegen / in di.

indiſtincte, vnd durcheinander ohn einigen Vnderſcheidt jrer Gelegenheit nach gebraucht/gleichwol aber ſich in dem nit vorgeſehẽ daß ſie jemals die vielbemelde viertzehen Hufen Landts vnd Wiſenwachs als jhre Lehengüter/ von gedachtes Schloſſes vnd Burg Länderey/ als jren Pfandtgütern abgeſondert vnd vnderſcheiden hetten/ daß zu zeit der Ablöſung deßwegen kein ſtreit od' jrrthumb fürfallen möchte.

Als aber nach Verlauff hundert vnd mehr jahren es ſich begeben/ daß daſſelbige Schloß neben anderm von einem andern Fürſten deß Reichs mit gewehrter Handt occupirt vnd eingenommen/ vnnd die von N. von demſelben nicht allein zufolge vorgehender Jnueſtituren offterwehnte viertzehen Hufen Landts vñ Wiſenwachs zu Lehen empfangen/ vnd vor jhren Lehensfürſten erkennen vnd halten müſſen/ ſondern auch nach etlichen jahren von dem Schloß/vnd andern darzu vnd in dieſe Pfandtſchafft gehörigen Gütern haben abgelegt werden wöllen/iſt zwiſchen dem damals regierenden Lehensfürſten vnnd denen von N. deß angebottenen Pfandtſchillings halben Mißverſtandt vorgefallen/ alſo daß der Lehensfürſt den Pfandtſchilling deponirt vnd hinderlegt/das Schloß aber wiederumb occupirt vnd zu ſich genommen/die von N. aber/ welche zu der Zeit gelebt/vnd das Schloß ſampt deſſen Zugehörungen in jrem Beſitz gehabt/ dauon abtretten vnd weichen müſſen.

Ob nun wol denen von N. jre viertzehen Hufen Landts vnd Wiſenwachs/ſo ſie vor vnd in wehrender Pfandtſchafft von S.F.G. ſo wol als dem vorigen Lehensfürſten zu Lehen empfangen/von Rechts wegen billich hetten gelaſſen werden ſollen: So hat doch deſſen ohnangeſehen S.F.G. das Schloß/ vnd alles was dauor gelegen/ vnd die von N. in jhrem nießlichen Gebrauch gehabt/nichts vberall dauon außgeſcheiden/vnd alſo damit auch die viertzehen Hufen Landts vnd Wiſenwachs eingezogen/ welche jhnen auch noch biß auff den heutigen Tag vorenthalten/ vnd nit gefolgt werden wöllen/ſie aber nit deſto weniger dieſelbige jeder Zeit/wann ſich der Fall alſo zutregt/ nach wie vor empfangen vnd verdienen müſſen.

Nun haben wol die von N. welche zum theil todtes verfahren/

zum theil noch am Leben bey dem Lehensfürſten ſich deſſen zu etlichen vnderſchiedlichē malen vnderthäniglich beklagt vñ gebetten jnen gebürliche Reſtitution deſſen/ſo ſie von S.F.G. zu Lehen hetten vnnd trügē/widerfahren zulaſſen. Sie haben aber nichts erhalten mögen/ ſondern ſeynd faſt vber die viertzig jahre dann hie: damit abgewieſen worden (welches vielfältig beſchehenes Sollicitirens vnd Anhaltens man jnen S.F.G. theils geſtändig) gleichwol aber dardurch weiters nichts erlangt/ alß daß S.F.G. ſich jüngſt dahin erklärt/ wann die von N. vielbemelde Länderey vnd Wiſenwachs in ſpecie benennen vnd anzeigen/ auch ſonſten wo vnd an was Enden dieſelbige gelegen/ deſigniren vnd außfündig machen köndten/ daß als dann S.F.G. ſich gegen ſie ferrners vernemmen laſſen wöllen.

Wann aber denen von N. nach Verlauff einer ſolchen geraumen/ ja ohndencklichen Zeit/ vielleicht nicht wol müglich ſeyn mag/ die Länderey mit jren anwenden vnd ſonſten vmbſtändiglich zudeſigniren/ vnd dahero ſich befahren müſſen/ da ſie ſolches nit thun könnten oder würden/ es möchte etwan bey S.F.G. auſſerhalb gerichtliches Proceſſes vberall nichts zuerheben ſeyn/ vnd dardurch S.F.G mit ordentlichen Rechten vnderthänig anzulangen ſie verurſachet vnnd gemüſſiget werden.

So werden bey jnen hierinn nachgeſetzte drey Puncten in zweiffel gezogen.

Erſtlich/ ob vnd was vor ein genus actionis zu widererlangung der eingezogenen viertzehen Hufen Lands vnnd Wiſenwachs gegen vnd wider S.F.G. zu intentiren ſie befugt ſeyn.

Zum andern was denen von N. der angemuten Deſignation halben in Recht aufferlegt werden möchte/ vnd ob ſie auß der Vrſachen daß ſie dieſelbige nicht thun könnten der gantzen Sachen verluſtig werden müſten.

Vnnd dann vor das letzt/ vor was für einem Richter S.F.G. mit Recht dißfalls zubeſprechen/ vnd dieſe Sachen jrer Art vnd Eigenſchafft nach erörtert werden möchte.

SYM-

SVMMARIA.

1 *Sine actione nemo recte experitur.*
2 *Ex facto ius ſumitur.*
3 *Diuerſa facta diuerſas producunt actiones.*
4 *Actiones ſunt in perſonam vel in rem.*
5 *Obligatio eſt mater actionis perſonalis.*
Maritvs quidam & vxor, cum in matrimonio aliquandiu vixiſſent, nec liberis à Deo donarentur, conuenit inter eos, vt ordinationem ſupremæ voluntatis ſeu teſtamentum vna facerent. Propoſuerunt igitur & ſolenniter inſinuarunt voluntatem ſuam

ſuam apud municipalem Decurionum ordinem, de omnibus bonis ſuis præſentibus & futuris, & pro more in publico monumento ſeu inſtrumento, deſcribi petierunt, HOC MODO.

CASVS.

VT poſt mortem ſupradictorum coniugum, cognati eorum proximi, tum temporis viuentes, ſuccederent in ſemiſſem, hoc eſt, in dimidiam totius hæreditatis partem, nulla fraude diuiſionis inter vtramque cognationem adhibenda. Abſoluto hoc teſtamento maritus eſt mortuus, vxor vero ſuperſtes teſtamentum, vna cum marito priore factum reuocauit & aliud teſtamentum fecit, in quo maritum poſteriorem inſtituit hæredem. Tandem moritur & ipſa relinquens maritum poſſeſſorem omnium bonorum. Quamobrem cognati prioris mariti petunt ſemiſſem, hoc eſt, dimidiam omnium bonorum partem, nulla diſtinctione facta ex teſtamento mutuo prioris mariti. Maritus autem poſterior idem poſſeſſor bonorum, excipit de reuocatione teſtamenti, & de inſtitutione hereditaria vxoris. Quæſitum eſt quid ſit iuris.

PRIMA QVÆSTIO.

PRIMVM omnium, circa hanc ſpeciem facti, quæ alioquin frequentiſſimè euenit, non oportet ignorare; quod † teſtamentũ inter coniuges,
1 ineptiſſime appelletur, Reciprocum. Nam id dicitur Reciprocum, † quod aliunde profectum eo redit, vnde
2 profectũ eſt: Quemadmodum Gellius fiſtulam in corpore nũcupat reciprocã, per quã ſpiritus reciprocatur. Et, reciprocus amnis, id eſt, refluus. Reciprocatio igitur teſtamenti inter cõiuges, minimè gentium huc quadrat. Rectius autem dicitur, †
3 Mutuum teſtamentum, quoniam mutuis affectibus ad teſtandum conſenſerunt coniuges: Vel ſimultaneum teſtamentum,

quia

quia vno eodemque tempore maritus & vxor ſimul fecerunt. *Vnde impp. l. final. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, Iudicium vxoris (aiunt) poſtremum in ſe prouocare, non eſt criminoſum.*

His præfatis, de ſignificatione tituli, Reſpondeo ad propſitam quæſtionem rei, hoc videlicet modo, † Mutuum teſtamentum inter coniuges valere iure optimo, hoc eſt, tali iure, quod nulla diſputatione poteſt eleuari, rationibus ſequentibus. 4

Primo, nam † teſtamenti factio non priuati iuris eſt, ſed publici. *l. 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Ergo publice vtilis & admittenda, *l. 1. ff. de iuſtit. & iure.* 5

Secundo, tantus eſt fauor teſtandi de bonis ſuis, vt ſumma Principis † poteſtas velit, cedere vltimæ voluntati: Etenim (inquit Paulus) iniquum incipit fieri beneficium Principis, ſi adhuc id valere dicamus; auferetur enim teſtamenti factio homini ſanæ mentis. Hæc ille. *l. ex facto, in princip. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtitut.* Quaſi dicat Palus: *Satius eſt Principis beneficium ceſſare, quam amitti ius faciendi teſtamenti.* Quis igitur dubitauerit marito quoque & vxori non negari legitimam factionem teſtamenti mutui? 6

Tertio, honeſtæ ac verecundæ cogitationes ſunt commendandæ, *l. item ſi res, §. non tamen eius factum, ff. de ali. iudicii mutandi cauſa facta.* Sed concordi voto teſtari cum marito de bonis ex indiuidua vitę cõſuetudine communibus eſt honeſtiſſimum, *Inſtitut. de patr. poteſtat. in princip. & l. 1. ff. de ritu nuptia.* Præſertim cum ad eum finem vtriuſque coniugis teſtamentum reſpiciat, vt cognati eorum egentes in alimentis iuuentur: vel vt piis cauſis erogentur bona, *l. cum acutiſſimi, in fin. C. de fideicom.* Ergo nihil eſt certius, quam quod talis teſtandi communicatio inter coniuges ſit diuino & humano iuri conſentanea, iuxta definitionem matrimonii. *d. l. 1. ff. de ritu nupt.*

Quarto conſuetudo non ſolum in hac ditione, verum etiam in aliis pleriſque locis, dictitat, valere huiuſmodi ſimultaneam

teſtationem. Quis igitur recte dubitauerit de eo, quod mos patriæ firmat? *l. de quibus. ff. de legib. aliisq́ locis conſuetudinem aliquando iuri ſcripto præferentibus.*

Quinto duæ ſorores communia poſſunt habere bona, & nihilo tamen minus mutuum facere teſtamentum, *l. ante diuiſionem, C. de iure dotium, l. 1. C. qui teſtam. fac. poſ.* Ergo nulla eſt ratio, quare non multo magis idem ius teſtandi admittatur inter coniuges.

Sexto, quantum fauorem teſtatio ſupremæ voluntatis præ cæteris hominum negotiis habeat, probat eleganter Marcellus, *ff. de inof. teſtament.* Si pars iudicantium (inquiens) de inofficioſo, contra teſtamentum, pars ſecundum id, ſententiam dederit (quod interdum fieri ſolet) humanius erit, ſequi eius partis ſententiam, quæ ſecundum teſtamentum pronunciauit. Si ergo ponamus diuerſas eſſe ſententias in hoc articulo mutui inter coniuges teſtamenti, vtiq; tamen obſeruanda eſt ſententia, quæ affirmat teſtamentum valere, quia nuſquam in iure prohibitum eſt.

SECVNDA QVÆSTIO.

Quæritur ſecundo, vtrum tale inter coniuges teſtamentum ſit vnum; an vero cenſeantur duo teſtamenta.

7 Reſpondeo: Ponderata ratione definitionis, † ex qua res quælibet æſtimari ſolet, non poteſt dici vnum teſtamentum *l. 1. ff. qui teſtament. facere poſ.* quia diuerſi ſunt teſtatores, diuerſæ voluntates, diuerſa teſtatorum bona: Ergo diuerſa videntur teſtamenta, non vnum. CONTRA: Locus eſt apertus, quod vnum ſit teſtamentum, ſicut patris & filii, *ff. de vulgar. & pupil. ſubſtitution.* Patris & filii teſtamentum, (inquit ICTVS) pro vno habetur, etiam in iure prætorio. Sed poteſt iſta diuerſitas conciliari, verbis Iuſtiniani Imperatoris, *inſtit. de pub. ſubſt. §, qua ratione. in fine.* Duo enim quodammodo ſunt teſtamenta, alterum mariti, alterum vxotis, tanquam ſi vterq; ſibi ſeorſim

teſtatus fuiſſet, ac heredes inſtituiſſet: Aut certe (inquit Iuſtinianus) vnum eſt teſtamentum duarum cauſarum, id eſt, duarum hereditatum, & ſic non pugnant iſti loci. Nam Vlpianus quoq; eleganter declarat exemplis, quomodo duplex teſtamẽtum poſſit cẽſeri vnum, ſcilicet in fauorem & conſeruationem eius. Quomodo item aliis rationibus poſſint cenſeri duo teſtamenta. Et hoc in aliis iuris articulis diligentiſſime obſeruat. Et propterea nihil differt aut refert, vtrum in vna, aut in duabus chartis ſit deſcriptum mutuum teſtamentum, ſicut in hoc caſu quoque vna charta comprehenſum eſt.

QVÆSTIO TERTIA.

Tertio quæritur: Vtrum mortuo altero coniuge, poſſit ſuperſtes coniux mutuum teſtamentum reuocare?

Reſpondeo: Non poſſe totum teſtamentum reuocari. Nam cum duplex ſit, ſequeretur primum, quod ſuperſtes reuocaret alienum teſtamentum: Deinde quod inſtitutis heredibus fraus fieret, quorum vtrumque contra naturalem eſſet iuſtitiam, *l. ſi peculium legatum, in princi. ff. de ſtatu liberis*, Inuidioſum eſt (inquit Paulus) heredem fraudari. Cæterum quatenus ad aliam dimidiam coniugis partem attinet, quoniam in ea parte cenſetur ſuperſtitis teſtamentum, ſecundum diſtinctionem præcedentem; certe poteſt reuocari, atque etiam mutari, vſque ad mortem: † quoniam ambulatoria eſt voluntas hominis vſque ad mortem. Solet allegari ad hoc reſponſum Iuris Oldradi 164.

Præterea, abſurdum eſt redire ad hoc, cui quis ſemel renunciandum putauit, *l. ſi quis iuſiurandum, in principio. C. de rebus creditis.* Sed coniuges ſemel conſenſerunt, vt bona ſua in vtriusque cognationem poſt mortem ſuam ſeparentur: Ergo redire velle ad communionem, vt innocentes cognati repellantur à ſucceſſione per reuocationem teſtamenti, hoc inconſtantiæ vitium minime gentium eſt admittendum.

9 Tertia ratio eſt non vulgaris, quod teſtamentũ † mutuum à ſuperſtite coniuge non poſſit reuocari in bonis defuncti: quia qui ſemel hæres extitit, nunquam deſinat eſſe hæres, *vt definit Caius l.ei qui ſoluendo,in fine,ff.de hered.inſtit. Vlpianus,l.ait prætor,* §. *& quod ait,ff. de minorib.* ſine dubio (inquit) heres manebit, qui ſemel extitit. Sed cognatio coniugis mortui cœpit habere ius ex eius teſtamento,quod vtique euenturum eſt: Ergo confirmatum tali morte,non poteſt reuocari.

Poſtremo argumentum eſt euidentiſſimum, & inconuincibile: quia ſi liceret ſuperſtiti coniugi, non ſolum ſuum teſtamentum,ſed etiam defuncti coniugis reuocare; ſequeretur vltimam voluntatem pendere ex arbitratu alieno: Nam,ſi vellet ſuperſtes coniunx,manere teſtamẽtum firmum,ſin minus,extingueretur: quod profecto valde abſurdum, & omnino contra omnia teſtamentorum principia læderet Rempubl. *Caius l. illa inſtitutio,ff.de hered.inſtituend.* Nam ſatis conſtanter, (inquit) veteres decreuerunt, teſtamentorum iura ipſa per ſe firma eſſe oportere,non ex alieno arbitrio pendere.

SOLVTIO OBIECTORVM.

10 Primo non obſtat, quod vltima voluntas † ſit ambulatoria vſque ad mortem, adeò, vt teſtandi vel mutandæ voluntatis facultatem,nemo ſibi poſſit ipſi auferre, l.pactum,quod dotali, C. de pact. Nec ad implendum promiſſum hereditatis proprie quiſquam adſtringitur, *l.cum donationes. C. de tranſact.* Reſpondeo enim, ambulare quidem poſſe voluntatem hominis, modo ne ambulet ad illicita, & inhumana: Sed quod ſuperſtes
11 coniux reuocat teſtamẽtum defuncti † eſt illicitum & inhumanum. Ergo minime gentium prædicta regula hoc permittit. *l.quidam in ſuo teſtamento,ff. de conditionibus inſtitutionum.* Præſertim autem in ſpecie facti ſuperius deſcripta, reuocatio nullo modo ſubſiſtit, quantum ad teſtamentum mariti pertinet, quia maritus eſt caput vxoris, *Leuit.22. & Num.30.l.ea quæ à marito*

rito, in princip ff. de donat. inter vir. & vxor. dum dicit, DOMINE CHARISSIME, & l. Lucius Titius, ff. de legat. 2. vbi relicta vxor ſic ait, ad filios: Quicquid ex hereditate boniſue Titii, Domini mei, patris veſtri, ad me peruenit, &c. Deinde Deus ipſe, Geneſ. 3. ſub viri, inquit, poteſtate eris, & ipſe Dominus erit tuus.

Proinde ridiculum fuerit, vt vxor ſubiecta reuocare poſſe dicatur teſtamentum capitis, mariti. Quantum vero attinet ad ſuum teſtamentum, & ſemiſſem bonorum, quem ſuis cognatis reliquit, vtique probari poteſt reuocationem prioris ſui teſtamenti, & inſtitutionem heredis in eo, valere.

Inſuper æquiſſimam tradunt regulam Imperatores: Teſtamentum ſcilicet reſcindi non oportere, *l. ſi teſtamentum, C. de teſtamentis*, & eodem loco ſic definiunt, ſi teſtamentum iure factum ſit, & heres ſit capax, autoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet.

Accedit omnibus his, quod quicquid vxor acquirit, id ex bonis viri acquirere præſumitur, in dubio, idque ad euitandam turpis quæſtus ſuſpicionem, *l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Probatur item, coniugem à coniuge adeo inſtitui poſſe, vt etiam VXOR, ſub appellatione AFFINIS heres recte inſtituatur: Non ideo minus (ait Gordianus Imperator) vxor tua iure heres videtur inſtituta, quod non vxor, ſed affinis teſtamento nominata eſt, *l. non ideo. C. de hered. inſtituend. Item ex l. ſi compenſandi debiti gratia vxor maritum fecit heredem &c. C. eodem tit.* præſupponunt Imperatores vxorem poſſe maritum inſtituere hæredem.

Alexander, optimus Imperator, refert, vxorem in ſextante ſcriptam fuiſſe heredem, *l. ſi pater, C. de inof. teſt.*

Secundo nihil contradicit titulus prohibitorius, de donationibus inter virum & vxorem.

Qua in re grauiſſime errarunt commentatores quidam,

in l. licet inter priuatos, C. de pact. Itaque videndum eſt, quibus rationibus prohibitæ ſint donationes inter coniuges.

I. Ne mutuo amore coniuges ſeſe inuicem ſpoliarent, donationibus videlicet non temperantes, & profuſa erga ſe facilitate vtentes.

II. Ne omitterent coniuges ſtudium longe honeſtiſſimum liberos ſuos educandi.

III. Quia ſæpe futurum eſſet, vt diſtraherentur matrimonia, ſi non daret is qui poſſet: atq; ita tandem euenturum, vt venalia matrimonia eſſent.

IIII. Ne concordia precio conciliari videretur, cum alioquin ſolis animis, obſequio, virtute & induſtria comparanda ſit, *l. 1. 2. 3. in princip. ff. de donatione inter vir. & vxorem.* Exemplum habemus Lucretiæ Romanæ, apud Liuium, Ciceronem & alios.

His præfatis (vnde habes explicationem totius tituli) re-
11 ſpondeo ad obiectionem: Quod omnes iſtæ rationes † prohibitæ donationis non poſſunt habere locum in mutuo coniugum teſtamento. Ergo lex prohibitoria quoque non poteſt allegari aduerſus tale teſtamentum.

Neque enim valet conſequentia: donationes inter virum & vxorem lædunt humanam ſocietatem: Ergo ſimultanea teſtatio etiam lædit. Quemadmodum vitioſum quoque eſt argumentum: Non poſſunt vxores acquirere ex meris donationibus maritorum: Ergo non poſſunt etiam acquirere ex bonis eorum, *l. ſi extraneus, in fi. ff. de donat. inter vir. & vxo.* Non enim omnimodo vxores ex bonis virorum, ſed ex donationibus ab ipſis factis acquirere prohibitæ ſunt, ait Neratius. Imo Romani prætores ipſi ex donationibus prohibitis aliquid detraxerunt & remiſerunt, *Vlpianus l. cum hic ſtatus, in princip. ff. eod. tit.* Imo mortis cauſa donationes receptæ ſunt inter virum & vxorem, quia in hoc tempus excurrit talis donationis euentus, quo vir & vxor eſſe deſinunt, *l. ſi cum vxori donet, § fi. & l. ſeq. ff. eo. tit.*

Cum igitur in ſpecie mutui teſtamenti propoſita, neque liberi extant, neque futuri ſunt in eo matrimonio, neque quid aliud ſit, quo Reſpublica lædi poſſit, ineptiſſimũ eſt de profuſa donationum facilitate, de omittendo liberorum ſtudio, vel, de aliis nocentibus articulis argumentari ad mutuum teſtamentum: multo minus huc torqueri poteſt id, quod dici ſolet, de metu vel inſidiis vitæ inter coniuges. Et, pleriq; in hoc ſunt valde hallucinati.

Tertio, non obſtat, quod Iulianus rectiſſime dicit: Improbum eſſe eum, qui ſolicitus ſit de viui hereditate. Reſpondeo enim, neuter coniugum eſt ſolicitus de hereditate alterius acquirenda, neque viui neque mortui; ſed hoc tantum cupiunt, vt proſpectum ſit poſt mortem vtriuſq;, quo cognatio eorum proxima potius iuuetur in alimentis, quam ab aliis ſparſim extraneis diſtrahantur relicta in hereditate. Et profecto hæc cogitatio longe eſt honeſtiſſima atque diuinis præcepris conſentanea.

Concludendum igitur eſt, talia coniugum teſtamenta optimo iure valere nec reuocari poſſe per ſuperſtitem: Proprium autem teſtamentum ſuperſtitis recte reuocari. Ambularoria enim eſt voluntas hominis vſque ad mortem, ſicut ſuperius probatum eſt.

Et propterea hæc vulgata iuris allegatio, ſicut patrocinatur reuocationi ſuperſtitis coniugis, ita confirmat inſtitutionem & teſtamentum defuncti. Et hæc eſt mera veritas.

Ioannes Oldendorpius
D. ſſst.

CON-

CONSILIVM XVII. MARII ANGVISSOLAE I.C. PLACENTINI *in eadem cauſa.*

ARGVMENTVM.

IACOBVS Brachifortis legauit omnia bona ſua per eum acquiſita,& acquirenda in futurum, ſint vbi velint, & ſub quibusuis cohærentiis Ioanni Manfredo, & fratribus de Zanardis, contigitque quod Iacobus teſtator multa melioramenta fecerat in ædificando domos, & plantando vites, & ſepes ſuper bonis ſuis fideicommiſſo ſubiectis, quæ cedunt ſolo, *vt conſuluit Alexand. conſi. 123. colum. fina. volu. 1.* & per conſequens ad ipſum ſpectata actio perſonalis tempore reſtitutionis fideicommiſſi conditionaliter facti ad impenſam melioramentorũ, *ſecundum quod habetur in l. domos. cum tribus legib. ſeqq. ff. de lega. 1. & in l. quod ſi ædificauerit. cum ibi notat. ff. de vſufruct. & in l. vbi purè. §. qui in diſtrahendis. & in l. mulier. §. ſed & ipſe. ff. ad Trebelli. conſuluit Alexand. conſi. ſupra allegato.* Vnde quæritur, an in legato ſupradicto comprehendatur iſta actio, & ius, quæ competebat ipſi teſtatori.

SVMMARIA.

1 *Pronomina mea, vel ſua, & huiuſmodi: cum ſunt verba legati, habent ſuum ſubſtantiuum generis generaliſsimi, & tunc in tali diſpoſitione comprehenduntur iura & actiones.*

2 *Iura, & actiones non circumſcribuntur loco.*

3 *Ex diſpoſitione teſtatoris non eſt recedendum (etiam in dubio) à proprietate verborum.*

4 *In verbis dare ſignificantibus, non cadit interpretatio ſermonis, nec coniectura voluntatis.*

5 *Voluntas teſtatoris eſt ſemper & magis attendenda, quam verba.*

6 *Quan-*

6 *Quando verba teſtatoris ſunt clara & certa, non recipiunt interpretationem.*

7 *Non poteſt allegari voluntas defuncti ad detrahendum verbis.*

8 *Sæpe erramus propter nimiam ſubtilitatem in coniecturanda mẽte defuncti, cum animum teſtatoris non videamus.*

9 *Contrarietas & repugnantia ſolet de iure damnari.*

10 *Non eſt veriſimile, quod quiſpiam eodem inſtanti velit ſibi ipſi contrariari.*

11 *Teſtator ſemper cenſetur minus grauare heredem eius, & ſucceſſorem, quam ſit poſſibile.*

12 *In teſtamentis laici interpretatio intelligitur quantum ad inſtitutionem heredis, non autem reſpectu legatorum.*

13 *In generali legato, non veniunt bona aliàs prohibita alienari.*

14 *Filius obligando omnia bona ſua, non intelligitur obligare rem prohibitam alienari.*

15 *Maritus alienando omnia bona ſua, non intelligitur res dotales prohibitas alienare.*

VIDETVR prima facie dicendum, quod ſub tali legato comprehendatur iſta actio ad impenſam melioramentorum, per doctrinam Barth. communiter approbatam. *in l. Quintus.* §. *argento. ff. de aur. & argent. leg.* vbi proprie in terminis noſtris dicit, quod quando teſtator legat omnia bona ſua cum iſto † pronomine 1
(*mea*) vel (*ſua*) talia verba legati habent ſuum ſubſtantiuum generis generaliſſimi, & tunc in tali diſpoſitione comprehẽduntur iura & actiones, *text. eſt expreſſus in l. ſi legatus.* §. *1. ff. ad Trebel.* ſecus ſi talia pronomina habeant ſubſtantiuum alicuius generis ſubalterni, (puta) lego argentum meum, *vt ibidem Barthol.* late concludit & declarat, ad quem omnes confugiunt. In caſu igitur iſto cum nomen (*ſua*) habeat ſubſtantiuum generis generaliſſimi; quia dixit teſtator (*omnia bona mea*) ſub iſtis verbis etiam comprehenduntur iura & actiones ſecundum Bart. vbi ſupra.

Sed iſtis non obſtantibus contrarium puto, quod imo in dicto legato nō comprehendantur iura nec actiones, quia in legato non fuerunt ſimpliciter legata bona ſua acquiſita, & acquitenda: ſed cum iſta adiectione verborum (*ſint vbi velint, & ſub quibusuis cohærentiis*) nam illa adiectio verborum denotat legantē voluiſſe tantum legare corporalia, non autem iura, quæ loco non circumſcribuntur. *l. Caius. ff. de leg. 2. l. fi. C. de præſc. lon. temp. & l. fideic. §. tract. ff. de iud. l. vxorem. §. legauerat. ff. de leg. 3. l. corruptionem. C. de vſufr. & in l. hac edictali. §. is illud. C. de ſecun. nupt. & l. princeps bona. ff. de verb. ſignifi.* & ſic cum tales actiones non cohęreant loco, neq; territorio circumſcribantur, non continebuntur in dicto legato, & ſic proprie ſumus extra concluſionem Bart. vbi ſupra. *Ita etiam determinauit Bald. in l. 1. ff. de ſtat. ho. & in diuiduo, & in terminis terminantibus ſtantibus illis verbis (ſint vbi velint, & ſub quibusuis cohærentiis) conſuluerunt Bald. conſ. 80. incipien. ſuper inſtrumentis dubiis. in verb. Nunc venio ad ſecundum vol. 1. Ang. conſ. 179. col. 5. verſ. vbi autem interueniſſet. Alex. conſi. 31. col. 3. vol. 1. Soci. conſi. 101. & Deci. conſi. 30. col. 1. & Iaſ. qui dicit ita conſoluiſſe in l. ſtipulatio hoc modo concepta. colu. antepen. & fi. verſic. ſed certe ego conſului in magna hereditate. ff. de verbor. obligat.* licet prædictas auctoritates non alleget & dicat alibi non legiſſe. *Attamen vltra prædictos Doct. in indiuiduo ita conſuluit ſupremæ ſcientiæ & conſcientiæ facile princeps, D. Franciſ. de Aretin. conſil. 54. incipien. In cauſa Monaci Blaſii in pen. col. vbi multa & quidem notanda & omnino videnda.*

Ad hoc propoſitum hoc idem determinauit, *& latius Iaſ. in*
2 *l. à diuo Pio. §. in vendi. ver. 4. nota. ff. de re iud.* maxime, † quia iura & actiones non circumſcribuntur loco. Pro quibus bene facit: quia ex proprietate illorū verborū (*ſint vbi velint, & ſub quibusuis cohærentiis*) clariſſime colligitur voluiſſe tantum legare corporalia, non autem incorporalia, vt ſunt actiones & iura, quæ non poſſunt videri, neque tangi. *§. corporales. inſt. de reb. corp. &*
3 *incorp.* & ſic † ex diſpoſitione teſtatoris non eſt recedendum etiam

iam in dubio â proprietate verborum. *l. non aliter, in princip. ff. de lega. 3. facit tex. in l. Labeo. §. idem tulero. de ſup. leg. l. in his qui nouem. verſ. in re ignoranter dubia. ff. de exercito.* ſi ergo in dubio non receditur à proprietate verborum, tanto minus erit recedendum, quando verba ſunt clara, vt in caſu iſto, quia tunc non eſt opus alia interpretatione. *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat 3. l. omni nouatione. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. ſi alii ff. de vſufruct. & l. continuus. §. cum ita, ff. de verbor. obligation.* † in verbis enim 4
clare ſignificantibus, non cadit interpretatio ſermonis, nec coniectura voluntatis, *l. pediculis. §. argento. ff. de auro & argento lega. & l. licet Imperator, ff. de legat. 1. & Socinus in conſil. 13. in 8. columm.*

Hinc infero, quod licet † voluntas teſtatoris ſit ſemper & ma- 5
gis attendenda, quam verba, *l. in conditionibus primum locum. ff. de conditio. & demonſtratio. & ad hoc multa accumularunt ſcribentes, maxime Alexa. & Moder. in l. 3. C. de lib. præteritis.* tamen † quan- 6
do verba teſtatoris ſunt clara, & certa non recipiunt interpretationem, *ſecundum Socin. in l. in his. ff. de conditio. & demonſtatio. bene facit doctrina Bald. & Imol. in l. quidam cum filium. ff. de hered. inſtituend. hinc dixit Bald. in l. cum virum. in prima colum. C de fideicom.* quod † non poteſt allegari voluntas defuncti ad detra- 7
hen. verbis, quod illud, quod teſtator non loquitur, velle non præſumitur. *vt no. Bald. per illum tex. in l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. tol. & dixit idem Bald. in l. precib. C. de imp. & aliis ſubſt. col. 9.* quod † ſæpe erramus propter nimiam ſubtilitatem in cō- 8
iecturanda mente defuncti, cum animum teſtatoris non videamus, *refert & ſeq. Cur. conſ. 44. col. 2.* & in tantum verba ſunt conſideranda, quod ab ipſis nullatenus eſt recedendum, *ſecundum Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 9. qu. ff. de verb. obl. & Bal. in l. ſi duo patroni. §. item ſi iuram. ff. de iureiur. no. in l. ſi ſtip. §. Griſ. ff. de ver. ob.* adeo ꝙ nō ſit noſtrum aliquid addere, vel diminuere, *vt dicit In. in c. cū clamor. de teſt. & Bal. in l. lect. in 3. col. ff ſi cer. pet.* ſunt itaq; clara verba teſtatoris in quātū dixit, ꝙ legauit omnia

ſua bona acquiſita & acquirenda in futurum, ſint vbi velint, & ſub quibuſuis cohærentiis, quod manibus & pedibus palpatur: quod intellexit de bonis, quæ poſſunt videri & tangi: non autem de his, quæ ſunt iuris, & actionum: ſed quæ ſunt corporum.

Præterea aduertendum fore arbitror, quod in eodemmet teſtamento in principio teſtator inſtituit ſuos hæredes vniuerſales, quos in ſpecie (vltra alia) inſtituit in omnibus iuribus, & actionibus quibuſcunq; quas habebat, & habiturus erat: vnde ſi in legato facto Zanardis comprehenderentur actiones, & iura, profecto teſtator fuiſſet ſibi contrarius, & tamen de iure
9 † contrarietas, & repugnantia ſolet damnari. *l. quod in heredem, §. eligere. ff. de tribut. & in l. 1. C. de fur.* maxime cum ſemper inſtrumentum intelligi debeat, ne contradicat. *c. inter dilectos. §. cæterum. de fide inſtr. Facit & not. Bart. in l. fin. §. idem quæſiit. ff. de cond. indeb. & Bal. in l. cum falſa, in fi. C. de iure & fac. igno. cum ſi. vt tradit D. Alex. in l. 1. in princ. ff. ne quis eum.*

10 Nec eſt † veriſimile, quod in eodem inſtanti, quis voluerit ſibi ipſi contrariari. *l. nam & ea. ff. de cond. & demon. & l. cum hic*
11 *ſtatus. ff. de dona. int. vir. & vxo.* & maxime quia † teſtator cenſetur ſemper minus grauare heredem eius, & ſucceſſorem, quam ſit poſſibile; *l. vnum ex familia, § ſi rem. ff. de leg. 2.* & quia in effectu hic agitur de legato, in quo in dubio videtur legatum, quod minus eſt. *l. apud Iulianum. §. ſcio. ff. de leg. 1. l. ſi ita ſcriptum. ff. eo. tit. & l. nummis. ff. de leg. 3. & regula l. in teſtamentis. de regul.*
12 *iur.* quæ dicit † quod in teſtamentis larga interpretatio intelligitur, quantum ad inſtitutionem heredis: non autem reſpectu legatorum. *vt notant Bart. & Doctores in l. cum auius. ff. de cond. & demon.* Accedat & aliud inconuincibile fundamentum. Nam iſta melioramenta facta fuere ſuper bonis fideicommiſſo ſubditis abſque eo, quod ſuper illis haberet aliquas quartas; quia illas alienauerat, vel ſaltem alteri obligauerat, & ſuper quibus bonis inerat prohibitio à lege ne alienarentur. *Authen. res*

quæ

qua. C. communia de leg. & per conſequens quòd cedant ſolo, vt ſupra firmaui, & ſint ipſius ſoli, ac de ipſo ſolo iudicentur, quia cum primum affixa ſunt ſolo, deſinunt extare, cum de per ſe ſtare non poſſint. *l. cætera. §. fin. vbi Bartol. & omnes notant. ff. de leg. 1.*

Igitur impoſſibile eſt dicere, quod cadant in dicto legato, quia † in generali legato non veniunt bona, aliâs prohibita alienari. 13 *doctrina fuit Bartol. communiter approbata in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2.* vbi decidit, quod † filius obligando omnia 14 bona ſua non intelligitur obligare rem prohibitam alienari, *vt eſt caſus in c. generali. ſi de feud. fuer. cont. inter do. & agnat. & in c. 1. de capit. qui cu. vendi. in verſi. ferè. Speculat. in titu. de pigno. §. 1. ver. ſed nunquid. Bald in l. 1. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. & in ca. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder. & Angel. in Authen. de reſtitut. & ea, quæ pa. in princip. conſuluit. Barba. conſil. 43. colum. 26. volu. 1. D. Alexand. conſil. 2. in princip. volu. 4. & in conſil. 16. penu. & vltim. colum. vol. 2.*

Addo bene facere illud, *quod voluit Ludo. Roman. in l. ſi conſtante, in §. quotiens. ff. ſolut. matrimo.* vbi voluit quod † maritus alie- 15 nando omnia bona ſua, non intelligatur alienare res dotales prohibitas alienari, & plura alia ſimilia poſſent adduci. ſed ita eſt, quod iſte Iacobus non poterat alienare propter fideicommiſſum ei iniunctum; ergo contra illud non videtur voluiſſe facere. Nec verba generalia habent obſtare, quia reſtringuntur ad habilitatem. *l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nunc. l. vt gradatim. §. 1. ff. de mune. & hono. habetur in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Vltimo ad tollendas omnes amaritudines luce clarius demonſtro, quod teſtator nullo modo legauit iura & actiones Zanardis. nam in eius teſtamento expreſſe declarauit, quod in legato facto Zanardis non veniant iura, nec actiones, in quantum poſt legatum expreſſit hæc verba formalia, videlicet, (*non volo, nec intendo*, quod aliquis dictorum heredum meorum poſſit nec valeat decimare proprietates per me legatas, vt

 ſupra)

ſupra) ecce, quod declarat ſe non legaſſe niſi corpora, quæ poſſunt videri & tangi, & ſuper quibus cadunt fructus, qui decimātur, non autem intellexit de iuribus, & actionibus, quæ non poſſunt videri, neq; tangi, & ſuper quibus impoſſibile eſt, quod decimentur, vt experientia, quæ eſt rerum magiſtra nos docet. *c. cum ſit. de elect. in 6.* & ſic ex præmiſſis omnibus ſtat marmorea concluſio, Zanardis nullum ius competere in iuribus, & actionibus, de quibus ſupra. Laus Deo.

Marii Anguiſſ.
I.V.D.

CONSILIVM XVIII. CAMILLI BORELLI OLIVETANI I.C. præclariſſimi.

ARGVMENTVM.

Feudalis rei donatio vni ex fratribus in communi viuentibus facta an ſit aliis communicanda.

SVMMARIA.

1 *Societas tacite contrahitur.*

2 *Emens rem proprio nomine, & communiter habitans cum fratribus, an rem emptam communicet.*

3 *Fratres habentes hereditatem communem indiuiſam, non cenſentur ſocietatem contraxiſſe.*

4 *Filius poſt patris mortem debitum contrahens, fratri non imputat.*

5 *Minores conſenſum præſtare nequeunt.*

6 *Cum minore ſocietas, nec tacite, nec expreſſe contrahitur.*

7 *Societas eſt contractus vltro, citroq; obligatorius.*

8 *Pupillus ſine tutore non obligatur.*

9 *Pupillus ſine tutore ſocietatem non contrahit.*

10 *Inter tutorem & pupillum ſocietas contracta non dicitur, num.11.*

12 *Intellectus l.ſi pupillus, in princ.ff.de nouat.*

13 *Tutor ſibi ipſi authoritatem non præſtat.*

14 *Matrimonium tutoris & pupillorum, ac eorum filiorum non contrahitur.*

15 *Societatis cauſa æqualis, nec debet eſſe ſocietas leonina.*

16 *Societas vbi vnus lucratur, & alius non, eſt inualida.*

17 *Communicatio fructuum, non arguit ſocietatem.*

18 *Societatis communio morte vnius ſociorum finitur.*

19 *Societas contrahi non poteſt, vt ad heredes tranſeat.*

20 *Societas regulariter ad heredes non tranſit.*

21 *In ſocietate veniunt actus ex communibus quæſtibus facti.*

22 *Actus quæſtuarii communes, qui?*

23 *In ſocietate communicanda non ſunt legata, donationes, & alia, quæ ex proſpera fortuna eueniunt, numero 24. 26. 29.*

25 *Legata & heredes relinquuntur, donationes fiunt ob merita.*

27 *Caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, & aduentitia inter ſocios non communicantur.*

28 *Bona aduentitia non veniunt in collatione.*

30 *Damnum ſocii, ſocio non imputatur.*

31 *Socius non tenetur filiam ſocii dotare.n.32.*

33 *Feudum quæſitum per vnum ex ſociis, alteri non communicatur.*

34 *Feudum beneficium eſt, & conceſſio beneuola.*

35 *Feuda indiuiſibilia ſunt.*

36 *Feuda non diuiduntur, quia diminuuntur.*

37 *Vir-*

37 *Virtus vnita fortior.*

38 *Feuda quæ fuerunt apud aliquos diuiſa, quam ob cauſam.*

39 *Feuda diuidebantur ante Friderici Imperatoris tempora.*

40 *Actus merè voluntarii, ſunt impræſcriptibiles.*

41 *Fructus feudi an diuidantur.*

42 *Ex communicatione fructuum feudi, non cenſetur contracta ſocietas in feudo.*

43 *Fructuum communicatio non arguit communicationem principalis.*

44 *Acquiſita per Doctorem patrocinando, & Magiſtratus officia gerendo non communicantur cum fratribus.*

ILLVSTRISSIMVS D. Antonius Garlonius Comes Aliſarum, ob nonnulla gratiſſima ſeruitia ſeu feudi nomine donauit D. Hieronymo Baſſo de Olīueto, feudum dictum lo Franco, nihil ſibi penitus reſeruando, niſi annuum cenſum vnius paris chirothecarum, ac ſonaliarum, apparente deſuper priuilegio, per eum propria manu firmato, & ſigilli eius impreſſione munito. prætendunt DD. Fabius & Scipio Baſſi nepotes dicti D. Hieron. eis ſpectare portionem ratione cõmunionis, & ſocietatis, cum habitauerint ac ſteterint ſemper inſimul poſt mortem D. Franciſ. eorum patris, ac fratris D. Hieronymi, & non ingrediendo diſcuſſionem, an talis feudi conceſſio valuerit, cum iſtud non tractetur. Deſcendendo ad punctum diſcuſſionis propoſitæ, prima facie videbatur dictos DD. Fabium ac Scipionem ex infrà ſcriptis ius fouere.

Primo, quia cũ poſt mortem communis patris dicti D. Hieronymus & Franciſcus, & conſequenter dicti DD. Fabius & Scipio tenuerint hereditatem, ac bona eorum indiuiſa, videntur
1 ſocietatem contraxiſſe † ſaltim tacitè per notata per Speculat. *in titul. de iudic. §. ſequitur videre de communibus iudiciis, per Andr. Alciat. in tract. præſumpt. regul. 1. præſumpt. 25. num. 1. cum adductis*

per

per Ioannem Baptiſt. Villalobos opinion. commun. §.*ſocius, num. 66.*

Secundo pro dictis DD. Fabio & Scipione facit text. *in l. ſi patruus. C. commun. vtriuſq; iudic. vbi Bald. in princip. idem Bald. in l. cum oportet. in princ. C. de bon. quæ liber. vbi ait*, quod ſi duo fratres ſocii † omnium bonorum, conſueuerunt omnia conferre, & 2
communi nomine emere, & vnus aliquid proprio nomine emerit, tenetur cum fratre communicare. referens ita tenuiſſe Rayner. & Cyn. *in l. cum duobus*, §. *ſi fratres, alias eſt, l. ſi fratres.* §. *Papinianus. ff. pro ſoci. Angel. in conſil. 171. Gilus Vgonis de Cortona, Barthol. Soci. in conſi. 192. capio difficultatem. col. 3. verſ. circa tertiam, vol. 2.* Vnde cum prænominati D. Hieronymus, & DD. Fabius, & Scipio communicauerint, omnes fructus vna ſimul, & ſpecialiter dicti feudi, conſequenter & omnes emptiones prædiorum, ac bonorum inſimul pro ſocietate fecerint, non eſt, quid obſtet, quin etiam & dictum feudum communicandum eſt. *arg. l. cum de in rem verſo, ff. de vſur.*

Quibus tamen minime obſtantibus, contrarium verius eſſe exiſtimo, dictum feudum nullo modo in communionem venire. Primo per text. *in dicta l. ſi fratres in princip.* vbi ſi fratres habent hereditatem paternam indiuiſam, ſocietatem † contra- 3
xiſſe minimè dicuntur, & ideo, ſi quis eorum aliquid aliunde quæſierit, in commune non redigetur. quem ad hunc finem maxime expendit ibidem Barthol. Et hinc eſt, quod ſi filius poſt parentis mortem debita contraxit, fratri ſuo coheredi non
† imputabit. *l. ex patre*, §. *Filius. vbi Bartol. & Florian. de ſanct. Pet.* 4
ff. famil. erciſcund. Idem Bart. in l. Titium, & Mæuium, §. *altero. nu. 5. ff. de adminiſt. tutor. Corne. Peruſin. in conſ. 9. prætermittendum, litera A. & per totum. & in conſ. 212. litera B. volu. 4. & ante ipſum Pet. de Ancharan. in conſ. 31. Quia quæſtio modica. Ludou. Roncan. in conſ. 313. in caſu propoſitæ conſultationis. Abb. Panormit. in conſ. 65. num. 1. vol. 1. & latiſſime Pet. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. parte 3. princ. col. 6. poſt verſic. Tertio caſu.*

Nec etiam præſumi aut dici poteſt, eundem D. Hierony-

mum, cum dictis ſuis nepotibus, ſocietatem aliquam contraxiſſe: nec enim poteſt dici contracta ſocietas cum pupillis, &
5 minoribus cum ipſi conſenſum † præſtare nequeant, & plura allegando voluit Alciat. *in d. tract. præſumpt. reg. 1. præſumpt. 25. n.* 2. Et cum minore, quemadmodum nec expreſſe, ita nec etiam
6 tacite ſocietas † contrahi poteſt. *l. qui ad certum. ff. location. notat Bar. Cap. con. ciuit. 40. n. 1.* cum præſertim ſocietas contractus
7 quidã ſit vltro, citroq; † obligatorius. *l. ſocietas contrahitur. ff. pro ſoc. l. ſi ſocietatis iure. C. eo. tit.* Pupillus autem abſq; tutoris authoritate conſenſum præſtare non poteſt, nec etiam obligatoriũ
8 contractum † facere. *l. obligari. ff. de author. tutor. l. 3. C. de author. præſtanda.* Ergo nec ſocietatis contractum inire. Et in ſpecie ſo-
9 cietatis contractus † ſine tutoris authoritate fieri non poteſt. *Vlpi. in l. vt in conductionib. ff. pro ſoc.* quod non ſolum in ſocietate procedit expreſſa ſed etiam in tacita. ex actibus namq; ſocialibus inter pupillum, & eius tutorem promiſcue habitis, ſocie-
10 tas nequaquam contracta † præſumitur, firmat Bart *in d. l. Titi. & Mæuium. §. altero. ff. de adminiſtratione tutor. Barthol. & Baldus in d. l. ſi patruus. Ang. conſ. 4. Ioan. de Amicis conſi. 16. col. 6. & Bald. in d. l. cum oportet.* vbi dicit, quod ſi vnus ex fratribus eſt pupillus,
11 non præſumitur † aliquo modo contracta ſocietas, quia pupillus negotiari non poterat. & id ipſum ante eum voluerat Bart. *in d. l. ſi patruus. num. 9. verſic. ſi vero vterque negotiatur.* Sequitur idem Bald. *in eadem l. cum oportet.* plus dicens, procedere hanc concluſionem, etiam ſi de pupilli vtilitate ageretur *per d. l. obligari.* quod fortius eſt.

Quatenus opponitur, quod per communicationem iugiter factam omnium bonorum dictorum D. Hieronymi, & DD. Fabii, & Scipionis pupillorum, cum ipſo D. Hieronymo tutore, & quod dicti actus ſociales perſeueratim facti, vſque ad tempus ætatis quo ipſi fuerunt maiores effecti, & habent conſenſum, quo caſu videntur ratificaſſe eandem tacitam ſocietatem. *arg. l. ſi pupillus, in princ. ff. de nouat. cum ſimilib.* breuis patet reſponſio,

primò

primo, quia dicta *l. ſi pupillus.* loquitur in caſu expreſſo, quia fuerat ab ipſo pupillo à principio expreſſa ſtipulatio, & demum ſecuta expreſſior ratihabitio (ibi pubes factus ratam ſtipulationem habuerit) quod non adeſt in caſu noſtro. Secundò, cũ in caſu, de quo agitur, exigeretur expreſſa ipſius autoris autoritas, ſine dubio talis ratificatio, ſiue tacita ſiue expreſſa non valuiſſet, cum ipſe tutor non potuiſſet iſto † caſu ſibi ipſi autorita- 13
tem præſtare. *l. 1. & l. pupillus. in pr. ff. de auto. tutor. voluit Lud. Ro. conſ. 413. n. 15. Corn. Peruſ. conſ. 77. num. 5. vol. 2.* & idcirco, nec ipſe tutor, nec eius filii poſſunt matrimonium contrahere † cum 14
pupilla, *vt voluit Baldus in l. libertinum, nu. 2. C. de interdi. matrim.* Quod recipit aliqualem interpretationem, *vt per Antonium Piaggium, de tutor. & curat. quæſt. 15. nu. 56.* vnde poſſet reſultare magna iniquitas, quod non eſt admittendum. Ex alio etiam iniquitas inſurgeret, ſi pupilli ex poſt facto poſſent ſocietatem ratificare. cum etenim ſocietatis natura ſit, vt par ſit cauſa, † nec 15
ſocietas leonina (vt dicunt) contrahatur. *l. ſi non fuerit. §. Ariſto. ff. pro ſocio. cum concor. alleg. per Franc. Marcum, in deciſ. Delphin. 889. num. 8. vol. 1.* Imò non valet ſocietas vbi vnus ex ſociis † poteſt 16
lucrari & nunquam perdere. *Gloſſ. in capit. plerique. 14. quæſtion. 3. Baldus & alii. in l. 1. C. pro ſoc. & Bartholom. Soci. in conſi. 263. colu. 3. v. ſecunda difficultas, vol. 2.* Sequeretur exinde pupillos iam factos adultos poſſe ratificare communionem ac ſocietatem vbi viderent eis in lucrum cedere, vbi autem detrimentum reſpicerent, recuſarent. Tanto minus eſt præſumenda ratificatio aliqua ex ipſius olim tutoris parte, cum ipſe D. Hieronymus iam maior, & ætate pater, adminiſtrauerit bona in pupillorũ beneficium, & ipſi vti pupilli, nihil vnquam vtilitatis laborãdo tempore ætatis minoris facere potuerint, quo ſtante fructuum ac aliorum bonorum communicatio nullam ſocietatis præſum- 17
ptionem † arguet, ſed potius donationis. *Bart. in d. l. ſi patruus. n. 9. & Andr. Alciat. in d. præſumpt. 25. reg. 1. nu. 2. & 3. quod nouiſſime ſequitur D. Iacob. Menochius conſ. 121. n. 35. vol. 2.*

Sed eſto, quod inter dictos Dominum Hieronymum, & dictum Dominum Franciſcum fratres intelligeretur olim contracta ſocietas, non tamen illa tranſiuit ad DD. Fabium, & Sci-
18 pionem filios, cum ſocietas vnius ſocii † morte finiatur. *l.ſocietatem coiri. l.adeo morte ſocii. l.actione.§.morte.ff.pro ſocio.§.ſoluitur. Inſtitut. de ſocieta. Ludouic. Gozadinus conſi.22.num.7. Alex.in conſ.34.nu.4.vol.1. Carol. Ruin. conſ.92.nu.1.vol.1.* Quinimo etiam ſi expreſſe à principio inter eoſdem Dominum Hieronymum, & Dominum Franciſcum fratres, fuiſſet coita ſocietas, & ſpe-
19 cialiter actum, vt ad heredes tranſiret, fieri non † potuiſſet, *vt in d.l. adeo morte ſocii.ff.pro ſocio. Accurſ. in l. cum in ſocietatis. C.eo. titu. Ludouic. Roman. in conſ.106. num. 3. Ioan. de Amicis in conſ.16. col.3.nu... verſ.ſecunda. Corn.conſ.122. vol.1. Ioan. Bapt. Aſinius in l.ſcriptus heres.§.ſed tunc locus. nu.42.ff.de religioſ. & ſumptib.fun. quem ſequitur non referens illum Sebaſtian. Medices, in tract.mors omnia ſoluit.part.2.concluſ.103.nu.288.poſt Anton. Capicium.in deciſ. Neapol.174.nu.5. Riminald. conſ.100.nu.57.vol.1. Ioan. Cephal.conſ. 483.nu.14.volum.4. Cacheran.in deciſ.Pedæmont.150.per totum.vol.*
20 *1.* regulare eſt enim ſocietatem ad heredes † minime tranſire. *l.nemo poteſt.vbi DD.ff.pro ſocio.* Vnde ſi in expreſſa ſocietate iſta procedunt, quanto plus procedere debent in caſu propoſito, in quo non ſolum, non agitur de ſocietate expreſſe contracta, ſed nec de tacita vel præſumpta.

Conſiderari etiam neceſſe eſt in caſu præmiſſo, quod & ſi daremus ſocietatem fuiſſe tacite contractam (quod non probamus) adhuc non veniunt niſi ea, quæ ex communibus
21 quæſtuariis actibus acquiruntur † *vt in l.coiri.cum duabus ll.ſeqq. ff.pro ſoc.voluit Alex. in conſi.103.col.2.verſ. & idem Bald. volum.3.* Quæſtuarii vero actus, dicuntur lucra prouenientia; ex emptionibus, venditionibus, locationibus & conductionibus, &
22 omnes † alii, qui ex cuiuſque opere deſcendunt. *vt in d. l.coiri. & l.quæſtus.ff.eod.tit.* iſta autem feudi inueſtitura, ſiue donatio, non ex contractibus, vel bonis communibus, neque ex actibus

ipſorum

ipſorum prouenit, idcirco communicari non debet Heredum itaque inſtitutiones, legata, donationes, ac ſimilia, cum ex alicuius induſtria non pendeant, ſed ex bona ac proſpera potius fortuna, vel alicuius perſonæ intuitu veniant, communicanda
† non ſunt. *vt in l. ſocietatem. §. duo colliberti. ff. pro ſoci.* vbi expreſ- 23
ſa ſocietas inter duos, licet ſit contracta, quorum vnus fuit heres inſtitutus, & alteri fuit factum quoddam legatum, iſto caſu, neuter communicabit, nec heres hereditatem, nec legatarius legatum. Vnde patet; hereditates, legata, & donationes nullo pacto conſociis communicari debere, vti venientes ex fortuna
proſpera, † vel perſonarum merito. *vt in d. §. duo colliberti. & in* 24
d. l. coiri. & in d. l. quæſtus. & voluit Abb. Panorm. in conſ. 65. num. 1. vol. 1. & Io. de Amic. in d. conſ. 16. col. 3. v. 1. Redditur ea ratio, quod
hereditas & legata † relinquuntur, ac donationes fiunt ob bene 25
merita. *vt in l. nec adiecit. ff. pro ſocio.* Et cum ob perſonarum merita fiant dictæ donationes, & perſonæ intuitu, vtique perſonam illam non egrediuntur, ne quod vni ex ſociis ex fortunæ
proſperitate contingit, alteri communicare † cogatur, *vt in §.* 26
quod alteri. Inſtit. per quas perſon. nob. acquir. quod locum ſibi vendicat, eſto quod ſocietas expreſſim inita eſſet, vt vult Panor. *d. conſil. 65. vol. 1: tenuit etiam Panorm. Ludovic. Roma. conſ. 43. nu. 1.* vbi ait inter ſocios ac fratres profectitia ſolum bona eſſe com-
municanda, non autem † Caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, aut ad- 27
uentitia, quod ante eos voluerat Flor. de ſanct. Pet. *in l. quæ pater. la 2. col. 3. ff. famil. erciſcund. & Marian. Socin. ſenior conſi. 91. in princ.*
vol. 1. ſicut etiam bona aduentitia † non conferuntur. *l. ſi dona-* 28
tione, & l. fin. C. de collat. Riminald. conſ. 515. nu. 9. volu. 3. quin imo etiam ſi ſocietatis occaſione donatum eſſet, adhuc minime
† cum ſociis erit commune. *vt in l. ſocium qui in eo. §. fi. ff. pro ſoc.* 29
& tradidit Ioan. de Amic. *con. 62. col. 1. n. 2.* dicens ſocium itineris non teneri communicare cum ſocio, ſi quid itinerando reperiat. *arg. notatorum per Cyn. in l. quandiu. C. pro ſoc.* ſicuti è conuerſo, damnum quod patitur ſocius, etiam ſocietatis occaſione,
 alteri

30 alteri conſocio non imputabitur, † *vt habetur in d. l. ſocium.* ibi (quamuis propter ſocietatem impenſum ſit) *& probatur l. cum duobus. §. damna fatalia. ff. eod: titu. Abb. Pan. in ca. poſtulaſti. nu. 5. ext. de conceſ. præb. & Lud. Rom. conſ. 172. n. 1.* Vbi id dicit procedere, dum tamen non ratione odii, aut inimicitiæ pręcedentis alterius ex conſociis paſſus fuiſſet, quia tunc omnes tenebuntur.

Hinc dicitur ſocium etiam omnium bonorum, non tene-
31 ri ad onus dotandi filiam alterius † ſocii, cum illa negotiatio non ſit actus negotiationis quæſtuariæ. *l. ſi ſocius pro filia. iuncta gl. ibidem. ff. pro ſoci. & voluit Bald. in authen. ex teſtam. col. pen. v. ſecundo quæro quid ſi dotat ſororem. C. de collat. Alexand. conſ. 131. col. 1. verſ. circa ſecund. volu. 2. & conſ. 103 colu. 2. verſic. ſed præmiſſis. vol. 3. & conſi. 87. vol. 4. Petr. de Anch. conſ. 102. in fi. Corn. in conſ. 58. vol. 4. Riminald. conſ. 79. nu. 10. & conſil. 144. nu. 20. vol. 1.* quamuis in hoc caſu, quando eſſet contracta ſocietas omnium bono-
32 rum, quod dos vnius † ex ſociis debeat ſolui communi ſocietate, tenuit Antonius de Butr. *in conſ. 7. & alii nonnulli relati ibid. nouiſſime per Gaſpar. Caball. in prima Apoſtill.* nihilominus primam opinionem dicit ibidem eſſe communem, & hanc opin. approbat Iac. Phil. Port. *in con. 68. n. 34.* omnium tamen opiniones in hac re conatur portare Fed. Scot. *in conſ. 9. n. 17. vſq. ad fin. lib. 3. tomo primo.*

Sed vt in hoc diutius non commoremur, quæſtio iſta videtur deciſa per tex. *in c. 2. de fratr. de nou. beneſ. inu. in vſibus feu.* vbi
33 dicitur feudum acquiſitum per vnum ex fratribus in † communi caſa, habitatione, & communione habitantibus, non quęri alteri confratri, etiam ſi de communi pecunia (quod plus eſt) quæſitum fuiſſet. *Quod & volunt ibi. And. de Iſer. n. 1. Bal. n. 1. Martin. Laud. n. 2. Alua. n. 2. Præpoſitus de ſanct. Georg. & alii. & ita etiam voluit in ſpecie Alex. con. 48. co. 1. v. Et primo quia. vo. 2.* Redditur ratio in illo tex. quam omnes ſequuntur, ne feudi dominus alium cogatur habere vaſallum, quam haberet, vel habere voluiſſet, quod ego fulcirem validando hanc rationem. cum enim

nim feudum beneficium ſit, & beneuola † conceſſio, ſequitur 34
exinde.*ca.1.in fi.de feud.dat.in vic.leg.commiſſ.ca.1.§.beneficium in quib.ca.feud.amit.* Sequitur, beneuolam iſtam conceſſionem & gratiam, quam dominus facit, non poſſe nec debere ad eum extendi, quem ignorabit, ac cui forte gratiæ implementum facere nollet. Tanto plus cum feuda omnia ipſa † indiuiſibilia 35
ſint.*c.1. Præterea ducatus.de prohib.feud.al.per Frider. Ang.in conſi. 287. Abb.in conſ.82.vol.1. And.Sicul.in conſ.40.col.8.volu.4. Albert. Brun.conſ.60. Iacob.de S. Georg. in inueſt.feud. in §. in feudum.diuiſione 11. Iaſ.in prælud.feud.12. diuiſione. Curt.in tr.feud. par. 4.q.30. Hip.de Marſil.ſing.9. Io. Lecerier.in tr. de prim.genit. lib.1.q.7. Ioan. Berbenii in Viatorio iuris titul.de feud.q.2.Barth.de Caſſen.in conſue. Burg tit.Des Fiedz.per totum. Ioan.de terra rubea in tr. contra rebelles Regum.art.1.tr.1.concl.21. Anto. Capia.in inueſtit.feud. §.feudorum diuiſio per totum. Franc.Sonsb.in comment.iur.feud.p.1.nu.43.vſque ad fi.* & præſertim iſtud procedit in Regn. Neap.*vt voluit Ant.Capicius.vbi ſupra.v. limit.5.* Et eſt ratio, quia per diuiſiones feuda
† diminuerentur, & ad nihilum reducerentur, *vt not.gl.in c.li-* 36
cet.de voto. quam arbitror loqui in feudis non habentibus annexam iuriſdictionem. cum in feudis dignitatum, & habentibus actus iurisdictionis militet alia ratio, nempe quod ſatius & melius iurisdictionem adminiſtrari per vnum, quã per plures, quia † virtus vnita fortior. Vt ſupra notati dicũt, & ego latiſ- 37
ſime dico de magiſtratuum edictis.*li.1.c.1.vbi me refero.* nec refert, quod plura imperia, ac regna paſſim apud hiſtoricos, alioſque ſcriptores in partes diuiſa legamus, quorum nonnulla poſſemus afferre, vltra inducta ab Hotom.*in diſput feudiſt.c.28.* quę ex profeſſo omittimus. Quia illas diuiſiones factas fuiſſe arbitror, ob euitandas rixas, ſcandala, & bellorum incommoda, quo caſu licitum eſſe tradidit † Alexand. *in conſil.7.columnn.3.* 38
vol.5.

Et ex alio etiam, quia exempla quaſi omnia, quæ ad hunc finem darentur, reſpiciunt tempora, antequam conſuetudines
iura-

39 iuraque feudorum eſſent in vſum redacta, ac ſaltem † ante Friderici Imperatoris tempora, *vt voluit idem Hotoman. vbi ſupra in fin. & Franciſc. Sonsbechius. vbi ſupra. par. 1. n. 47.*

Nec etiam obſtabit, quod quamuis feuda omnia eſſent indiuiſibilia, tamen fructus eorum poſſunt in communitatem reduci, & conſequenter diuidi. *per text. in d. ca. 2. de duob. fratrib. de nou. benefic. inueſt.* Quia reſpondetur dictos fructus, dum inſimul ſteterunt fuiſſe communicatos, vt dictum eſt ex gratia, & potius ex donatione, quam ex debito ſocietatis, & fuit actus mere voluntarius, qui nullum dicto D. Hieronymo præiudicium attulit. *arg. l. viam. vbi Bart. ff. de via pub.* quo in loco dici-
40 tur † actos mere voluntarios & impræſcriptibiles. *Voluit etiã Io. Andr. in c. non eſt. de conſuet. in 6. Innoc. in c. cum Eccleſia. extra de cauſ. poſſ. & propriet. Panor. in c. quoad translationem. nu. 4. de off. de leg. in c. ad noſtram. de confirm. vti l. vel inutil. & in c. Abbate ſancti Siluani. de verb. ſignif. Felin. in rubr. de præſcript. col. 2. & in c. cum acceſſiſſent. nu. 44. de conſtit. & in c. cauſam quæ, nu. 15. de reſcript. Marſil. in rep. rub. de fideiuſſ. n. 110. in fi. Balb. in tr. præſc. 4. p. 5. partis pr. q. 5. Io. Bap. Vill. op. com. § præſcriptio. n. 254. Inſuper in d. c. 2. ſup. alleg.* ideo dicunt fructus feudi in communionem venire, quia
41 communi pecunia acquiſierat † & pro ſe tantum. *vt ibi voluit Accurſ. in verb. acquiſiuerit.* in caſu tamen noſtro non adeſt pecunia aliqua pro habendo feudo expenſa, vnde non eſt inferendum, quod dicta fructuum feudi communicatio occaſione prædicta ſit facienda, cum vt iam ſupra concluſum fuit, fuerit quæſita titulo donationis ob merita, & ſic aduẽtitia ex proſpera fortuna, quo caſu in communionem occaſione prædicta minime venit, quod & non negare videtur etiam Franciſ. Hotoman. *in diſputation. feudiſtica, ca. 19.* nec etiam ex tali fructuum
42 communicatione poſſet dici contracta ſocietas ſuper † feudo, vnde percepti ſunt, *vt voluit Alex. in conſ. 24. colu. fin. volu. 1. & in conſ. 23. volu. 4.* Quia communicatio fructuum principalis rei,
43 † communicationem non arguit. Salyc. *in d. l. ſi patruus. col. pen. & fin.*

& fin. dicens non ex eo, quod vnus ponat in communi fructus fundi dotalis fundus dicetur communis, nec ex eo quod aduocatus ſolitus ſit communicare fructus laborum, dicetur libros etiam communicaſſe. *argu. eiuſdem. c. 2. de frat. de nouo beneficio.* licet acquiſita per aduocatum in officio patrocinandi, aut in adminiſtratione magiſtratuum, & officiorum non communicentur. veluti quaſi † Caſtrenſia. *vt voluit Ludo. Roman. in conſ. 145. n. 2. in fin. & in conſ. 469. num. 6. Andr. Alciat. in tract. præſumpt. regul. 1. præſumptio. 25. num. 5.* & in hoc eſt textus elegans, à nemine, quem vſque huc viderim allegatus, *in l. velut Caſtrenſe. C. de aſſeſſoribus.* Vnde remanet concluſio, dictum feudum non venire in ſocietate, nec etiam in diuiſione. ad oppoſita in contrarium ex ſupra narratis patet reſponſio, & ita conſulo. Laus Deo. 44

Camillus Borellus.

CONSILIVM XIX. EIVSDEM
CAMILLI BORELLI I.C. PRAEclariſſimi.

ARGVMENTVM.

Quæ feuda alienentur ſine Regis aſſenſu. Feudo an ſpolietur quis propria authoritate. Alienatio feudi ſi eſt nulla, an reſtituatur precium. Clericus an ſit feudi capax. Intellectus Conſt. Reg. conſtitutionem diuæ memoriæ.

SVMMARIA.

1 *Alienatio feudi ſine aſſenſu regio an valeat.*
2 *In alienatione feudorum planorum, ruſticorum, & de tabula, ſufficit Baronis aſſenſus.*

3 *Bona præſumuntur potius allodialia & Burgenſatica, quam feudalia.*

4 *Allodium dicitur proprietas, quæ à nullo recognoſcitur.*

5 *Allodium, an allodium dicatur.*

6 *Feudum Francum dicitur, quod eſt ab omni ſeruitute alienum.*

7 *Feudum habet ſeruitium annexum.*

8 *Feudum Francum nunquam præſumitur.*

9 *Cui præſtandum ſeruitium ex duobus feudi dominis.*

10 *Aduocatus priuatur feudo, ſi aduocationis officium exerceat contra Dominum.*

11 *Caſus, in quibus dantur ſubuentiones Domino & ſuperiori. Conſtit. Regni quamplurimum declaratur.*

12 *Argumentum ex quo res eſt reddititia feudo, quod ſit feudalis, non currit.*

13 *Clericus an ſit feudi capax. n. 14. 15. 16. 17.*

18 *In clericum fit feudi alienatio, maxime ſi eſt feudum Francum. num. 19.*

20 *Contractus an ſit iudicandus cenſualis, vel emphyteoticus. num. 21.*

22 *Cenſuarius non cadit à iure ſuo, etiam ſi per centum annos non ſoluiſſet cenſum.*

23 *Emphyteota vt ſpolietur, requiritur ſententia iudicis, nec fit propria authoritate.*

24 *Reuocatio feudi an fiat propria autoritate. Intellectus Conſt. Regni conſtitutionem diuæ memoriæ.*

25 *Reuocatio feudi fieri nequit, niſi fuerit facta requiſitio Regi pro aſſenſu.*

26 *Reuocatio feudi de iure communi, fieri poterat infra annum ab alienatione, poſt verò non licebat, niſi fiſco.*

27 *Reuocatio feudi fit per publicum inſtrumentum.*

28 *Præſcriptio non cadit data mala fide, in realibus, & perſonalibus. num. 29.*

30 *In præſcriptione mala fides defuncti, nocet heredi etiam ſingulari ſucceſſori. num. 31. 32.*

33 *Mala fides non ſolum poſt 30. annos, ſed poſt præſcriptionem temporis, cuius non eſt initium memoriæ hominum, in contrarium opponitur. n. 34.*

35 *Iuramentum vim habet litis conteſtationis, & perpetuat actionẽ.*

36 *Scriptura priuata antiqua, ſaltem ſemiplene probat.*

37 *Subſcriptio & ſigillum quid probent. n. 38. 39.*

40 *Subſcribens videtur ratificare omnia, quæ ſubſcribit.*

41 *Subſcriptio operatur conſenſum.*

42 *Poſſeſſor malæ fidei, tenetur ad fructuum & rei reſtitutionem.*

43 *Clauſula Regio aſſenſu ſemper ſaluo, quid operetur.*

44 *Qui in contrahendo reſeruat Domini aſſenſum, eſt in bona fide.*

45 *Clauſula, ſaluo ſuperioris aſſenſu, operatur, quod ſaluum ſit precium cum intereſſe.*

46 *Dominus reuocans feudum alienatum, cuius precium verſum eſt in eius vtilitatem, tenetur precium reſtituere.*

47 *Canonem pro feudo ſoluere non tenetur, qui feudum non poſſidet.*

ILLVSTRISSIMVS D. Rogerius de Geſualdo, Baro Coliani, & Qualittæ caſtrorum in prouincia Lucaniæ, ob quaſdam ſuas neceſſitates, de quibus infra dicetur, vendidit pro quodam ſtabilito precio D. D. Petro, Iacobo, & R. Sylueſtro Borrello quædam territoria in pertinentiis Coliani, iuxta ſuos fines, Franca, libera, & exempta ab omni nexu, onere, ſeruitute, ac ſeruitio, angario vel perangario, niſi ſolutionis vnius tareni, pro quolibet anno, in medietate Auguſti, mediante inſtrumento priuilegii eius manu firmato, & ſigillo munito. tractu temporis ob mortem omnium prædictorum ſpaliati reperiuntur heredes ipſorum emptorum dictis territoriis, quo D. Rogerio mortuo reperitur eadem poſſidere D. Michael. de Geſuald. pręʼ

tendit D. Antonius genitor meus dictorum heres dicta territoria recuperare: vnde breuiter diſcutiendæ ſunt infra ſcriptæ difficultates.

Primo cum præſupponat D. de Geſualdo eadem territoria eſſe feudalia, videndum eſt an priuata venditio ſine Regio aſſenſu fieri potuerit.

Secundo an dictus contractus dicatur cenſualis, vel emphyteoticus.

Tertio, an licuerit de facto dicto D. venditori dictos emptores ſpoliare.

Quarto, an poſſit D. Poſſeſſor tueri ſe exceptione præſcriptionis.

Quinto an dictum priuilegium probet.

Sexto, an dictus D. genitor meus obtinere debeat circa reſtitutionem territoriorum, vel eorum precii, vna cum fructibus à die ſpolii.

Ad primum igitur videbatur dicendum, dictorum territo-
1 riorum vti feudalium alienationem † non tenuiſſe, nec valuiſſe. *vt in c.* 1. *de prohibit. feud. alienat. per Lothar. & in c. Imperialem. de prohibita feud. alienat. per Frider.* & habetur in Regno Neapolis in Conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ. *Matth. de Afflict. per tranſitum in deciſ. Neapol. 60. ſub num. 2. Anton. Capic. in inueſtitur. feudali, §. feudorum alienation. per totum. maxime in ampliat. 2. & limit. 13.*

Sub breui verborum compendio reſpondendum fore arbitror, alienationem territoriorum fuiſſe validam, & dicta territoria tanquam feudalia non debere neque haberi, neque tractari. Et dato non tamen conceſſo, talia territoria feudalia fuiſſe, tamen omiſſa iuris communis diſpoſitione & attenta diſpoſitione d. conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ. clarum eſt, & notorium in iſto Regno illam non habere locum niſi in feudis Quaternatis, Nobilibus, & quæ tenentur in capite, & immediate à Rege, ſecus vero in feudis ruſticis, ſiue athenaſiis, ac planis,

planis,& de tabula, in quorum alienatione ſufficit tantum Baronis † conſenſus, *vt dicit gloſ. in dicta conſtitut. conſtitutionem. in verb. licentia. & Matth. de Afflict. ibidem nu. 52. 78.* vbi dicit non obſtare dictum Andreæ, qui tenuit contrarium, & quod toto tempore vitæ ſuæ vidit obſeruari opinionem gloſſæ prædictæ. *& ita tenuit in deciſ. Neapolit. 243. num. 2. idem Afflict. in d. cap. Imperialem. notab. 12. nu. 17. & 18. vbi etiam Pariſ. de Puteo. col. 4. verſ. in alienatione feudi cuius conſenſus.* vbi dicit, quod hoc iure vtimur, quamquam inclinet ad dicendum, melius eſſe conſenſum Regis, ac Baronis. Hanc etiam ipſam opin. in feudis planis, & de tabula illam conſtitutionem locum non habere, voluit ac tenuit etiam Thom. Gram. *in deciſ. Neapoli. 77. n. 3. 4. Bartholom. Camer. in d. c. Imperial. colu. 148. verſ. ſed adhuc videtur obſtare quia conſtitutio. fol. 40. & col. 285. verſ. nec poſſent in feudo plano, & de tabula loqui. & col. ſeq. verſ. ſed ſic eſt. & verſ. Feuda vero plana, fol. 72. Marinus Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2. authoritat. 1. nu. 2.* vbi dicit ita pluries vidiſſe iudicatum. *& iterum author. 2. n. 38. cum duob. ſeq. Cæſar Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. Neapolit. 243. nu. 1. & 3. & in deciſ. 278. nu. 1. & nouiſſime Ioan. Vincen. Annius in rep. d. conſtitut. conſtitutionem. num. 243.* & iſta eſt communis opinio omnium modernorum & antiquorum Doctorum, qui de ea re ſcripſerunt in hoc regno. vnde in caſu, de quo agitur, eſto, quod eſſent feudalia iſta territoria, adhuc venditio abſque Regis aſſenſu fieri de iure Regni potuit. Feuda vero quaternata non eſſe de iſtis, de quibus nos agimus, *longe ac late tractant Matthæ. de Afflict. in deciſ. Neapolit. 282. & ibi. Vrſill. in addition. Pariſ. de reinteg. c. 4. veniam, num. 1. fol. 2. & c. 5. quæ bona. & c. 6. aliqua vero. n. 1. Carauit. Ritu. & alii nonnulli, quos omitto, cum ſit materia vulgata.*

Quinimo dicta territoria præſumi debent franca & libera, & potius allodialia, aut Burgenſatica, † quam feudalia. *in poſt. Ioan. Andr. Bald. & Alex. voluit Matth. de Afflict. in deciſ. 277. nu. 6. & 7. Pariſ. de Pute. de feud. reintegr. c. 13. incip. & quando. nu. 4. Alber. Brun. in conſil. 1. n. 1. Barthol. de Caſſen. conſ. 66. nu. 3. Auguſtin.* 3

Berous conſil.82.n.8.vol.1.& conſ.110.n.69.conſ.152.n.18.vol.2.conſ. 49.num.6.vol.3. Carol.Ruin.conſ 156.col.1.vol.1. Cardinal. Pariſi.in conſi.16.nu.14.vol.4. Curt.iun.conſ.108 num.16.Marc.Anton.Natta conſ.520.num.1.volu.3.Iacob.Mandell.Albenſ.conſ.16.num.2.conſil. 64.num.70. Roland.à Valle.conſil.2.num.11. & in conſil.98.num.11. volu.3. quod eſt duplicatum. Iacob. Menoch.conſ.1.nu.10.vol.1. Ioan. Saxon. in conſuetudine Turo. titul.13.articul.1.concluſ.29. nouiſſime D.de Ponte in conſ 95.num.3. Alexand. Raudenſ.de Analogis.lib.1. ca.34.num.347. Dicitur autem allodium, ſecundum Baldum *in capit.1. §. inter filiam. num.1. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter*
4 *dom.& agnat.* proprietas, † quæ à nullo recognoſcitur, & idem Bald. *in c.1.n.1.tit. de Allodiis.* dicit allodium eſſe quod eſt eius proprium, & à nemine alio recognoſcit, niſi à Deo *quem ſequitur ibid. Matth. de Afflict. num.15. Ludouic. Gozadin. in conſil.4. num.7. Marian. Socin. Nepos in conſil. 75.num.23.lib.1. nouiſſime D. Præſes de Franchis in deciſ. Neapolit.131.num.11. & Bal.ſequitur Martin. Laudenſ. in titul.de Allodiis.n.4. quem ſequuntur Alber. Bertach.& Iacob.Spiegell.in lexic.§ Allodium & bona allodialia neminem laudantia, & quæ ſunt optimo iure, poſt Guilielm.Bud. ad pandectas, in l.Herē.ff.de euict.dici & appellari voluit Fed.Scot.in con.21. ſub n.55.li.6.to.1.* & vocabuli etymologiā pluſquā alius bene diſcutit Fr.Hot.*in repertor.verb.feudal.in ver. Alode poſt commentaris feudiſtica.* & quod debeat ſcribi per a, & † non per o, puta alaudium, & nō allodiū, *Io.Pyrrh. Angleb.in conſu.Aur.tit.de ſeru.c.23.*
5 Cum præſertim idem D Rogerius dictis DD.Bortellis dicta territoria vendiderit tanquam franca, & libera, quæ verba denotant quod nullum pro eis debebatur ſeruitium. francum enim & liberum nil aliud denotant, niſi, quod pro eo nullum
6 debetur ſeruitium, ſed eſt ab omni ſeruitute alienum † regulariter, *vt notat Ioan. Andr.in addit. Specul. in titul. de præſcription. & plene Old.in conſ.234.& Alex.in conſ.30.col.fi. vol.1.& in conſ.2.vol. 5.not.plene Anton. Capic.in inueſtit.feud.§.feudorum genera. in verſ. francum poſt Iacob.à S.Georg.in inueſt.feud.§.in feudum.diuiſio.8.ante eos*

te eos Paris de reinteg feu.c.96.eſt amodo aliquid videndum.n.8.& 11. fol.64. dicens tunc eſſe ab omni ſeruitio liberum,& non teneri niſi ad ſeruitia expreſſa in inueſtit.ſeu ſcriptura:quod & fundãt etiam ex dicto Old.*in d.conſ.234.ſequitur etiam Io. Ant.Cannetius in rep.c.ſi aliquem,Reg.Sicil.§ in textu ibi ſub onere.n.11.fol.254.*feudum vero ſui natura liberum dici non poteſt,habet enim ſeruitium annexum,† *vt in d.c.Imperial.§.firmiter,de prohib.feu.al.per Feder.* vbi vaſallus monitus, non ſeruiens Domino,per ſe, vel per ſubſtitutum feudum amittit.*inde dicit Bald.in c.inter dilectos. col.3. de fide inſt.* quod nunquam feudũ † præſumetur eſſe francum,niſi nominatim hoc dictum fuerit.*ſequitur etiam Iaſ.in prælud feud.n 116.& Cannet.vbi ſup.n.10.Hinc etiam Accur in l.ſi cuius. §.vſufr.ff.de vſuf.dicit feudalem rem habere ſeruitutem.ſequitur Bald. in c.1.§ ſi quis de manſo.de controu inueſt.& Par. in d.c.96.n.3 Io.San. in conſuet.Turon.tit.12.art 1.concl.29. Faciunt not.per Io. Belf in conſuet. Arvern tit.des fietz. Aru.col.co.3.in fi.nouiſſime late Alex. Raud. de analogis.li.1.c.21.n 97.* Vnde Iacob.de Ardizon. *in ſum feu.c.62.* diſputando ex duobus Dominis, cui teneatur ſeruire Vaſallus, dicit antiquiori, vel ei, qui prius ei nunciationem ſeruitii fecerit, licetque vnum debeat eligere, etſi in hoc Domini non conueniunt,interim neutri ſeruire † debere aſſerit Zaſ. *in tract. feud.part. 7. quem ſequitur Franciſcus Sonsbechius part. 11.num. 19.* quod ego minime approbarem, ſed conformarem me cum opin. Ardizoni: quinimo, & aduocatum etiam feudatarium contra Dominum aduocationis munus exequens feudo priuari aſſeruit ex notatis † per And. de Iſer. *in c.1.n.4.de form.fidel Quintil.Mandoſ.de ingrat.c.62.cauſa 11.* quod non pono pro conſtanti per not.per Manſuerium *in pr.tit.de feud n 5.* Nonne etiã ſeruitutes ſunt præſtationes,& collectarum ſubuentiones,quæ fiunt Baronibus † in illis quatuor caſibus. ſ.pro domino ab hoſtibus redimendo,pro filia matrimonio locanda,pro Dn.vel eius filio milite faciendo,& pro caſtro emendo,*de quibus per Spec. in titul. de feud. §. 1. numer.97. poſt Rofred. de libell. partes. ſub titul.*

7 8 9 10 11

ſacra-

ſacramentum cuiuslibet vaſalli. colum.3. verſic. iſti ergo vaſalli. Ioan. de Anan.conſil.177.col.4. Alexand.con.8.vol.1.& Iaſon 10. in l.placet. num... C.de ſacroſanct. eccleſ. & voluit Ioan. Sanx.in conſuet.Turon. tit.8. articul.2. in verſ. Ioyaulx aydes, & in iſto Regno Neapolitano habemus conſt.quam plurimum. Imperatoris Friderici, eadem diſponentem, vbi late Doctores noſtri. & latiſſime tractat Anton. *Capic.in inueſtitur .feud.* §. *feudorum adiutoria. per totum, & ego alibi dicam, & nouiſſime poſt redditum conſilium per Illuſt.D.Vincen.de Franchis præſidens in deciſ.Neapolit.42.& deciſ.73.per totum.* Vnde cum his & aliis etiam ſeruitiis feudatarius ſit obnoxius, conſequens erit, eadem territoria prædicta vti franca ac libera, vendita, feudalia minime cenſeri, & idcirco in ipſorum alienatione Regis aſſenſum non fuiſſe neceſſarium, & ſine eo alienationem validam fuiſſe.

Nec obeſt, quod pro dictis territoriis fiat ſolutio redditus dicto Domino Rogerio, ac eius feudo, ex quo non tenet argu-
12 mentum rem, quia feudo † ſit reddititia, cenſeri feudalem, *arg. notatorum per Cyn. in authent. ingreſſi, col.fin. C. de ſacroſan. eccleſ.* vbi dicit illud proprie dici feudum, in quo quis habet præſtare ſeruitium perſonale, ſed quando præſtatur ſeruitium reale, non dicitur proprie feudum. *ſequitur ac refert Matth. de Afflict. in deciſ. Neapolit.129.nu.1.idem ante ipſum voluit* Alexand. *in conſ. 136.col.2.verſic.ſed præmiſſis non obſtantibus.vol.1. Andr. Sicul.conſ. 50.col.4. volum.1.conſil.57. volum.4. & Philipp. Deci.conſ.138.nu.7. Napod. Sebaſtian. in conſuet. Neapol.in bonis. nu.13. verſi.ſed in bon. feudalib.ſub rubr.in quib.reb.hab.loc.4.idem Afflict.in conſt.conſtitutionem diuæ memoriæ. nu. 29. nouiſſime alios plures allegans Cæſar Vrſill.ad Affl.in d.dec.129. vbi materiam exornat*, & ex ratione etiā iam dicta, cum res allodialis potius quam feudalis, vel emphyteoticaria præſumatur, *iuxta, l.res. C.de pub. Andr. Barbat.in conſi. 18.nu.35.vol.2.*

Dum vero opponitur alienationis iam dictæ contractum etiam nullum eſſe reſpectu dicti R. D. Syluestri Clerici, cum ſit
† feudi

† feudi incapax. *argu. ca. qui clericus, ſi de feudo fuer. contro. int. dom. & agnat.* vbi qui clericus efficitur, feudum acquiſitum amittit, ſequitur inde tanto fortius ipſum prohiberi acquirere. *argu. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Quia deſinit eſſe miles ſeculi, & fit miles Chriſti. *& hoc tenuerunt Iacob. de Ardiz. in ſumma feud. ca. 10. verſi. item clericus. & c. 137. colu. 39. verſic. ſed forte quaeret aliquis, in paruis. Petr. de Bella Pertic. in tract. feudor. titul. 10. cap. 2. num. 1. Martin. Laudenſ. in cap. 1. §. qui clericus, nu. 1. ſi de feud. def. & in c. 1. n. 6. de milit. vaſal. qui arm. bell. Paris de Put. de reinteg. feud. c. 40. nunc videndum. n. 2. fol. 176. Ioan. Anton. Cannet. in rep. c. volentes, Reg. Siciliae. §. idem videtur. nu. 10. Franc. Hotom. in diſput. feudiſtica, ca. 41. cauſa 20. Ludouic. de Molin. de Hiſpan. primogen. ca. 13. nu. 96. part. 1.* & videtur communis opinio, cum in ſeruitiis feudi Domino † praeſtandis, non poſſit etiam per ſubſtitutum deſeruire, *vt refert plurium opiniones Barthol. de Caſſen. in conſuetud. Burgund. titul. des Fiedz. §. 5 in verb. exceptéz les religieux. Franciſc. Sonsbechius in comment. feud. p. 12. n. 144. 145. & ſeqq.* 13 14

Reſponderi enim poteſt, quod contrariam partem, ſcilicet, quod clericus admittatur ad feudi acquiſitionem, eo, quod per ſubſtitutum deſeruire poterit, tenuerunt † antiqui nonnulli, quos ad longum refert & ſequitur Martin. Laudenſ. *in c. 1. §. & quia. nu. 19. de his qui feud. dar. poſſ. & in c. 1. §. qui clericus. nu. 2 ſi de feud. defunct.* vbi dicit ita eum publice diſputaſſe. & ante eum tenuit Ardizzon, *in ſum. c. 23.* Laur. Siluan. *conſil. 3. n. 53.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Auguſtin. Bero. *conſ. 16. nu. 15. vol. 1.* Iacobi. de ſanct. Georg. *in inueſtitura feuda. l. §. & quibuscunque heredibus. n. 4.* vbi dicit ita ipſum obtinuiſſe pro R. & Generoſo D. Ioannetto ex Comitibus Valpergiae. Bellapertica *in d. tit. 10 c. 2. num. 3.* & Alex. *conſ. 10. volu. 5.* Albert. Brun. *conſi. 16.* Franciſ. Duaren. *in comment. feud. cap. 6. nu. 18. in fin.* & videtur de mente etiam (dum agit de feudo laicali & clericali) Eguinarii Baronis. *de iure benefic. lib. 1. ca. 8.* Quia eo ipſo quod Princeps vel feudi dominus, clerico dat feudum ſcienter, videtur illum 15

16 † habitaſſe, quod in caſu perſonalis ſeruitii per ſubſtitutam perſonam deſeruire valeat. *vt ex Andr. de Iſern. Aluarot. & Præpoſit. voluit Guilielm. Hannet. iuris feudarum. li. 1. c. 6. Claud. de Seyſ. in Specul. feud. tit. qui feud. accip. poſſ. ampliat. 5. v. Andr. autem. & v. ſi vero non eſt conuen. & voluit Sonsb. p. 12. n. 143.* Vt fuit in caſu iſto, in quo Dominus Rogerius cum ſcienter clericum appellat. tanto plus, cum audiam eundem Dominum Syluestrem fuiſſe clericum in maioribus conſtitutum, quo caſu clericus eſt
17 feudi † capax. *Caſſan. vbi ſupra. num. 14. limitat. 1. & ante eum Præpoſ. in cap. 1. §. ſed quia. columm. 14. de his qui feud. dar. poſſ. Albertus Brun. conſ. 38. Curtius in tractat. feud. parte 3. quæſtio. 10. nouiſſime Ioan. Tho. de Marian. de gener. & qualit. feudorum. lib. 1. tit. 2. nu. 140. fol. 64.*

Sed poſito quod eadem territoria eſſent feudalia, quod ne-
18 gatur, nonne à principio, ipſi clerico feudi alienatio † fieri poterat? *vt voluit Bellapert. vbi ſupra cap. 2. num. 2. argum. ca. 1. §. fin. de Cap. Conrad. Hotoman. in diſputatio. feudiſtic. cap. 14. Sonsbechius part. 12. num. 143.* tanto facilius in caſu noſtro, in quo ſumus in territorio franco, & libero, quo caſu etiam ſi eſſet feudale,
19 ſed tamen francum & liberum; illius tamen eſſet clericus † capax. *Cannetius in dicto cap. volentes, §. idem videtur. num. 23 Hanneton. iuris feud. libr. 1. cap. 6.* vbi dicit quod videmus in viridi obſeruantia plura monaſteria, Eccleſias, perſonasque Eccleſiaſticas poſſidere feuda & iurisdictiones. *Claud. de Seyſell. dicto titul. qui feudum accipere poſſ. ampli. 5. verſic. aut vero clericus. Caſſan. vbi ſup. limit. 5.*

Præſertim in caſu iſto, in quo etiam ſi eſſet feudum, adhuc cum pro illo ſtabilitum ſit annuum ſeruitium reale, & cenſus in pecunia, & aliis rebus mobilibus, iſto caſu clericus admittitur. *Siluan. d. conſ. 3. Brun. conſ. 17. Barthol. Socin. conſ. 257. vol. 2. Ioan. Baptiſt. Caccialup. in pract. de feud. part 7. different. 16. nu. 2. Seyſellus in d. ampliat. 5. verſ. aut vero clericus. Caſſan. vbi ſupra. nu. 14. limit. 2. Sonsb. par. 12. nu. 145.* Vnde cum in caſu, de quo agitur, con-

concluſum fuerit territoria minime eſſe feudalia, idcircò de his tractandum non eſt, reſeruando alium diſcutiendi locum ad iſtius quæſtionis, vltimo loco tactæ, diſcuſſionem. Ad allegata in contrarium ex ſupra dictis patet reſponſio: & hæc de prima difficultate.

Ad ſecundam tranſeundo difficultatem, an contractus iſte cenſualis, vel emphyteoticarius iudicari debeat, breuiter ex verbis, & aliis narratis in eod. priuilegio, in caſu iſto, dicendum eſt, contractum hunc cenſualem appellari debere, & licet Aff-
flict. *in allegata deciſ. 129. in ſecundo dubio*, videatur tenuiſſe † præ- 20
ſumi contractum emphyteoticarium, attamen contrariũ verius iudicatur. nam de iure cenſualis potius præſumitur. *Alb. in l. 2. C. de iure emphyt. ſequitur Hip. de Marſil. in ſingu. 95. contractus cenſualis: Philip. Dec. in auth. qui rem. nu. 7. C. de SS. eccleſ. vbi alia inducit ad corroborationem.* Tanto plus cum in eodem priuilegio nullibi fiat mentio, aut verbum aliquod emphyteoſis, & ideo
cenſetur † omnino cenſualis, *vt voluit Io. de Imol. in c. ad audien-* 21
tiam. col. 2. de reb. eccl. non al. vbi ait, quod ſi in inſtrumento diceretur, concedo tibi talem rem pro annuo cenſu in emphyteoſim, quod hoc non obſtante contractus erit cenſualis, non emphyteoticus, & illa verba in emphyteoſim ſtabunt improprie. *Sequitur Barthol. Socinus conſil. 167. volum. 2. Paris de Put. in tract. de reintegration. feudorum. cap. 224. Et quia ſæpe. num. 2. per totum. fol. 124. alios quamplures allegans Cæſar Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. 129. num. 4.* vbi dicit ſuo tempore ita fuiſſe deciſum inter Comitem Murconi, & illos de Circello. *& tenet Anton. Capic. in deciſ. Neapolitan. 103. per totum. & deciſ. 196.* vbi dicit, opinionem Afflicti *in deciſ. 129.* non fuiſſe obſeruatam, ſed deciſum contrarium. quam etiam bene corroborat Marc. Anton. Natta *conſil. 3. num. 2. & 3. volum. 1. & nouiſſime ſequitur Franciſcus Burſ. in conſil. 26. nu. 24. volum. 1.* Et per hæc breuiſſime ſit reſoluta ſecunda difficultas. Vnde

Ad tertiam difficultatem deſcendens, dicendum eſt, quod

cum contractus iſte fuerit cenſualis, vtique ob omiſſam redditus, & Canonis ſolutionem, non poterat D. Rogerius dictos emptores eorum poſſeſſione priuare, & dominum eorundem territorium ad ſe abdicare, quia etiam ſi per centum annos cē-
22 ſuarius ſteterit non ſoluendo Canonem, ac cenſum † non cadit à iure ſuo. *text. eſt iuncta gloſ. in c. conſtitutus. vbi DD. extra de relig. domib. Baldus in tit. de pace Conſtant. in verb. perſoluere fictum. poſt Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſi. 119. Philipp. Deci. conſ. 164. num.... Refert & ſequitur Capic. in d. deciſ. Neapolitan. 196. num. 5. Abb. Panorm. in c. 1. nu. 7. extr. de in integr. reſtit.* Quinimmo eſto, quod iſte contractus fuiſſet emphyteoticarius, quod negatur, adhuc propria authoritate non potuerat Dom. Rogerius emptores ſpoliare, quia in contractu emphyteoticario, emphyteota non poteſt ob Canonem non ſolutum, à Domi-
23 no propria authoritate ſpoliari, ſed requiritur iudicis † ſententia. *Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſic. 48. poſt Innoc. in ca. potuit. de locat. & Cyn. in l. 2. C. de iur. emphyteot. & poſt eos Pet. de Ancharan. conſ. 274. col. 1. & Ludou. Roman. conſ. 212. nu. 7. vſque ad fin.* vbi eleganter hanc Speculatoris opinionem defendit ab impugnationibus Bald. & hanc opin. dicit eſſe tutiorem, maxime etiam quod communiter eam ſequuntur DD. & quod ſemper ita Amicis conſuleret, tenuit Iul. Clar. *in §. emphyteoſis. q. 12.* licet iſtud vltimum multos habeat cōtradictores, & aſſeratur aliam communem opinionem eſſe in contrarium iuxta ea quæ tradidit Emanuel Suarez *in theſaur. receptar. ſent. §. emphyteota. nu. 120. & ſeq.* & idcirco ego hoc pro conſtanti non firmo, cum in caſu præſenti non ſimus in contractu emphyteotico. Et quatenus iterum diceretur, quod cum dicta territoria eſſent feudalia, licebat dicto D. Rogerio alienationem præfatam vti Regio
24 aſſenſu † minime fulcitam, autoritate propria reuocare, etiam non expectata iudicis ſententia *argu. dictæ conſtit. Regni cōſtitutionem diuæ memoriæ.* Reſpōdetur ob hoc minime eſſe licitum propria authoritate id facere, cum in reuocatione facienda exigatur iu-

tur iudicis ſententia & declaratio, vt ita fuiſſe in ſimilibus deciſum annotauit Paris de Puteo *de reintegr. feudorum. cap.29. An Dominus.nu.12.fol.19.*& ſentit etiam Anton. Capic.*in inueſtitur. feud. §.feudorum alienationes. limitat.27.* Ioan. Tom. de Marin. *de Gener. & qualit.feud.lib.1.tit.2.conſtitutionem.num.7.* & idem Paris *in eo lib.c.42.nu.7.cum duob.ſeq.* dicit, quod reuocatio exigit iudicis ſententiam.

Quinimmo poſito quod eſſent feudalia dicta territoria, adhuc nunquam vigore dictæ conſtitut. poterit Dominus feudi alienationem reuocare, niſi prius ſupplicauerit Regi pro aſſenſu impetrando, quia donec dicta requiſitio ipſi Regi facta non fuerit nunquan reuocatio † fieri poterit, *vt voluit Lucas de Pen. in l nullibi. C.de fund.patrimon.lib.11.ſequitur Matth.de Afflict.in deciſ.3.num.3. Thom. Grammatic.conſ.ciuil.10. & conſ.149.* Quod cum in caſu de quo agitur factum non fuerit, vtique reuocatio propria authoritate fieri non potuit 25

Quinimmo de iure communi feudorum, nullo pacto licitum erat alienanti facere feudi alienationem, niſi infra annum, & elapſo anno non reuocat alienans ſed fiſcus. † *Andr. de Iſer.in ca 1. in princip.nu.10.de feud. Guard. & Caſtal.ſequitur Paris de reintegr.c.42.& iuxta nu.7.& 8.fol.27.& voluit Freccia de ſubfeud.Baron.li.2.different.51. Camerar.in c.Imperialem.col.131.verſi. quinimmo & hoc aliud.fol.33. de prohib.feud.alien.per Fed.* Et quod plus reuocatio facienda eſt, vel coram iudice, vt dictum eſt, vel coram Notario, iudice ac teſtibus, & debet fieri publicum inſtrumentum reuocationis † vt obſeruari tradidit Paris *de reintegr.ca.prædicto.42.num.10.* vbi ponit formam inſtrumenti. Et quod dicta opinio Andr. in loco ſupra citato proprie loquatur in reuocatione feudorum ſeruata forma conſtitutionis regni, tenuit pulchrè nouiſſimè Ioan. Vincent. Annius *in d.conſtit. conſtitutionem.nu.258.cum plurib.ſeqq.* vbi dicit de iure communi hoc tempus remitti iudicis arbitrio. per quæ ſit expedita tertia difficultas. 26 27

Ad quartam breuius dico quod D. Rogerius ſciebat ipſum vendidiſſe eadem territoria dictis D. D. Borrellis, vnde quatenus poſtea cœpit poſſidere eadem, dicitur eſſe in mala fide, quia quod ſuum non erat, debebat eſſe alienum putatare, & dicitur ipſum conſtitutum fuiſſe in mala fide, qua ſtante
28 nulla † cadit præſcriptio. *vt in c. vigilanti. c. ſi diligenti. cap. fin. vbi DD. extra de præſc. c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Petr. de Anchar. in conſ. 5. col. fin. Alex. conſ. 46. col. penul. vol. 1. conſi. 185. col. 12. v. venio ad ſecund. vol. 3. Thom. Ferratius cautel. 38. Matth. Affl. deciſ. Neap. 13. n. 6. Iac. Menoch. de arbitrar. iud. q. lib. 1. q. 49. n. 7. & 10. commun. aſſeruit Franciſ. Burſ. conſ. 66. n. 8. vol. 1.* Quod non ſolum procedit in præſcribendis realibus, ſed etiam perſonalibus actionibus, vt vo-
29 lunt communiter † ſupradicti, reprobata Bartol. opin. *in l. ſequitur, §. viam, ff. de vſucap.* qui voluit contrarium, cuius opinio à nemine tenetur. vt voluit Philipp. Deci. *conſ. 266. col. fin. & Iacob. Mandel. conſil. 58. num. 4.* Nec etiam poſſunt ſe tueri dicti D. Rogerii heredes D. Ioannes Franciſcus, & Dn. Michael iunior ex perſona eorum, ex quo mala fides defuncti nocet etiam
30 heredibus, vnde nunquam potuerunt † præſcribere. *voluit Ab. Panor. in d. c. ſi diligenti. nu. 30. poſt Anton. de Butr. extra de præſc. & in c. nihil. n. 8. extra eod. tit. Paul. de Caſtr. in l. 4. §. heres. ff. de vſucap. Ludouic. Roman. conſi. 149. n. 4.* & reprobant omnes Dyn. opinionem, contrarium tenentis, *& idem voluit Alex. conſ. 4. col. fi. vol. 2. & in conſ. 63. & conſi. 99. vol. 4. Ferrati. in d. cautel. 37. Felyn. in d. ca. ſi diligenti. n....* contra opin. famoſam Dyni latiſſime comprobat Sebaſtian. Medices. *in tr. mors omnia ſoluit. p. 2. conc. 63. nu. 183. cum duob. ſeq.* quã omnium copioſius comprobat nouiſſime Io. Bap. Aſin. *in l. 1. in pr. n. 126. cum plurib. ſeqq. ff. de relig. & ſumptib. funer.* ſunt enim heredes vicii, & etiam ſi eſſent in bona fide non præſcripſerunt, *Felyn. in d. cap. ſi diligenti. nu. 6. Iaſon poſt Alexand. in l. Pomponius. §. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ. Guid. Pancirol. conſ. 173. nu. 19. & conſil. 186. nu. 9. vol. 1. poſt Balb. de præſcript. par. 2. 3. partis princ. q. 12. num. 12.*

Quæ

Quæ mala fides afficit etiam ſingularem † ſucceſſorem (licet hoc non ponam pro conſtanti) vt voluit Cardinalis Pariſi. *conſ.29. num. 24. volumin. 1. Octauianus Cacheran. in deciſion. Pedæmont. 177. nu.8. volu.1.* Hinc eſt, quod ſciens rem eſſe alienam, dicitur mala fide poſſidere, ita vt nec ipſe, nec eius hæredes poſſint præſcribere. *Rimin. conſ.100. nu.52. vol.1. & conſ.296. nu.28. vol.2. Tiraquell. de præſcript. §.1. glo.2. Alex. de Neuo conſ.98. num. 4.* Inficit enim mala † fides, cum ſint lapſi triginta anni, non poteſt opponi, vt poſt multos voluit D. meus Ioan. Bologn. *conſ.20. n.31. in fi. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib.2. cent.1. caſu 43. nu.7.* Quia contrarium quod immò mala fides poſt 30. † annos poſſit opponi, & millia millium voluit Laurent. Calcan, *in conſ.6. col. pen. & conſ.53.* 31 32 33

Quinimò ta. *conſ.24. col. antep. vol.3.* dicit, quod etiam contra præſcriptionem, cuius initii non extat hominum memoria † in contrarium, poteſt opponi mala fides. ſequitur etiam Rubeus Alex. *conſ.13. col.4. in fin.* & opinio illorum qui tenent, quod poſt 30. an. mala fides non prodeſt, nec poteſt allegari, procedit, quãdo eſſet mala fides præſumpta, ſecus autem ſi eſſet vera, quia hunc nec pręſcriptione immemorabili, nec vllo quouis temporis lapſu iuuabit. *Ita concludit Hier. Herculan. in reſponſ. pro Alexandris. nu.487. & ſeq. & etiam Achilles Perſonalis in tract. de petit. hereditat. nu.747. qui alios etiam nonnullos allegant, quos omitto.* & mala fides vera detegitur, quando apparet de iuribus partis per confeſſionem, vel per inſtrumentum, vt in caſu noſtro per priuilegium. *vt voluit Perſonal. vbi ſupra.* 34

Quamuis nulla in caſu præmiſſo poterit allegari præſcriptio, cum idem Dn. Rogerius tactis ſacroſanctis Euangeliis, & ſcripturis iurauerit contenta in priuilegio vera eſſe, prout aſſerebatur in eo, vnde ratione iuramenti impeditur præſcriptio, quia iuramentum cum habeat vim litis conteſtationis, perpetuatur † actio ex eo, *vt in l. nam & poſtea. § ſi is qui temporali. ff. de iureiu.* & proinde non habet locum præſcriptio. *vt voluit Hoſt. in* 35

ſum.

ſumma de præſcript. §. quæ res, Bartol. Alex. & Angel. in d.l. nam & poſtea. §. ſi is qui temporali. ſequitur Iaſon in §. item ſi quis. nu 5. Inſt. de action. quem miror non vidiſſe Hippolytum de Marſ. *in ſing. 141. audiui. notat. Anton. Corſet. iuramenti priuileg. 29. Capella. Thol. in deciſ. 220. vbi Aufrer. in Apoſtill. bene Albert. Brun. conſ. 37. n.... Nicol. Boer. in deciſ. Burdogal. 328. n. 5. p. 2.* & hæc de quarta.

Ad quintam vero difficultatem, an dictum priuilegium probet. Expediam me breuiſſime, quod non ſimus in ſcriptura firmata manu trium teſtium. *iuxta l. ſcripturas. C. qui pot. in pig. hab.* ſed in priuata firmata, & ſubſcripta manu dicti D. Rogerii, & eius ſigillo munita. & ſumus in ſcriptura antiqua, iam ex ſe
36 ipſa ſola, ſine alio, ſtante antiquitate ſaltim † ſemiplene probabit, *iuxta tradita per Hippolyt. de Marſil. in ſingul. 436. & in ſing. 505.*
37 *antiqua.* Adeſt ibidem ſigillum & ſubſcriptio, quia ſemel † iuncta pleniſſime probant. *vt voluit Innocent. in c. poſt ceſſionem. vbi cæteri Canoniſtæ extr. de probat. Bart. in proœmio ff. nu. 7. verſ. item quæro. Alex. ad Bartol. in l. teſtium, §. ſi quis ff. de teſtam. & in l. 2. §. ſi quis neget. ff. quemadmodum teſta. aper. & in l. qui dotis. nu. 39. ff. ſo-*
38 *lut. matrim.* Quinimo ſigillum ſolum plene probat. † *Petrus Rebuff. in concord. Franciæ. titul. de nominat. faciend. §. vltim. in ver. ſpecie probationis. verſi. vltima. poſt Ludo. Roman. conſ. 303. voluit Felin. in c. tertio loco. extra de probat. Ioan. Cæphal. conſ. 141. num. 11. vol. 1. Virginius Boccatius in conſt. Picentin. gloſſ. 6. nu. 36. & 56.* & in ſpe-
39 cie ſcriptura priuata ſigillo † authentico roboratur. *Franciſc. Marc. deciſ. Delphi. 51. nu. 2. & deciſ. 994. num. 2. vol. 1. & plurima vltra omnes ego cumulo de edict. Magiſtratuum lib. 2. cap. 1...* tanto plus cum in caſu de quo agitur, adſit etiam ſubſcriptio propriæ manus dicti D. Rogerii, quo caſu ſubſcribens videtur ratificare o-
40 mnia per eundem † ſubſcripta. *Manſuer. in pract. tit. de liter. & notis. nu. 6. & late Marc. Anton. Natta conſ. 287. n. 4. vol. 2.* operatur
41 enim ſubſcriptio † conſenſum, vbi alias non operaretur, *vt poſt alios voluit Roland. à Valle, in conſ. 2. num. 36. vol. 1. & ego latius de edictis magiſtrtauum. lib. 2. c...*

Et

Et hæc ſufficiant ſuper quinta difficultate, quam breuiſſimè dixiſſe.

Ad ſextam & vltimam difficultatem, ſine dubio dicti poſ-
ſeſſores cum ſint in mala fide † non ſolum tenebuntur territo 42
ria reſtituere, ſed etiam eorundem territoriorum fructus. *Vul. l. ſi fundum. & l. certum. C. de rei vendic. notatur plene in c. grauis. vbi Doct. præſertim Auguſt. Berous extr. de reſtit ſpoliat. & poſtquam hæc ſcripſeram, tractat ſubtiliſſimus I. C. Alexand. Raudenſ. de Analogis. lib. 1. c. 37. num. 167.*

Quod non ſolum procedit in ipſo poſſeſſore malæ fidei, ſed in vniuerſali ſucceſſore malæ fidei poſſeſſoris, vt & is etiam fructus ſuos minime faciat. *l. 2. in fi. C. de fruct & lit. expens. Pan. d. c. grauis. nu. 10. & Berous. ibid. n. 38. Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 240. num. 3. vbi dicit ita fuiſſe per ſacrum concilium deciſum.* Quamquam non defuerunt, qui dixerint heredes malę fidei poſſeſſoris non teneri ad fructuum reſtitutionem. *vt voluit Io. Copus de fructib. lib. 2. tit. 4. c. 3. in fin. Cuius opinionem nouiſſime confutat Menoch. de recuper. poſſ. ſſ. Remed. 15 n. 618. quanquam eandem opinionem teneat nouiter poſt eos Sebaſtian. Medices. in tract. mors omnia ſoluit. part. 2. concluſ. 7?. num. 185. referens ſe ad ea quæ dixit in tract. de compenſat. par. 1. quæſt. 9. & ſeqq.* Ad quos poteſt ex dictis Menochii fieri reſponſio.

Sed tamen ne videantur D. Rogerius, & nouiſſimi poſſeſſores tenuiſſe rem, & pretium, eſto, & poſito, quod territoria eſſent feudalia, adhuc tenerentur reſtituere precium, vna cum intereſſe, etiam quod non interceſſiſſet Regius aſſenſus, quia ſufficit quoad reſtitutionem precii, quod in alienatione feudalis rei ſit poſita clauſula, ſaluo aſſenſu, vel beneplacito Domi-
ni, † ſiue Regis, vt ſolent quotidie in Regno fieri alienatio- 43
nes rerum feudalium, quia tunc contractus appellabitur conditionalis. *vt in c. 1. in fi. quid ſit inueſtit.* & iſto caſu ſemper tenetur venditor reſtituere precium. *vt voluit Capic. in ca. Imperialem. col. 190. de prohib. feud. alien. per Feder. voluit Paris de reinteg.*

 feud.

feud.al.per Feder.voluit Paris de reinteg.feud.c.239.quidam Baro.n.6. & 7.fol.132. Qui enim domini aſſenſum reſeruat, dicitur eſſe in

44 bona † fide, *vt voluit plura allegans Iac.de S.Georg.in inueſti.feud.§. & cum pacto de non alie.n.6.* & ita fuit determinatum per ſacrum concilium, *vt per eund. Cap.dec.Neap.100.* Quinimò iſta clauſula ſaluo, ac reſeruato regio, ſiue domini cõſenſu, operabitur, quod

45 ſaluatur precium, † & facit præſtare illius intereſſe, *vt poſt multos concludit Ioan. Vincentius Annius in repet.conſtitut.conſtitutionem.num.194.*

Quia tali caſu dicitur emptor eſſe in bona fide, & ideo recuperat precium. *vt voluit gloſ. in verb. nullam.in d. conſtitut.conſtitutionem.* maxime cum ſint vendita franca, & libera, & non vt feudalia, & ideo emptores tanto plus erunt in bona fide, *vt voluit Annius vbi ſupra num.192.* Quod ego etiam probaui ad Bellugam *in Speculo Principis. Rub.2.in verb.tendit ad noxam.& rub. 9.in verb.ad precium.* & ideo D. Franciſcus Antonius Maramonte Baro Minerbini, qui reuocauit feudum à patre venditum ſine regio aſſenſu, à quibusdam de Rondachio, fuit condemnatus ad precium ducatorum quingentorum, & ad illorum intereſſe, & illi ad fructus feudi, per ſacrum concilium. *vt refert Annius in d. conſtit.conſtitutionem. nu. 230.* Præſertim cum in dicto priuilegio ibi (pro Maritagio D. Margaritæ noſtræ dilectiſſimæ ſororis) pateat, quod precium dictorum territoriorum venditorum verſum fuit in vtilitatem vindicantis ac reuocan-

46 tis d.territoria. quo ſtante ſine dubio † tenebuntur ad ipſius precii reſtitutionem. *l.1.ff.ſi vend.pignor.Bart.in l.1.C.de præſcrip. 30.annor.* maxime cum dicti Poſſeſſores, & hodie vendicantes ſint omnium aliorum bonorum heredes eiuſdem venditoris *vt in cap.ſed & res.per quos fiat inueſtitura. Paris de reintegration. c 36.An ſi ruſticus.n.5.fol.22.& Matthæus de Affl.in deciſ.Neap. 278.in fin.* vbi (quod plus eſt) dicit filium & heredem vendentis, reuocare etiam volentis, non ſolum teneri ad precium, ſed ad precium quod hodie res vendita valet, quando eſſet feuda-

feudalis, tamen vendita, vt Burgenſatica, vel allodialis. Quæ eò facilius procedunt in caſu, de quo agitur, cum nullibi fiat mentio, quod territoria alienata eſſent feudalia.

Nec poſſunt etiam dicere DD. Borrellos cecidiſſe in commiſſum, ob canonem non ſolutum, quia ipſi ſoluere non tenebantur † cum res non poſſederint. *l. forma. §. ſi ego. ff. de cenſibus.* vbi hoc tenet Guilielmus de Cun. dicens, idem eſſe in feudo, quod vaſallus ſi non poſſedit, & ſtetit diu non petendo inueſtituram, non ideo cadit à feudo. *vt voluit Paris de reintegr. cap. 43. An ſi res. num. 3. vt etiam in fine. fol. 28.* Et ſic credo fuiſſe reſoluta omnia dubia. Laus Deo. 47

Camillus Borrellus.

CONSILIVM XX. ACADEMIAE HEIDELBERGENS.

ARGVMENTVM.

QVIDAM Baro vendidit cum pacto ordinandi tertiam partem Comitatus ſui certo precio equiti aurato conſenſu totius cognationis, cuius tum intererat.

Deinde poſt aliquot annos, denuo vendidit eandem partem, qua dictum eſt forma eidem emptori.

Poſtremo & tertio vendidit talem partem eodem modo, ſed diuerſa tamen pecuniæ ſumma.

In ſingulis autem contractibus extant literæ ſigillatæ, vel ſigillis ſolenniter confirmatæ trib. temporib. quæ omnes habent ſeparatorum contractuum formam, ita ſc. vt aliæ non

faciant aliarum quamlibet mentionem. Iam heredes venditoris petunt admitti ad redemptionem alienatæ partis comitatus, heredes emptoris admittunt quidem, ſed ſummas pecuniarum exigunt, quæ in ternis literis exprimuntur. Offerunt heredes Baronis venditorisque pecuniam poſtremarum litterarum, exiſtimantes vnum eſſe duntaxat contractum, prioresque literas transfundi in res, quæ vltro datæ ſunt, quod emptores ſucceſſoris negant.

SVMMARIA.

1 *Idem promittens bis vel pluries, non niſi ſemel tenetur. Limitatur ibidem.*

2 *Contractus ſecundus, nihil aliud quam primus continens, nouam actionem non producit.*

3 *Legatum poſterius non valet, ſi idem bis terue legetur.*

4 *Emptio rei propriæ eſt nulla, nec in hoc titulus poſſeſſoris duplicari poteſt.*

5 *Conuentio pignoris in venditionem conditionalem quodammodo redigi poteſt.*

6 *Fundus idem ſemel atque iterum obligari poteſt, & quomodo.*

7 *Pecunia alterius quotieſcunque ad te peruenit, ſiue ex contractu nominato, ſiue innominato, ſiue mediate ſiue immediate, tum rem illi ſemper reddi æquum eſt & bonum.*

8 *Heredes venditoris tenentur ad ſolutionem ſummarum omnium, quæ in literis continebuntur. limitatur ibid.*

Quæritur quid ſit reſpondendum.

SVMMO iure quidem videri cuipiam poſſit, non omnes ternarum literarum ſummas exigi debere. Primum enim generaliter † conſtat, non
1 teneri eum niſi ſemel, qui idem bis aut pluries promittit, *l. qui bis. ff. de verb. oblig.* quæ definitio non ſolum pro-

procedit in ſtipulationibus, ſed etiam in aliis contractibus, vt quemadmodum gloſ. colligunt DD. Quod † ſecundus contractus continens nihil aliud, quam primus non producit nouam actionem *in l. licet. §. ea obligat. in fine. ff. de procur.* 2

Eadem ratione ſi bis † vel ter legetur idem, non valet poſterius legatum, *l. ſi quis teſtamento. §. ſi paterfamilias. ff. de legat. 1. l. cum quæſtio. §. fin. C. de legat.* Loqui enim ſæpius & repetere ſolet teſtator eadem verba, ſed non ſæpius proinde eidem cenſebitur eandem rem legare. *l. Mauius fundum. §. eum qui ab vno. ff. de legat. 1.* Sic & in hoc caſu ſunt quidem de vno eodemque contractu emptionis & venditionis ſcriptæ ternæ litteræ, quatenus ad verborum repetitionem attinet. 3

Verum reſpecta re ipſa non videntur omnes valere, ſed duntaxat primæ, ideo venditor non niſi ſemel obligabitur. Deinde accedendo magis ad ſpeciem, aperti iuris eſt, quod rei propriæ † nulla eſt emptio, nec poteſt in hoc duplicari Titulus poſſeſſionis. *l. cum tres, & in l. ſi mater. C. de contrahenda emptione. l. ſi in empt. § rei ſuæ. ff. eod. tit.* Sed in propoſita ſpecie, Eques ille auratus ſemel emit tertiam partem comitatus, quam emptionem primæ literæ continent: Ergo non potuit eandem partem rurſus emere, ſicut nec Baro vendere. 4

Quare neceſſitas iuris videtur innuere, vt dicamus primas duntaxat literas valere, quibus vna tantum probetur venditio, cæteris ſine effectu manentibus, vt definit Bartol. *in l. iuris gentium. §. adeo. ff. de pact.* allegans *legem. ſi id quod in principiis. ff. de reſcindend. vendit. Paulus Caſtrenſis in l. qui bis idem, ff. de verb. oblig.* & conſequenter ſi redemptio debeat emptioni reſpondere, non videbitur venditoris ſucceſſor teneri, vltra quàm vt ſoluat ſummam pecuniarum, quæ eſt in literis primis, non autem ſummas aliarum literarum.

Et profecto iſta ſummarum allegatio videtur habere magnum colorem, & eſt in ſe iuſta, verum collata ad circumſtantias huius cauſæ, non procedit vrgente in diuerſam partem

iuſtitia & æquitate ideoque faciliter impingeret is, qui ſpeciem hanc facti non diligentius expenderet, quam contextus verborum oſtendat.

Inprimis contractus iſte, qui proponitur, nō eſt tam ſimplicis emptionis & venditionis, vt nō aliquid accipiat ex pignoratitio contractu, ſecundum communem & popularem exiſtimationē. Vnde nobiles ſolent talia bona, quamtumuis empta, vocare Pfandtgüter / ad differentiam aliorum bonorum, quæ vocant Erbgüter. Neque vero hoc eſt nouum aut iniquum. Nam po-
5 teſt pignoris † conuentio redigi quodammodo in venditionem conditionalem, *l. ſi fundus, §. fin. ff. de pignor.*

Itaq; nihil prohibet tali modo vnam eandemque rem ſæpius alienari, reſpecta potius obligatione vera quam venditione af-
6 fecta. Poteſt enim idem fundus † ſemel atque iterum obligari. *l. Claudius fælix. ff. qui pot. in pig. hab.* & hac ratione omnia poſſunt dilui ſuperius de emptione & venditione allegata. Quoniam non eſt proprie iſta perpetua emptio & venditio, nec erat mens contrahentium vt eſſet, ſed habet aliquid pignoratitii contractus. Secundo poteſt Dominus ſuam rem emere ratione iuris, quod venditor in ea habet. *l. ſi in emptione, §. rei quæ. ff. de contrah. emption.* Sed in hac cauſa Baro venditor, vtique non vendidit proprietatem & directum dominium comitatus, quod euidenter apparet ex literis, quia inueſtiuit emptorem de vendito iure feudali. Ergo dicunt tale ius iterum emi alio atque maiori precio, nec poteſt dici rem quandam emiſſe, quæ magis erat venditoris quam emptoris.

Iſtud confirmatur expreſſe per Vlpianum, qui definit ſecundum Iulianum, quod fundus venditus poteſt ſemel atq; iterū addici in diem, *l. quod autē. Sab. ff. de in diem addict.* Sic in caſu noſtro potuit optima ratione Dominus Baro venditor proprietarius feudale ius ſemel venditum iterum alienare, vt maius acciperet pretium, & haud dubie hęc fuit mens contrahentium eo tempore priſco, quod ſimpliciſſimum erat, minimeque capax magnæ

magnæ ſubtilitatis inter emptionem & venditionem cum pacto redimendi & pignoratione. Tertio apertiſſimum ius eſt & æquum, quod qui † bis vel ter promittit eandem quantitatem pecuniarum, is tenetur de omnibus ſummis. Ita Iaſ. rationabili omnium DD. ſententia determinat textum ſuperius allegatũ, *in l. qui bis idem. ff. de verb. obl.* Sed hic extant literæ ſolennes & ſignatæ ternæ, in quibus confitetur venditor ſe recepiſſe qualibet vice pretium & diuerſæ quantitatis pecuniariæ. Igitur heredes venditoris, ſi redimere voluerint ex pacto venditioni adiecto tenentur ſoluere omnes ſummas in literis contentas.

Hæc ſententia confirmatur indubitabili fundamento iuris & æquitatis. Nam quotieſcunq; pecunia † alterius ad te peruenit, ſiue ex contractu nominato ſiue innominato, mediate & immediate: tum eam illi ſemper reddi æquum & bonum eſt. 7 *l. ſi & me. & l. Titium. ff. ſi cert. pet. l. perpetuo. ff. de contradi. ob turp. cauſ.* Sed in iſto, quod tractauimus, negotio, Eques auratus emptor numerarat tres pecuniarum ſummas diuerſis temporib. & heredes eius habebant de omnibus diuiſas ſolennes & integras literas, quas ſane occultiori oſtendunt fide. Ergo ſucceſſores Domini Baronis non poſſunt recuperare tertiam comitatus partem niſi totam pecuniam, ſecundum æſtimationem in litem factam perſoluerint ſiue dicamus emptionẽ & venditionẽ cenſeri, quæ reuera communem habet naturam pignoratitii contractus, ſiue nũcupemus veram ac propriam venditionem eam cum pacto redemptionis, ſiue demum aſſeueremus, negocium quoddam ſimplicis illius ſeculi extra omnem formã iuris innominatim & nominatim, imo & ſi tentet quis affirmare inualidum fuiſſe contractũ, nam hoc ſaltem verum manet ac validum, oportet fateri quod pecunia trium ſummarũ peruenit ad venditorem, vt ex literis apparet.

Quod ſi quis dicat dubium eſſe, vtrum iſtæ tres pecuniarum ſummæ peruenerint ad venditorem. quid enim ſi literę vltimę ex animo nouandi ſint ſcriptæ, vt priores eſſent inanes? quæ ta-

tamen ſimplicitate quadam aut bona fide fuerint apud venditorem relictæ. Sæpius alias hoc factum eſſe, teſtantur multa cauſarum exempla.

Hanc obiectionem diluit apertus textus *in l.50.de probat.* vbi Celſus loquens de actore qui petit duplicem ſolutionem pecuniæ ex literis, quę duplici ſcriptura fuerant repetitæ: Reus vero excipit, non niſi ſemel eſſe ſoluendum, cum ſit eadem res & poſterior ſcriptura videatur inanis, vter hic debeat probare. Prima fronte inquit, æquius videtur, vt petitor probet quod intendit, ſed interdum probationes quædam à Reo exiguntur. Nam ſi creditum petat, ille reſpondeat pecuniam ſolutam eſſe, ipſe hoc probare cogendus eſt: & ſic igitur cum petitor duas ſcripturas oſtendit, heres poſteriorem inanem eſſe dicit, ipſe heres id approbare iudici debet. Hæc ille.

In præſenti autem cauſa eo magis id eſt verum, quod ſtandum ſit ternis literis æque ſolennibus. Quia non continent iſtæ literæ eandem pecuniarum ſummam, ſed omnino diuerſas

Et vltimæ non ſunt cauſæ, vt primas comprehendant. Ergo nihil poteſt præſumi pro heredibus venditoris.

Ex quibus omnibus reſpodetur ſecundum ea quæ proponuntur, heredes † venditoris teneri ad ſolutionem ſummarum omnium, quæ in literis continentur, niſi priores literas per nouationem manus euidenter probauerint.

Decanus & Profeſſores Facultatis Iuridicæ Heidelbergenſis.

CONSI-

CONSILIVM XXI. IOANNIS BAPTISTAE LADERCHII IMOLENſis IC. præclariſſimi.

ARGVMENTVM.

Legitimationem factam per Comitem Palatinum in terris Eccleſiæ valere, in caſu, de quo agitur, defenditur.

SVMMARIA.

1 *Legitimare an poſſit Comes Palatinus in terris Eccleſiæ, & è conuerſo, & per totum, & caſus diſtinguitur. n. 10.*

2 *Legitimatio dicitur voluntariæ, non contentioſæ iuriſdictionis.*

3 *Iuriſdictio voluntaria vbique exercetur, & illius exercitium maioribus magiſtratibus conceditur.*

4 *Imperatores & Reges in alieno territorio creant Equites, & alias conferunt dignitates.*

5 *Legitimatio quoad perſonam, quicquid ſit quo ad bona, valet in alieno territorio.*

6 *Pater, qui filium legitimare curauit, etiamſi Iudex fuiſſet incompetens, lapſo decennio, non poteſt venire contra factum ſuum.*

7 *Pater filio naturali, pro libito, relinquere poteſt.*

8 *Intellectus ad textum in cap. per venerabilem. qui filii ſint legitimi.*

9 *Couarru. de ſponſ. §. 8. c. 8. declaratur.*

11 *Legitimatio differt à iure ſuccedendi.*

12 *Ferrariæ ex permiſſione quadam ſereniſſimi Ducis, ſubditi ſui legitimati à Comite Palatino, ſuccedere poſſunt.*

13 *Ferrariæ ciuitas in aliquibus conſideratur, vt propria ſereniſſimi Ducis ob ſupremam eius auctoritatem.*

QVÆSTIO hæc, an Comes Palatinus in terris Eccleſiæ, natalib. reſtituere poſſit, † eſt protrita; ſed ob
1 varias Doctorum opin. difficultate non caret. Si generaliter quæramus profectò, omnes ferè volunt, ob diſtincta dominia Eccleſiæ, & Imp. non licere his Comitibus in eccleſiaſtica ditione indulta imperialia exercere, *vt in c. per venerab. qui filii ſint legi. & in locis inf. alleg.* Si vero conſentiãt, quorũ intereſt, adeo Dd. controuertunt, vt neſcias facile vtra opinio verior ſit, & receptior. Operę precium ergo duxi, quo potero breuius, totam hanc rem diligenter pertractare.

Prima facie igitur videretur, etiam patre volente, legitimationem eſſe inualidam. nam id videtur expreſſum in dicto cap. *per venerabilem.* vbi ſum. Pontifex ideò videtur ſe abſtinuiſſe à legitimando; quia petens legitimationem ſubditus erat Francorum Regi: & tamen pater ibi erat, qui ſupplicabat.

Secundò, quia poteſtas, quæ exigitur in actu legitimationis eſt ex his, quæ in teſtimonium ſupremæ auctoritatis Principibus attribuuntur. *Butri. & Abb. d. cap. per venerabilem. Pariſ. conſil. 2. in ſecundo. cum aliis, de quibus Roland. conſil. 88. in princip.* quæ prorogationem non recipiunt, *vt per eoſdem Butr. & Abb. vbi ſupra. Rui. conſ. 66. in 3. cum ſim.*

Tertiò quia Imp. nullam poteſt exercere iuriſdictionem in Pontificio Imp. *Clem. Rom. de iureiur.* & ita arguit Anch. *conſ. 321.*

Quartò quia facultas legitimandi dicitur cohærere territorio, *vt per Bal. conſi. 146. in pr.* Quintò, ſaltem in caſu propoſito, in quo ſubditus Sereniſs. Dn. noſtri fuit legitimatus videtur proculdubiò concludendum, legitimationem eſſe inualidã: quia cum Dd. inuicem contradicunt, ſolet ea ſententia recipi, quæ diſtinguit. Sed Corn. in *conſ. 1. in 3. & conſ. 9. in 4.* viſus eſt diſtinxiſſe, an legitimetur ſubditus ſuus in alieno territorio, an alienus, vt primo caſu valeat, non altero, ergo: Et hanc diſtinctionem pleriq; videntur ſequuti. *Cap. conſi. 2. Rui. conſ. 67. n. 3. & con. 69. n. 5. in 3. Dec. conſ. 150 & conſ. 557 Fer. conſ. 105. Couar. de ſponſ. § . 8.*

c. 8.

c.3.n.14.Reſt.de Im.q.102. Boſ.in pr.n.181.& quidam int. conſſ.Por. con.106. Sextò,quia plurimi generaliter hanc opin.ſequuti ſunt, *Bal.l.1.nu.5. C.de iure au.ann.& l.eam quam.n.28.C.de fidei.& conſ. 306.in 2.Anch.fusè.d.conſ.320.Caſtr.conſ.343.in ſecundo.* qui agit de legitimatione facta à Com.Palat. *Fer.Abb.d.c.per venerab.vbi etiam Butr.Fulg.conſ.23.Homod.conſ.119.Cur.conſ.65.n.15.& conſ.78. 28.Affl.c.1.§.naturales.ſi de feud.fuer.contr. Soc.conſſ.47.in 4. Ruin. d.conſ.66.& conſ.77.eo.Iaſ.conſi.70.in 3. Dec.conſ.præalleg.Sylua.45. Caſſ.conſ.31.Pariſ.prout eum citat Rol. d.conſ.88.conſ.1.n.103.in prin. & conſ.2.in 2.Alc.reſponſ.201.& reſponſ.215. Soci.iun. conſ.99.in 2. & conſ.100.* vbi dicit magis communem. *Rolan. d.conſ.88.& ille int. conſſ.Port.d.conſ.106.Ceph.conſ.22.n.78.*

Sed his non obſtantibus,ipſe in pręſenti caſu aliud exiſtimo, ſecundum ea quæ proponuntur: & proximis diebus nolui in ſimili cauſa contra legitimatum conſulere,quamuis non incelebris Doct. conſultatio, cui ſubſcriberem, mihi exhiberetur. Adducor autem ex infra ſcriptis.

Primò, quia certum eſt legitimationem eſſe iuriſdictionis voluntariæ, † non contentioſæ: nemo enim inuitus fit legiti- 2
mus,text.eſt clarus in auct.*quibus modis nat.effic.ſu.§.generaliter.* ſed iuriſdictio voluntaria vbique exercetur, etiam inter non ſubditos,ergo.

Id autem probatur manifeſte,*in leg.2.de off.procon.& leg.*quam Baldus etiam ibi accipit in non ſubditis. Exercitium enim hoc voluntariæ iurisdictionis conceditur † maioribus magiſtratib. 3
penes quos eſt legis actio,ob eorum maieſtatem,vt ibi,*& l.4.de adop.*quod autem eſſet legis actio,declarant Bud.*d.l.4.& Alci.li. 3.c.2.parerg.* & idcirco legatus procōſulis talem iuriſdictionem non habebat,cum nec etiam legis actionem.*d.l.2.& l.3.apud.de man.vind.*vbi IC.inquit apud Proconſ.cum vrbem egreſſus eſt, manu mittere poſſumus ecce generaliter poſſumus,nō autem ait poſſunt ſubditi. imò verò, vt Romæ degens loquitur, hoc ſenſu, nos, qui in vrbe ſumus, manu mittimus apud Procon-

ſulem egreſſum Roma. & ideò glo. *in l. emancipari. de adopt. in 1. lect. quam Fulg. ibi poſt Bar. ſequitur*, etiam inter non ſubditos, voluit exerceri iuriſdictionem voluntariam, quod eſt etiam ex mente Zaſ. *in l. fin. poſt Iaſ. ibi de iur. omn. iud.* Et profecto ſi hoc inde penderet, an quis eſſet ſubditus, nec ne, non erat conſtituendum diſcrimen inter maiores, & infimos magiſtratus, cum ſubditi ſimus eodem modo, quò ad vtroſque, ſed totum hoc in honorem maiorũ fuit permiſſum. quod ſi id magiſtratibus Ro. quid de ipſo Imp. dicemus, qui eſt fons omnium dignitatum? *Bal. con. 218. & conſ. 355. in 3.* nec quicquam facit, quod aliqui reſpondent ideò ita receptum, quod omnes iudices erant ſub Romanorum Imperio: quia, etſi id verum ſit, diſtinctæ tamen erant Prouinciæ, nec vnus poterat alterius iuriſdictionem vexare. *l. final.* vbi gloſ. pares facit hac in re ſubditos non ſubditis, de iure omn. iud. totum ergo hoc imperio, & poteſtati magiſtratus donabatur.

4 Secundò, certiſ. eſt Impp. & Reges † in alieno territorio creare Equites, & alias conferre dignitates, *vt per Bart. in l. 1. num. 18. C. de dign. lib. 12.* quem ſeqq. & Deci. & Marſil. *d. l. fin.* & alibi paſſim Doct. cur ergo non legitimabit?

Nec dicatur agi hic de præiudicio alterius, nec debere Imperatorem alicui inuito agnatum, ſeu heredem parare: quia, vbi is de cuius bonis agitur, conſentit, volenti non fit iniuria. Valida ergo fit ſaltem legitimatio, quoad conſentientes quicquid ſit quò ad alios.

Quare cum pater hic per ſe curauerit, vt filia natalibus reſtitueretur, quod ad eum legitimatio ſubſtat. Rurſus præiudicium hoc non eſt conſiderabile in aliis, patre excepto, qui bona ſua per teſtamentum cuicunq; poſſunt relinquere.

Sic etiam obſeruatur, vt Comites Palatini creent Tabelliones, & Doct. in quibuſq; locis, qui poſt vbique terrarum officio ſuo fungi poſſunt. *Bart. d. l. 2. de off. pro. cum ſim.* quare non video, cur non idem ſit in legitimatione.

Tertiò, hoc eſt certiſſ. quod ſi filius naturalis legitimatus eſſet † in terris Imp. is eſſet vere legitimus ſecundum omnes: 5
& ſi forte legitimatio ad bona ſita extra Rom. Imp. non traheretur, quid ergo refert, an in terris Eccleſiæ, an Imp. legitimatus ſit? cum facile hoc impetrare potuiſſet & legem eludere. *l.2.C. commun. de leg*. & ideo verius eſt etiam in terris Eccleſiæ legitimatum, quo ad ſtatum eſſe legitimatum, etſi aliud quo ad bona diceremus. *Præpoſ. Alexand. d. c. per venerab. n.71.* nec vllus eſt ex Doct. qui teneat contrà, qui audeat negare, quoad perſonam, legitimationem valere: quia reſtituere poteſt natalibus Imp. & abolere maculam naturæ, quam lex induxit, cum & legem abrogando & condendo, vniuerſos homines obliget, *vt per Aret. num.2. in lib.1. C. de ſumm. tri. & idem trad. illic Repet.* Quod ſi id ita eſt, nihil repugnat, cur pater non poſſit approbare legitimationem, etiam quo ad bona. Et hæc ratio eſt concludens.

Quartò, quoties pater ipſe legitimari curauit, & decennium † lapſum eſt ab ipſo actu, ille non poteſt venire contra factum 6
ſuum, etiam ſi iudex fuiſſet incompetens, & ſine iuriſdictione. hic eſt caſus *in l. poſt mortem, de adopt.* quam Bart. & alii ſic intelligunt, & idem latius traditur à Bald. Salic. & Caſtr. *in l. ſi pater, C. ſi adu. rem iud.* & quod illa *l. poſt mortem.* loquatur, quando actus erat nullus, ob iuriſdictionem ineptam. Bald. *ibi. in 2. lect.* & Alb. dicunt, imò vero Albe. ibi ponit exemplum in emancipatione facta coram magiſtratu, & ita apud eum, qui omnino priuatus erat.

Et arguunt noſtri ab emancipatione ad legitimationem *l. penult. vbi Bart. Bald. & Salic. C. de emancipat. lib.* Et reg. d. l. *poſt mortem.* exceditur per omnes, ibi, ad quoſcunque actus factos præter legẽ, qualis eſt legitimatio in propoſito, ſi verum fateremur, non licere Imp. non ſuos ſubditos legitimare. Sed hæc magnifica Domina ad preces patris legitimata eſt, & per multos annos quod magis eſt, vt legitima ſe habuit, vt notum eſt

omnibus, & facile probari poſſet, etiam ex ipſo teſtamento paterno, ſi quaſi poſſeſſionem legitimitatis hic exigeremus, cum tamen ſolus temporis curſus, ſecundum Dd. ſufficiat: ergo heres patris nihil poteſt allegare contra filiam, cum eodem iure vti debeat, quo teſtator. *l. cum à matre. C. de rei vind. l. qui in ius. l. nemo. de reg. iur.* & hoc eſt perpetuum, vt heres factum teſtatoris impugnare non poſſit, vt alias latius docui.

7 Quintò, poteſt pater, † pro libito, de bonis ſuis diſponere, & filio naturali etiam relinquere. *aut. licet. C. de nat. lib.* & per nominationem illum legitimare. *aut. item ſi quis. C. eo.* quanto magis ergo Imp. vel eius Com. legitimanti conſentire. Sextò, extãt multæ confeſſiones patris, tam in contractibus, quam in teſtamento, in quo filiæ relinquit pro omni portione ei iure naturæ debita: ergo vel eſt filia iuſta, vel legitimata. his n. ſolis naturali iure debetur portio. *l. cum ratio, de bo. dam.* Et hic actus, qui filiæ tantum conuenit, conſtituit eam in quaſi poſſeſſione legitimitatis, *vt per Rui. conſ. 53. n. 6. in 5. alios citantem.* Nec video quomodo poſſit facile hæc res venire contra has confeſſiones.

Vltimò, hanc ſententiam, quod patre volente Com. Palat. in terris Eccleſiæ legitimare poſſit, ſi ab autoritate arguere liceat, plures ſecuti ſunt, & eſt hodie receptior, & illius fuit anteſignanus Iaco. Bel *in No. quib. mod. nat. in prin. & eam probant Bar. con. 35. Bal. clarius loquens in proœ. C. n. 8. & ſeqq. & Barb. in add. ad eum.* qui refert ſe Bononiæ ita obſeruaſſe, *& idem Sal. ad fi.* qui retorquet illam Cle. Rom. contra aduerſarios, *vt per eum Bald. idem conſ. 67. in fin. in pr. & conſi. 403. in fi. in 3.* vbi quod non poteſt legitimari in præiudicium eorum, qui non conſentiunt, *Caſtel. conſ. 402. & d. l. emancip. de adop. Al. in Rub. C. de nat. li. n. 14. Caſt. cõ. 222. conſ. 223. & con. 230. in ant. quæ non ſunt in nou. conſ. 180. in pr. & con. 125. in 2. Ia. Zoc. & Car. Alex. in d. c. per venerab.* probat hanc opin. ex multis. *& n. 71.* reſpondit his quæ cõtra adducũtur. *Soc. d. con. 47. in 4.* qui in cõtrariũ à Rol. citatur. vbi reſõp. d. clem. Rom. & aliis & quib. Anc. *in d. con. 320.* Sed id mirũ nõ eſt: quia Dd. noſtri ple-

plerunq; parum legunt, quæ citantur vt ex inf.dicẽdis patebit. Dec.etiam parum ſibi conſtans in pleriſq; locis hanc opin.ſeq. *in conſ.52.in pr. & conſ.55.& conſ.207.n.7.& conſ.508.nu.7.*ſed & in *d.con.150.*licet teneat contra Bald. & Caſt.in locis de quibus ſup. fatetur D.communiter eos ſequi, *vt in pr.conſ.* & quamuis cõminiſcatur poſt diſtinctionem illam, *ex Corn.d.conſ.1.& d.con.9.* tamen certe *Corn.in d.conſ.1.* loquitur, quando legitimatio fiebat ſine conſenſu patris, vt conſtat ex his, quæ ſubiicit *n.18.in fi. vbi refert Caſt.in d.conſ.230.* Sed & in *d.conſ.9.* non omnino improbat Bal.& Caſt. & licet dicat quod Dd. qui tenent Imp. non poſſe legitimare, innituntur defectui poteſtatis, tamen infra ſubdit, eorum dicta limitentur, quoad bona paterna, legitimatio valebit. & ita Cor. non eſt auſus nominatim damnare Bal. & Caſt.ſic & Cap.*d.conſ.2.*videtur potius inclinare, quod etiam non ſubditus patre volente legitimetur, vt apparebit ſubtiliter intuenti: quamuis alii recentiores, Dec. exemp. hunc etiam citent cum Corn. Quin & idem Corn.*conſ.245.n.15.in pr.*noluit tales Com. legitimare poſſe, quando facultas eſſet reſtricta ad totum Rom. Imp. aperte ſentiens ſecus, vbi generalis ſit, vt hic, vbi dicitur, *vbiq; locorum*, quæ clauſula intelligitur repetita in ſingulis capitib. Imp. indulti, tum ob dictionem, inſuper, de qua in illo, quæ habet naturam repetitionis, *vt per Bart.l.in repetentis. de legatis 3.* tum quod verba ipſa ſunt generalia, & ideo intelliguntur generaliter. *l.1.§.hæc autem.de leg.præſt.* eandẽ opi. amplexi ſunt etiam Pariſ.Put.de ſynd.*§.quæro.n.5.Bert.conſ.227. n.17.in 3.& clarius a clatius conſ.26.n.9.& ſeqq.in 3.al.in 5.Goz.con. 48.n.6.Roſel.in tr.leg.li.2.n.31.* vbi ait vera eſſe quæ tradd.Bald.& Caſtr. vbi ſup.ſi ſequamur ſentent.illam, quod ſit prorogabilis hæc facultas vt ipſe tenet d. loc.*n.15. Lau.in q. Aug.n.79.& n.99. & con.60.*vbi Plo.qui ſupponunt legitimat. Mediolani à Com. Pal.factã valere.*Sard.de nat.lib.rub.de legi.per reſc.* ſi recte intelligatur Pe. Vbal.*de ſuc.ab int.n.30. Pariſ.conſ.1.in pr. & con.1.n.8.& conſil. 10. num.119. in 2. Cagn.d.l.fi.nu. 25. de iur.omn.iud.* Alc. ſibi contrarius, *reſponſ.530.num.14. Cro.conſ.60. in fin. & §. & quid ſi*

tantum. l. Gallus. in fin. de lib. & poſthum. vbi dicit magis communem, vt etiam Reſtau. *d. quæſt. 102.* quicquid infra diſtinguere videatur. *Iacob. A Emil. conſ. 132. n. 7.* vbi de communi. Bero. *conſ. 169. in ſecundo. Portol. conſ. 105. & nouiſſime Lancil. Peruſ. ad vlt. vol. conſi. 186. nu. 27.* qui & ipſe magis communem, & ab ea non eſſe recedendum in iudicando teſtatur.

Et hanc opinionem, vt talem ſecuta fuit Rot. Rom. vt habetur in Recollect. Caputaquen. *deciſ. 146. & ſeq. lib. 2.* refert, & ſequitur, ac plene comprobat, quicquid dixerit Rolan. *d. conſil. 81. Merzar. in ſuo conſ. 10. poſt n. 324. & ſeq.* quod fuit ſubſcriptum à Decia. Torniel. Port. & Mant. vt ibi, & pro hac parte fuiſſe iudicatum teſtatur idem Merzar. *in ſuo epit. fideicommiſ. quæſtio. 30. & nouiſſime hanc tenuit Surd. conſi. 1. num. 37. & ſeq. & Paſchet. conſ. 72. num. 12.*

Ex quibus clare liquet hanc opinion. tum autoritate, tum ratione prçualere: quod etiam ex diſſolutione obiectorum manifeſtius patebit.

8 Non obſtat ergo primò, dictum c. *per venerabil.* † *qui fi. ſ.* Quia reſpondetur ex pleriſq; ſummum Pontific. ibi legitimationem detrectaſſe.

Primò quia dubitabat, an ſedes Apoſtolica poſſet, quod tamen multis probat.

Secundò, quia in contemptum Eccleſiæ Pater aliam duxerat.

Tertiò, quia ſine cauſa diuerterat.

Quartò, quia ex damnato coitu filij illi ſuſcepti erant: & huic rationi omnium maximè hæſit S. P. vt ibi, quia tam lex Moſaica, quàm Canonica ſobolem ex adulterio ſuſceptam deteſtatur.

Et quamuis addat etiam illum non recognoſcere ſuperiorem, tamen hæc ratio non eſt finalis, ſed impulſiua, vt dicunt: quod probatur ex dictione, Præſertim, de qua in principio, quæ alterum etiam caſum includit, *iuxta trad. per Deci. l. qui ſe patris.*

patris.C.vn.lib. Et ideo cum concludatur illic Sum. Pont. poſſe legitimare, præſertim non recognoſcentem alium, neceſſario etiam continetur caſus, quando recognoſceret.

Et hoc euincunt rationes allatę ibi. nam prima ſi in ſpirituali, ergo & in temporali: concludit in omnib. locis, cum Pontifex de iure ſpiritualem iurisdictionem vbique exerceat. Sic & altera de illo qui in Epiſcopum cooptatur. & tertia, quod monſtroſum ſit, quemquam eſſe, quoad eccleſiaſtica, legitimum, non quoad temporalia. Idem etiam probant illa verba: Id autem in patrimonio Diui Petri libere poteſt Apo. Sede efficere: quorum is eſt ſenſus. vbi Pont. vtitur Principis poteſtate, non egemus rationibus, quia certum eſt libere poſſe: ſed quæ hactenus dicta ſunt ad aliorum Principum iurisdictionem pertinẽt, quando S. Pont. vellet legitimare in eorum Imperio: nam quo ad patrimonium D. Pet. vbi ſummus eſt Princeps dubitari non poterat. Quare ſi attente & diligenter Pontificia hæc conſtitutio perpendatur, adiuuat noſtram ſententiā. Imo vero in Imp. ipſo ex pleriſq; nō eſſet locus vllus dubitationi, cuius quanta ſit in temporalib. auctoritas, nemo eſt qui ignoret, ſed nolo nunc ipſe latius de hac re diſſerere de qua in pleriſq; locis aguntur noſtri, & extant integri tractatus. ſatis nunc mihi ſit commonſtraſſe, quod hoc capit. non impugnat, ſed potius tuetur opin. affirmantium, nec video quid citra cauillum reſponderi poſſit, ſi rem ita conſideremus. Huic etiam c. reſpond. Præp. illic *nu.69.* *& Caſtr. d. conſil. 222.* & ego inferius aliter etiam reſpondebo.

Secundo non obſtat, quod hæc facultas ſit de reſeruatis Principi, quia reſpond. ob id non inferri, quin Imp. ſupremus Princeps, qui pro iure ſuo habet hoc, poſſit legitimare. aliud eſt enim, quā quid reſeruetur Principi. nam tunc cæteris inferioribus negatur, non autem alii Principi quicquam adimitur: aliud quod Sum. Pont. vel Imp. tanquam Principes vetent, ne alter in alterius iuriſdictione iuriſdictionē etiam voluntariā exerceat, vt inf. dicam diſtinguēdo. Nam hoc caſu prorogatio prohibetur. *Port. d. conſ. 105. n. 15. & 16.*

Tertiò non obſtat Cle.Romani,quia vt dixi,Sali.& Socin.reſpondent vbi ſupra. & profectò verba illa, *quamcunque iuriſdictionem*, vt Soci. vult, intelligi omnino debent de contentioſa, vt præcedentia indicant,ibi,haberet,teneret poſſeſſiones,&ibi Capitaniæ, ac Poteſtariæ. regulare eſt enim, vt priora à poſterioribus declarentur.*l.ſi ſeruus.§.fi.de leg.1.cum ſim.*

Quartò non obſtat, quòd facultas legitimandi hæreat territorio.*Bald.conſi.146.in prin.* quia Baldus loquitur de eo, qui habet facultatem legitimandi, tanquam Princeps in aliquo territorio, non tanquam ab Imp. nam hoc caſu per totum Rom. Imperium legitimabit. quia non cohæret tunc territorio, vt ibi.

Secundò reſpond. cohærere hanc facultatem territorio, niſi is,cuius intereſt,conſentiat..

Non poſſit patre inuito Imp. legitimare, at eo volente, quid prohibet?

Quintò non obſtat diſtinctio Corn. *d. conſ.1.* quia ſupra reſponſum eſt.ſed † & Couar.*in d.§.8.c.8.* falsò adducitur in hanc
9 diſtinctionem, ex Bal. *in l.1.C.de iur.au.ann.* quia ſi is diligenter legatur, contra expreſſim ſentit. loquitur n. quando ille, cuius intereſt,non conſentit, vt probant ea verba,non poteſt dici facta prorogatio ſine conſenſu eorum, de quorum præiudicio agitur.& hæc ex eod.Bal.*d.con.67.in pr.& d.conſ.403.in fi.3.*Rurſus Bal.de legit. quæ exigit cauſæ cognitionem, quia arguit ab arrogatione, quæ non præuia cauſæ cognitione fieri nequit. *l.ſi pater.§.in arrogationib.de adop.* Sed plerunq; ſolent noſtri negligenter legere,quos citant, & id euenit hic Couar. Non obſtat ſextò, quod multi hanc opin. ſecuti ſint, quia ſi plurimi ex his perpendantur,potius contra ſentiunt: adeo parum Dd.aliquos pudet,autoritates multas in vnum veluti faſciculum nullo delectu coniicere,modo pecuniam corradant. *nam Bal.in d.l.1.C. de iu.au.an.*vt iam docui,ſtat à noſtris. Idem *in l.eam quam,nu.38.* non tractat,quando pater conſentit.imò dum ait per Imp.non

poſſe

poſſeſſico Eccl. præiudicari, indicat ſe dè hoc caſu nõ loqui, cũ non Imp. ſed pater potius hic dicatur prę iudiciũ adferre, ſi modo prę iudiciũ vllũ eſſe poteſt, quãdo ille in mare patrim. ſuum ꝓiicere poterat. *conſ. etiã 306.* eiuſdem Bal. non repugnat: quia ille erat natus ex moniali. & ideo ſecundum eum *nu. 2.* non poterat legitimari. item alii filii erant ibi, quib. aliquo modo præiudicium infertur. & conſiderabile eſt, an pater qui impetrat legitimationẽ, habeat alios filios, an non. Doct. *d.* §. *& quid ſi.* & alibi paſſim. Rurſus Bal. ibi loquitur ab inteſtato: ex quo enim datum † erat ius ſuccedendi, ſed ſpurius vere nõ erat legitimatus, 11
non potuit Imp. facere, quod in prę iudicium legitimorum talis ſuccederet, qui voluntatem patris non habebat. Sed ſi pater eum inſtituiſſet, innuit Bald. quod vna cum fratribus æque ſucceſſiſſet. is ergo, cui ius ſuccedendi tantum datur, non ſuccedit in terris Eccleſiæ, quia quo ad bona Imp. non poteſt diſponere in præiudicium aliorum, niſi pater illum inſtituat, ſed qui etiam legitimus ſit vbicunq; ſuccedit, poſtquam ex legitimatione ius acquiſiuit. But. etiam *d. c. per venerab. n. 12.* ſi teneamus, quod iuriſdictio hoc ſit prorogabilis. trad. valere, conſentientib. quorum intereſt. & huc inclinant Anch. ibid. & Hen. Bo. *n. 9.* Fulg. etiam *in d. conſ. 23.* refert, quod non conſtabat, preces à patre oblatas, nec principaliter hac de re agit, pariter Hom. *dicto conſ. 119.* quod imp. non poteſt, niſi conſentiat, cuius intereſt, *& Cur. d. conſ. 65. nu. 15.* vbi ait, ſi de patris tantum præiudicio agatur valere legitimationem, & citat Ang. *dicto conſil. 350.* & *Laud. d. diſputatione. Auderius in conſi. autem 74. quando ſine patris conſenſu, vt n. 29. Socin. d. conſ. 47.* vbi dixit, apertiſſime nos tuetur. *Caſſan. d. conſil. 31.* non attingit, quando pater conſentit, vt nec Luc. Penn. *l. eos. C. de his qui ſp. mu. ſu. lib. 10.* Pariſ. *dicto conſ. 88.* itidẽ ſequitur noſtram ſententiam, & *in conſ. 2. in 2.* nullibi expreſſe contrarium dicit. Sylu. etiam *d. conſ. 45.* non omnino, id apetit, adeo vt, ſi diligens ineatur Docto. calculus, longe plures habeat pars noſtra, vt facile conſtet, Soci. iun. *d. conſ. 100.* falsò aſſeruiſſe

contrariam eſſe receptiorem. Sed & conſilium Caſtr. *343. in 2.* qui in hoc articulo fuit ſibi contrarius, licet nemo ex noſtris aduerterit, parum facit: nam argumentatio illa, quod notarius patre volente legitimaret, puerilis eſt, quia hic nullam habet iuriſdictionem talem, & ideo prorogatio non admittitur, *vt per Præp. d. c. per venerab. nu. 80.* aliud enim eſt in Com. Palat. §. qui (omnibus fatentibus) in Rom. Imp. reſtituit, aliud in notario, vel alio quocunque iudice, qui nuſquam exercet hanc poteſtatem. Ruin. etiam & Dec. ac aliis quibuſdam reſpondit Port. *d. conſ. 104. n. 10 & ſeqq.*

Et ex his concludo verius eſſe, ac receptius, vt Com. Palatin. de patris voluntate in terris Eccleſiæ legitimare poſſit.

Nunc ad pleniorem huius rei cognitionem aliquot caſus ſubiiciam, ex quibus tota hæc res perfecte declarabitur.

Primus eſt, quando Imp. vel eius Com. ſine conſenſu eorum quorum intereſt, legitimorum iuri reſtituit: & aliqui voluerunt valere legitimationem, quod multis rationibus defendit Cald. *conſ. 3. qui fil. ſint legit.* ſed certe communis eſt in contrarium. plures enim approbant ſententiam Iac. But. *l. 3. de off. præ.*

Secundus eſt, quando legitimatio nullam exigit cauſæ cognitionem, eo, quod nulli præiudicium infertur, & tunc legitimatio valet: & ſic aliquot ex præallegatis diſtinxerunt, & nominatim Decius ita opinionem conciliat. *in dicta l. final. num. 6. de iure omn. iudic.* & idem ſentit Præpoſitus *dicto cap. per venerabilem. num. 84. & ſeqq.* & hæc diſtinctio ſummam habet rationem: quia iuriſdictio hæc eſt omnino voluntaria, cõuenitque caſui propoſito: cum patre legitimationem petente, non ſit locus vllus cauſæ cognitioni, præterquam quo ad perſonam legitimati, *vt per Bartolum dicto §. & quid ſi. & Doctores dicto cap. per venerabilem. ibi, inſpectis cauſis. & in terminis per Alex. conſ. penult. n. 19. & 25. in 5.*

Tertius eſt, ſi pater petierit, & tum idem eſt, ex ſupra dictis.

Quartus eſt, quando Dominus loci ab Imp. iuriſdictione ſubditos ſuos exemit aliqua conſtitutione, & tunc ſiue pater, ſiue alii conſentiant, ex quo poteſtas deficit, legitimatio inualida eſt, & ita diſtinguit Port. *in d. conſil. 105.* ſed certe hæc fuit diſtinctio Butr. *in d. l. 3.* qui vt refert Baldus *in dicto proœmio. C. num. 8.* dicebat non valere legitimationem quoties exempti eſſent ſubditi Rom. Imp. & idcirco etiam patre non conſentiente, modo non repugnet Dominus, valebit legitimatio. quia cum hæc facultas ſit habitu penes Imperat. vbique illam exercere poteſt, volente Domino loci.

Et hæc eſt communis opinio, *vt per Alexand. conſil. 11. num. 11. in 7.* & ita etiam loquitur Ceph. *d. conſ. 23.* nec video, qui contradicat, ſicque procedet dictum cap. *cum per venerab.* ſi generaliter intelligatur, vt per Port. *dicto conſil. 105.* & ita Dd. qui contra tenent, vt Socinus iunior & al. declarari ac intelligi poterunt.

Et ideo cum in præſenti caſu certum ſit Sereniſs. Ducem noſtrum non exemiſſe ſubditos ſuos Imperio, quoad legitimationes; imo vero permiſiſſe, † vt legitimari queant: tam in 12
ſtatuto, quam legitimati, vbi legitimatio, quoad ſtatutum non improbatur, & ſi inuito patre facta ſit, & ſi quoad ſucceſſionem exigatur paternus conſenſus, quam in proclamate edito, quo cauetur, vt ſubditi ſui, nec à Com. Imperiali, nec Pontificio legitimentur quo ad feuda, vel fideicommiſſa: ſumus in tuto. ſi enim legitimatio non fuiſſet valida, quorſum illam prohibuiſſet? Sed & in cæteris permiſiſſe videtur. *l. cum prætor, d. iud.* cum conſenſus tacitus ſufficiat, vt per Por. alios citantem, *d. conſ. 105. n. 23.* eſtq; † Ferraria, ob ſupremam Ducis noſtri authoritatem, 13
quo ad hæc: non vt ciuitas Eccleſiæ, ſed vt eius propria, quod non eſt opus, vt hic multis probem. cum alias plene docuerim huius claſſis Duces dici non recognoſcere in his ſuperiorem. & ex hac ratione noluit Alc. *dicto reſponſ. 206.* licere Pontificio Com. Ferrarienſem legitimare.

 Sed

Sed non aduerterat is ſtatutum, & proclama, de quo ſuprà, nondum fuerat promulgatum. Verſamur itaque nos in caſu indubitato.

Quintus eſt, quando non tantum pater conſentit, ſed & poſt probauit talem legitimationem, vel decennium effluxit. tunc enim nihil poteſt allegari contra factum ſuum. *d. l. poſt mortem.* & ſupra dictum eſt.

Sextus eſt, quando Imp. legitimaret ad feuda conceſſa à Domino loci, & ſecundum communem non poſſet. *Alexand. conſ. 60. in. 2.* & ſic loquitur Cott. *in ſuis memo. verb. legitimatio facta*, & ſi in contrarium diſſerat Curti. iun. *conſ. 157.* qui & hic defendit legitimationem valere.

Vltimus eſt, quando filius naturalis eſt non etiam ſpurius: nam ſicut pater huic relinquere teſtamento poteſt: ita & legitimanti conſentire. *Bal. conſ. 37. in 4.*

Et ex his abſoluta eſt præſens conſultatio: quam non potui fuſius pertractate, ob lectiones quotidianas. Sed hæc ſatis ſuperque.

Ioannes Baptiſta Laderchii
Imolenſis I.C.

CONSILIVM XXII. MARII ANGVISSOLAE I.C. PLACENTINI.

De ſpuriis.

ARGVMENTVM.

Alias Magnificus Co. Bartholomæus tunc ſolutus ex ſoluta & non in ſchemate concubinæ retenta, habuit quendam filium nomine Alex. cui titulo donationis inter viuos donauit perticas 400. terræ ex dimidia poſſeſſionis Tornouæ, ita quod Alex. deberet habere dictas 400. perticas terræ in ea parte poſſeſſionis, vbi & in qua parte prædictus Com. Barth. aſſignaret d. Alex. contingitq; quod d, Alex. donatarius deceſſit

ceſſit (nulla aſſignatione dictarum perticarum terræ vnquã ſibi facta) & poſt ſe reliquit quendam heredem extraneum. qui virtute d. donationis petit d. perticas 400. licet d. Alex. nunquam fuerint aſſignatæ. Quæritur, an poſſit.

SVMMARIA.

1 *Spurio non poteſt neq; per viam vltimæ voluntatis, neq; per viam cõtractus, ſiue donationis, aliquid dari ſeu relinqui aut donari.*

2 *Tria requiruntur copulatiue, & de neceſſitate ad hoc, vt quiſpiam dicatur naturalis.*

3 *Solutus ex muliere ſoluta, quæ nõ erat vnica cõcubina in domo retẽta, habens filiũ, huiuſmodi filius nõ dicitur naturalis, ſed ſpurius.*

4 *In concubinatu requiritur indubitatus affectus, ſicut in vxore, cuius affectus præſumptus inducitur per cohabitationẽ inſimul.*

5 *Ad hoc vt concubinatus dicatur licitus, requiritur verbum proteſtantis ſe tenere in concubinam, & factum.*

6 *Concubina intelligitur quæ aſtantibus legalibus inſtrumentis vnica eſt, & coniugali affectu amplectitur.*

7 *Natus ex vulgari fœmina eſt ſpurius.*

8 *Spurii non legitimantur per ſubſequens matrimonium.*

9 *Schema concubinæ adeo eſt affine vxori, quod lex propter diſcretionem vnius ab altera, exigit proteſtationem, quod ſit concubina.*

10 *Spurius dicitur quaſi de ſpuma riualium, ſiue corriualium natus.*

11 *Licet donatio facta filio naturali valeat: donatio tamen facta filio ſpurio non valet, neque tenet.*

12 *Filii ſpurii ſunt indigni omni ſubſtantia, adeo quod eis nihil poteſt donari, nec in teſtamento relinqui ab eorum patre.*

13 *Natus ex nefario coitu ſeu inceſtuoſo, nõ eſt filius nominãd⁹ nec alẽd⁹.*

14 *Si pater alienaret tertio, ſpurius non poſſet emere ab eo.*

15 *Cui in vltima voluntate dari non poteſt, ei in contractibus dari non poſſe videtur.*

16 *Ex contractu imperfecto, & nondum abſoluto, non ſecuta traditione, non transfertur dominium.*

17 *Diſ-*

17 *Diſpoſitio imperfecta ratione voluntatis non completa nullius eſt momenti.*

PROCEDENDO ſine diſputatione, quia caſus eſt per veras iuris concluſiones deciſus, dico, quod Comes Bartol. non potuit donare illas 400 per-
1 ticas terræ d. Alex. † quia Alexander non poterat dici naturalis tantum, ſed ſpurius, cui non poterat, neque per viam vltimæ voluntatis, neq; per viam contractus, ſeu dona-
2 tionis aliquid dari, vel relinqui ſeu donari: † quia tria requiruntur copulatiue, & de neceſſitate ad hoc vt dicatur naturalis. Primò quod ſit natus ex tali muliere, cũ qua poſſit eſſe matrimoniũ. Secundo, quod ſit vnica. Tertio quod ſit in domo retenta in ſchemate concubinæ more vxoris § *ſi quis autem defunctus. in auth. quib. mod. nat ef. ſui. c. ſolet. 32. q. 2. c. is qui non habet vxor. & c. ſeq. 34. diſt. & per prædicta iura notab. voluit Spec. in titu. de ſucceſſ. ab*
3 *inteſt. §. fi. v.* nunc de naturalium. quia licet † ſolutus habuerit filium ex muliere ſoluta, quæ tamen non erat ſibi vnica concubina in domo retenta, nõ dicitur naturalis, ſed ſpurius, *vt eſt tex. iuncta gl.* quam ibi ita declarant *Dyn. & Bart. in l. concubinam. ff. de concub. conſuluit Old. conſ. 196. incip. Quidam nobilis. & latius per Fr. de Aret. conſ. 48.* vbi tenetur probare filius, quod pater tenuerit eam in concubinam, & ſic in ſchemate concubinæ, *ſecundum*
4 *Paul. de Caſt. con. 183. col. 1.* quia † in concubinatu requiritur indubitatus aſſenſus, ſicut in vxore, cuius affectus prçſumptus inducitur per cohabitationem inſimul, quod minime hoc in caſu factum fuit, & dicit Bart. ibi multum notandum eſſe, *& prob. in Auth. licet, & vbi Bal. C. de nat. li. & not. clare Bart. in l. fi. in v. quæro an ſuccedat matri. ff. de his quib. vt indignis. volunt etiã Bal. in l. eam*
5 *quam. C. de fideic. col. 9.* vbi plus voluit, quod † ad hoc, vt dicatur licitus concubinatus, requiritur verbũ proteſtãtis ſe tenere eam in concubinam, & factũ ſc. quod eam teneat in concubinã, ita ꝙ paſſim nõ poſſit vagari circa plurimor. concubitus, nã ſi non interuenit proteſt. vel aliter pateat de concubinali conſenſu cũ virgine,

virgine vel vidua, committeretur ſtuprum, *allegat text. in §. conſideremus. in authent. de trien. & ſem. in fin. & text. in l. ſi quis viduam. ff. de quæſtio.* & illam doctrinam Bald. licet ipſe non alleget, *probant textus in l. in concubinatu. ff. de concubinat. & in cap. omnibus §. concubina. 34. diſtinct.* vbi textus dicit, quod † concubina ea intelligitur, quæ ſtantibus legalibus inſtrumentis vnica eſt, & coniugali affectu aſciſcitur. Ita etiam decidit Baldus *in l. parentes. ff. de in ius vocan. allegat not. in cap. innotuit. extra de elect. & in §. final. in Authen. de reſtit. & ea, quæ pa.* & plus ibi voluit, quod † natus ex vulgari fœmina eſt ſpuri- 6
us, vt ibi per eum. Et adeo iſta concluſio eſt vera, quod † ta- 7
les non legitimantur, per ſubſequens mat. *vt voluit. Ioann. Andr. in addit. Specul. in titul. qui fil. ſint legit. § 1. verſi. ſuas ergo.* vbi loquitur de nato ex quadam famula, quę non habitabat ſecum, *& idem voluit Angel. in §. fin. in Authent. quib. mod. nat. effic. ſui. & plenius in § ſed & aliud. in Authen. quibus mod. nat. effic. leg. Barthol. poſt Dyn. in l. fin. ff. de concub.* Laur. in tract. ſuo legitimationum, quem inſeruit in diſputatione ſua facta Papæ, incip. Augerius procreauit filium, quod nihilominus non erat naturalis tantum, ſed ſpurius, quia mater non fuit in ſchemate concubinæ aſſociata, *& refert ita fuiſſe determinatum ſecundum Alber. de Roſa. in Rub. C. de nat. lib.* quod alias fuit determinata magna quæſtio in prouincia de quodam Nobili, qui ſe conuertit ad quandam ſuam familiarem ignobilem, ex qua habuit filium, & illam tractabat ſicut famulam in cibo & potu, & indumentis, & ducebat aquam de fonte, ac alia miniſteria, & ſeruitia faciebat in domo, quærebatur an talis eſſet filius naturalis, vt ſibi poſſit relinqui? *ſecundum formam Authen. C. de nat. lib.* fuit determinatum, quod non, quia oportet, quod mater ſit in ſchemate concubinæ ſociata. *§. ſi quis autem defunctus. in Authen. quibus mod. nat. effic. ſui. & in §. præſens. ibi, in habita concubina cum eo degens. in Authen. de trien. & ſem.* hic autem non erat talis, nam ſchema † concubinæ adeo eſt affine vxori, quod 9

LII lex

lex propter diſcretionem vnius ab altera, exigit proteſtationem, quod ſit concubina, *l. in concub. ff. de concub. & ita etiam conſuluit Oldrad. conſi. 196. quod incipit: Quidam nobilis. & ad hoc multum facit abiecta conditio mulieris, argumento l. donationis. circa princ. ff. de donat. & l. poſt legatum. §. de eo. ff. de his. quibus vt indign.* Sequitur ergo, quod ſtantibus prædictis, nullo modo dictus Alex.
10 poteſt dici naturalis: ſed † ſpurius, quaſi de ſpuma riualium, ſiue corriualium natus. *§. ſi aduerſus. Inſt. de nupt. vt declarat Ioan. Andr in c. niſi cum pridem. de renunc.*

His itaque libatis dico, quod licet donatio facta filio naturali valeat, *vt eſt tex. not. h. & ibi Dd. in l. omnes. §. Lucius. ff. de his*
11 *quæ in fraud. credi.* donatio † tamen facta filio ſpurio non valet neque tenet, *vt eſt text. notab. in l. prima. C. de natu. lib. quem ad hoc notant ibi Barthol. Bald. & omnes. & eſt tex. in authen. & in corpore vnde ſumitur. C. de inceſt. nup.* vbi Bartho. ſignanter dixerit, quod
12 filii † ſpurii ſunt indigni omni ſubſtantia, adeo quod eis nihil poteſt donari, nec in teſtamento relinqui ab eorum patre. *Ita declarat text. in corpore vnde ſumitur. d.* Authen. & Glo. *ibi expreſſe dicit.* quod pater inter viuos non poteſt donare filio ſpurio. *Hinc dixit not. Specu. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. in l. fina. verb. ſed cum dicatur*, quod ſicut pater illicitus non poteſt filios exhereda-
13 re, ita etiam non poteſt eis donare, quia † natus ex nefario coitu, ſeu inceſtuoſo, non eſt filius nominandus, nec alendus. *§. fina. in Authen. quib. mod. nat. effi. ſui.* & ratio eſt, quia leges vitium paternum refrenandum eſſe exiſtimarunt. *l. final. C. de nat. lib.* Imo nec tales poſſunt inter ſe vendere, quia præſumitur fraus, & quod factum eſt, non tenet. *Ita determinant Spec. in d. §. fin. arg. l. dubium. ff. de legi.* maxime quando talis venditio fieret ex prohibito affectu; *vt voluerunt omnes in d. l. 1. C. de nat. lib. &*
14 *in l. ſi is qui. ff. de vulga. & pup.* Imo fortius † ſi pater alienaret tertio, talis ſpurius non poſſet emere ab eo, *vt determinat Bartol. in dict. l. ſi is qui. contra gloſſ. in l. qui teſtam. ff. de prob.* quia ex quo ſpurius reperitur poſſidere bona paterna, præſumitur fieri

fraus

fraus legi, *l. 1. C. de nat. lib. & maxime quando dictus ſpurius in conti-*
nenti emeret, ſecundum veras & communes concluſiones traditas per
Dd. in d. l. ſi is qui.

Præterea accedat ad deciſionẽ præſentis quæſt. illud, quod
magnifecit Bal. *in l. 3. ff. de teſtam. prout refert & ſequitur Alex. in*
d. l. ſi is qui. vbi Bald. colligit per ibi nota. in gloſſ. quod † cui in vlt. vo- 15
luntate dari non poteſt, ei in contractibus dari non poſſe vi-
detur. Sed ſic eſt, quod ſpurio non poteſt in vltima voluntate
relinqui, *vt eſt text. in §. pen. in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui, in l. li-*
cet. in fine. C. de nat. lib. & in d. Authen: ex complexu. vt per ſupradicta
determinauit Bart. in d. l. ſi. ff. de his quib. vt indig. ver. quæro an iſtis
ſpuriis. Ita etiam voluerunt omnes in d. l. ſi. C. de nat. lib. Spec. in d. tit. de
ſucceſſ. ab inteſt. & Hoſtien. in tit. qui fil. ſint leg. & late Can. in c. in tan-
ta. qui fil. ſint leg. Ergo à prin. vſq; ad fin. ex præmiſſis concludi-
tur, dictam donationem, quæ eſt contractus non valere.

Vltimo pro condimento aduertendum eſt, quod prędictus
Comes donauit Alex. perticas quatuorcentum in ea parte, &
in qua aſſignabit prædictus Comes, quæ aſſignatio nunquam
eſt ſecuta, quo caſu donatio nunquam fuit habita pro perfecta
& abſoluta: : ſed † ex contractu imperfecto, & nondum abſo- 16
luto (non ſecuta traditione) non transfertur dominium, vi-
deantur ad ſaturitatem glo. Bald. & Dd. *in l. contractus. C. de fi-*
de inſtrum. Et ad deciſionem præſentis quæſtionis bene qua-
drat, quod † diſpoſitio imperfecta ratione voluntatis non 17
completæ, nullius eſt momenti, *vt decidit Barth. quem ſequuntur*
vulg. Pau. de Caſtr. Imo Franc. de Aretin. & omnes in l. ſi is qui teſta-
mentum. ff. de teſtam. Sed in caſu iſto voluntas aſſignationis nun-
quam fuit completa. Igitur, &c. Et ſic ſtat firma concluſio, ſic-
ut firma petra, quod heredi extraneo nullum ius competat
contra prædictum Comitem. Laus Deo.

Mar. Anguiſſ. Plac. I. V. D.

CONSILIVM XXIII. IOANNIS OLDENDORPII I.V.D. ORDINARII iuris ciuilis Academiæ Marpurgenſis. Profeſſor.

ARGVMENTVM.

Vtrum filii familiarum poſſint proprio duntaxat conſenſu matrimonium contrahere, ſi parentes eorum ante cohabitationem reclament? &c.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium ex concubitu vim legitimam nullam habet, niſi liber conſenſus interueniat.*

2 *Filiusfamil. perſonam ſuam ſubducens in matrimonium, furtum ſui ipſius facit.*

3 *Arbitrium in matrimonium conſentiendi, parentibus inuitis, vt liberis relinquatur, æquitas non ſuadet. Ratio ibid.*

4 *Matrimonium non præſumitur, ſi alteruter propter concubitum magis, quam propter perpetuas nuptias blandiendo conſentiat.*

5 *Intellectus c. penult. de rapt. virg.*

6 *Locus Gen. 2. & 1. Corinth. 7. quomodo accipiendus.*

7 *Pœna de matrimonio contrahendo nulla ſimpliciter conſtitui poteſt.*

8 *Reipub. pernicioſum eſt coactum matrimonium habere.*

9 *Matrimonium ex concubitu vel cohabitatione, manente diſſenſu, nunquam reconualeſcit.*

10 *Colloquia omnia ſicut non referunt ſtipulationem ſine forma iuris: ita multo minus amatoriæ pollicitationes faciunt matrimonium.*

11 *Fatuus cum fatua quod loquitur, vanum reputatur. & ratio.*

12 *Quotieſcunque alteruter eorum, qui ſine ſolemni publicatione cohabitant, negauerit matrimonium contractum, in dubio alter compelli ad habitandum non poteſt.*

Aucto-

AVCTORE CHRISTO Domino & Redemptore noſtro, reſpondeo, minime cogendum eſſe ad cohabitandum eum, cuius parens non conſentit multis rationibus.

Primo, Iuſtinianus *Inſtitut. de Nupt. in princip. Dum tamen*, inquit: Si filii famil. ſint, conſenſum habeant parentum, quorum in poteſtate ſunt. Nam hoc fieri debere, & ciuilis & naturalis ratio ſuadet, in tantum vt iuſſus parentum præcedere debeat.

Secundo Paul. *in l. 2. ff. de ritu nupt.* Nuptiæ, ait, conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coeunt & quorum in poteſtate ſunt. Cui ſubſcribit Ambroſius *in hiſtoria Rebeccæ.*

Tertio, Romanus Pontifex Euariſtus: Aliter, inquit, legitimum non ſit coniugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à parentibus & propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter (vt mos eſt) cum precibus & oblationib. à ſacerdote benedicatur, & à paranymphis (vt conſuetudo docet) cuſtodita & conſociata à proximis congruo tempore, petita à legibus, dotetur ac ſolemniter accipiatur. *30. q. 5. collat. 1.*

Quarto, Matrimonium non† vllam habet vim legitimam ex concubitu, niſi interueniat conſenſus liber. *l. nuptias. ff. de reg. iur.* Sed filiusfamil. vel filiafamil. conſenſum in ea re, & ius ſuæ perſonæ nullum habent, cum alieni iuris ſint. *Inſtit. de patr. poteſtat. in princip.* Ergo matrimonium contrahere non poſſunt, vt maxime interueniat concubitus. Minor confirmatur, primo ex Decalogo: *Honora patrem & matrem. Exod. 20.* Deinde quod filiusfamil. † ſubducens perſonam ſuam in matrimonium facit furtum ſuiipſius: quomodo igitur conſentiet? *Argumento l. 1. C. de ſer. fugitiuis. & l. cum ſatis inhumanum. C.* 1 2

de agric. & censit. Et huic rationi eſt impoſſibile reſponderi abſque calumnia.

Quinto: Deinde Apoſtolus ad Corin. tribuit ſolis parentibus auctoritatem contrahendarum nuptiarum: Ergo negat liberis. *Qui elocat*, inquit, *recte facit.*

3 Sexto. Communis ſenſus † per experientiam, omnium rerum magiſtram, vnicuiq; oſtendit, non eſſe bonum & ęquum, vt liberis permittatur arbitrium in matrimoniũ conſentiendi parentibus inuitis. Nam primum adoleſcentes dolo malo & fraude circumuenti ſæpe contraherent indignas nuptias, aut ẽt cœco impetu inhoneſtas. Deinde acerbũ eſſet parentib. & contumelioſum, affici iactura chariſſ. liberorum & contemni auctoritatẽ ſuam. Tertio, ex iſta leuitate cõtrahendarũ nuptiarum ſequerentur diuortia, adulteria, incertitudo prolium. IV. Non conſtaret tandẽ ſub tali incertitudine vlla liberorum cura, certa & honeſta educatio, & replerentur Reſpub. malis hominibus, corrumperetur q; paulatim tota ſocietas politica. Et hęc quidem vera ſunt, ẽtſi vterq; conſentiat in nuptias, alioquin
4 ſi alteruter † propter concubitum magis, quam propter perpetuas nuptias cõſenſerit blandiendo, ſicut ſæpe fit, nulla dubitatio eſt, non cenſeri matrimonium ſacroſanctum. *iuxta. l. ff. de rit. nupt. & Inſtit. de patr. poteſta. §. 1. Item 27. q. 2. c. 1. 2. & 3.*

Septimo. Si omnes diuinas & humanas leges perluſtraueris, non inuenies aduerſus eum, qui † ſine violentia virginem corrupit, aliam pœnam, quam aut ducat, aut dotet.

Et profecto Illuſtriſſimus Princeps Heſſorum Philipp. in ſuis conſtitutionibus patriis rectiſſime voluit, non poſſe cogi filiumfamil. ad ducendam à ſe corruptam, ſi parens reclamet.
5 Non obſtat *c. penult.* † *de raptu virg.* quia reſtringitur *per ca. ſeq.* ſi prior diſſenſus tranſeat poſtmodum in conſenſum, & quod ante diſplicuit (ait Innocentius) tandem incipiat complacere, dummodo ad contrahendum ſint legitimæ perſonæ: Ergo ſi non ſint legitimæ perſonæ, conſentit priori ſententiæ, ſcilicet

cet non valere matrimonium, imo aperte declarat Innocentius, decretum Lucii impium prorſus eſſe & contra diuinas leges, niſi aliquo modo ſic determinetur: Multo minus opponi poteſt id, quod plerunq; ſolet allegari: *Quos Deus coniunxit*. Hic non ſimpliciter dicitur: *Qui coniuncti ſunt*, ſed, *quos Deus coniunxit*. Eos autem Deus coniunxit, qui ſecundum præcepta legum, conſenſu parentum contrahunt nuptias, quia leges ſunt ordinationes Dei, *Rom.13.* qui autem contra legum ordinationem inuitis parentibus coeunt, eos Sathan coniungit. Ergo de illis nullus ſacræ ſcripturæ vel iuris Pontificii locus poteſt intelligi.

Itaque non poſſunt huc allegari: Propter coniugem relinquet hic patrem & matrem. *Gen.2.* Erunt maritus & vxor vna caro, Ibidem. Vxor non habet poteſtatem corporis ſui, ſed maritus. *1.Corint.7.* Nam hæc & ſimilia † accipi oportet de ma- 6
trimonio legitime & honeſte conſenſu parentum, hoc eſt, patris & matris, contracto: quandoquidem ſacrę literę ſummam requirunt æquitatem, nec ſunt calumniandæ per conſenſum turpitudinis.

Ex prædictis omnibus ſimul collectis infero, quod pœna corrumpentis virginem rectiſſime eſt † conſtituta cōditiona- 7
liter aut ducat, aut dotet, quoniam de matrimonio cōtrahendo nulla pœna poteſt ſimpliciter conſtitui, *l. Titia, in pr inc ff. de verb. oblig. cap. genuina mulier. de ſponſalib. & de ſponſat. impub. &c.* Nunquam enim quis debet † cogi ad matrimonium contra- 8
hendum. Et quanquam malum ſit corrumpi virginem, pœnis tamen coactum matrimonium habere, difficile eſt, & Reipub. pernitioſum, exemplo *c. requiſiuit. eod. tit.* Quare ſi mulier inuita tradatur, vel vir contra voluntatem ducat coactam manente † diſſenſu nunq̄ recōualeſcet matrimoniū ex concubitu, 9
vel cohabitatione. *c. de muliere. & c. veniens. de ſponſalibus.* Et eadem Dd. communiter ita intelligunt. Nec ad rem eſt inutiliter diſputare de verbis commentitiis, quæ inter amantes

ob alli-

ob alliciendum animum ſolent tractari. Quia ſicut non o-
10 mnia colloquia† ſtatim referunt ſtipulationem ſine forma iu-
ris: ita multo minus amatoriæ pollicitationes faciunt matri-
monium. *c.tua nos duxit.§.fin.de ſponſal.& matrim.* Imo & paren-
tes vtrinq;, & tota nonnunquam cognatio ſolent verba facere
de matrimonio cõtrahendo, adeoq; promittere, & repromit-
tere, ſed inde non poteſt ſtatim dici, contractum eſſe matri-
monium. Voluerunt enim ſapientiſſimi Legumlatores non
paſſim ligare id, quod nunquam ſolui poſſet: Sed præparato-
riis quibuſdam deliberandum eſſe dico, quod ſtatuendum fo-
ret ſemel. Et ideo multum eleganter diſtinguit inter promiſ-
ſionem matrimoniorum *c.penult.de ſponſalib.* Si ergo eſt diffe-
rentia ingens inter promiſſionem nuptiarum, quæ ſolem-
11 niter, palam & à parentibus fiunt, quanto † magis vanum re-
putabitur, quod fatuus cum fatua loquitur, quorum vterque
ob cęcitatem amoris nullum habet animi iudicium, non ma-
gis quam furioſus. His accedit quod matrimonia clam con-
12 tracta reprobantur ab Eccleſia, & propterea† quotieſcunq; al-
teruter eorum, qui ſine ſolemni publicatione cohabitant,
negauerit matrimonium contractum, non debet in dubio al-
ter compelli ad cohabitandum.

Nam fornicatio potius præſumitur, quam matrimonium. *c.2.de clandeſt.deſponſ.& 30.q.5.c.1.*

Quare concludo non poſſe filiumfamil. compelli, vt ex ſua promiſſione, inuito & nolente patre vel matre, matrimonium contrahat.

Saluo ſemper meliori Iudicio.

Ioannes Oldendorpius, I.V.D.
Ordinarius iuris ciuilis ſchola
Marpurgenſis Profeſſor.

CON-

CONSILIVM XXIV. D. FRANCISCI MONALDI VVLSINIENS. I.V.D. *Cauſarum Patroni & Practici Romanæ Curiæ.*

ARGVMENTVM.

Diuortio ſuppoſito ſine cauſa vxoris, an maritus, cauſa pendente, teneatur ei dare alimenta extra domum, & in qua quantitate.

SVMMARIA.

1 *Maritus dimittens vxorem abſq; iuſta cauſa, ſi nolit eam recipere, poteſt excommunicari.*
2 *Sententia excommunicationis vt contra aliquem ferri poſſit, quid requiratur.*
3 *Gratia vt locum haberi poſſit, quid requiratur.*
4 *Narrata in reſcripto ſunt pars gratiæ.*
5 *Diſpenſatio eſt odioſa, & ſtricti iuris.*
6 *Decretum ſemel ab ordinario non debet aliquo modo reſcindi.*
7 *Diſpenſatio ſemel facta non eſt amplius reuocanda.*
8 *Approbatum ſemel ab aliquo non debet amplius ab eo reuocari.*
9 *Geſtum vtiliter non poteſt amplius reuocari.*
10 *Iudex in inquiſitione tenet locum partis.*
11 *Iudicari debet de aliquo negotio præſentib. omnibus, quos cauſa contingit, alias non valet iudicatum.*
12 *Conſequens qui vult, neceſſarium antecedens ad illud velle dicitur.*
13 *Alimenta non dare, aliud non eſt quam necare.*
14 *Cauſa matrimonialis dicitur cauſa ſtatus.*
15 *Thori ad ſeparationem quando deueniri poſſit.*
16 *Maritus quo caſu debeat alere vxorem extra domum, & qualia alimenta præſtare teneatur. nu. 17. & in quanto debeant taxari. num. 18.*

IN cauſa Locatell. debet obtinere D. Marietta, quia conſtat, de iuſtitia decreti, ſeu ſententię excommunicationis latæ per Iudicem à quo contra Robertum Locatellum, eius maritum, ex quo in domo propria noluit eam recipere, cum eam de facto, & abſque aliqua cauſa de dicta eius domo expulerit, & obſequia maritalia eidem præſtare, prout tenetur, recuſauerit, prout conſtat ex mandatis ſub comminatione excommunicationis eidem factis per ordinarium Vincentinum, & perſonaliter in eius perſonam executis, vt illam recipere deberet; vnum videlicet ſub die 24. Aprilis, Anni 1598. alterum vero ſub die 19. menſis Auguſti eiuſdem anni, eidem ſimiliter præſentatum ſub die 21. eiuſdem menſis; prout conſtat ex proceſ-
1 ſu, cum non ſit dubium, quod ſi maritus † abſque iuſta cauſa vxorem dimittit, ab Eccleſia, ſeu per Iudicem Eccleſiaſticum poſſe excommunicari, cum illam nec recipere voluerit, *prout dicit Abbas. in cap. ſignificaſti. num. 2. de diuort.* cum in eius propriam perſonam fuerint executa mandata præfata, prout neceſſe erat fieri, cum contra aliquem ſententia excommu-
2 nicationis † ferri non poſſit, niſi in perſonam præſentetur præceptum ſub eadem comminatione, ſeu citetur, vel moneatur, propter grauitatem præiudicii, *prout dicit Caſſad. deciſ. 1. numero 2. ſub tit. de præbend. Felin. in cap. cum ſit Romana. num. 13. appellat. Romana. in conſilio 482. numer. 5. Idem Caſſad. in deciſ. 12. num. 2. ſub tit. de reſcript. late Tiraquell. in tract. de vtroque retract. in tit. 1. 5. q. gloſſ. 2. num. 4.* quod antè eos voluit Innoc. *in cap. fin. numer. 3. in verb. alias autem de eo, qui mittit in poſſeſſ. cauſa. rei ſeruan. Bald. in l. in actionibus. in antiq. lectu. in fine. ff. de in lit. iuran. & Rota deciſ. 2. numero 52. ſub tit. de reſcript. in noui. & deciſ. 1. numero 4. ſub tit. de fer. in noui. & deciſ. 11. numer. 1. ſub tit. de dolo & contum. eod.*

Et de iuſtitia eorundem præceptorum & ſententiæ ſimiliter patet, quia cum obtinuerint præfati Robertus & Mari-

etta

etra, cum eſſent coniuncti in tertio gradu affinitatis per S. D.N. mandari diſpenſari, vt inſimul matrimonium contrahere poſſent, cum expoſitum fuerit eandem Mariettam minus competentem dotem habere, & virum ſibi propterea æqualem, niſi conſanguineum, vel affinem, cum quo nubere poſſet, inuenire non valeret: ac per hoc idem Robertus obtulerit, ſe velle illam in vxorem ducere cum dicta minus competenti dote, & illam augere velle, prout auxit de ducatis 290. prout conſtat de literis Apoſtolicis diſpenſationis præfatæ; & de inſtrumento augmenti dotis præfatæ, facto in Epiſcopali Cancellaria Vicentiæ, viſoque dicto augmento dotis facto de dicta ſumma per R. Vicarium Epiſcopi Vicentiæ executorem, & aliis verificatis circa gradum affinitatis, prout in dictis literis expoſitum fuit, & fieri debebat per
dictos ſupplicantes, vt gratia † locum habere poſſet, ſicut 3
habuit, *prout dicit Abbas in cap. 2. numero 3. de reſcript. & in cap. dudum. numero 8. & ſequent. de præſumpt.* quod prius voluit Iohann. Andr. *in cap. 1. numero 2. de l[i]tis conteſt. in 6. & Bero. in conſ.*
144. numero 7. volum. 3. Nec mirum, cum narrata † in reſcri- 4
pto ſint pars gratiæ; *prout dicit Verall. in deciſ. 271. lib. 1. & Pariſ. in conſilio 138. numero 1. volum. 4.* & propterea ſemper reſcripta cenſeantur habere illam clauſulam, ſi preces veritate nitantur, *prout dicunt Iohann. Andr. & Abbas in præcitatis locis*, prout & illam habet eadem diſpoſitio. Quod fortius procedit
in caſu noſtro, cum diſpenſatio † ſit odioſa & ſtricti iuris, 5
prout dicit Domini. de S. Gemin. in conſilio 33. numero 9. quem ſecutus fuit idem Verall. *in deciſ. 303. numero 7. part. 2.* Et voluit Ægid Bellam. *in cap. cum in cunctis. numero decimo nono. de electio.* per ſententiam eiuſdem Vicarii diſpenſari obtinuerunt, vt inſimul matrimonium contrahere poſſent in faciem Eccleſiæ vſque ſub die 30. Octobris, anni 1593. prout conſtat ſimiliter dicto proceſſu. Ac præfata diſpenſatione, vt ſupra, obtenta in

Mmm 2 parti-

particulari ob præfatum augmentum dotis, cum ſub hac conditione conceſſa eſſet per S.D.N. in fraudem poſtmodum dictæ diſpenſationis, & contra mentem Papæ, ac contra ius & iuſtitiam, ac damnum dictæ mulieris, & detrimentum animæ ſuæ idem Robertus renunciari, ſeu donari procurauit, & obtinuit per eandem Mariettam ad ſui, & ſuorum filiorum tam natorum, quam naſciturorum fauorem, celebrato ſuperinde inſtrumento publico vſque ſub die 5. Nouemb. dicti anni 1593. de quo pariter ex actis conſtat.

Et deinde ſub die 8. eiuſd. menſis Nouemb. d. an. 1593. & ſic duos dies, poſteaq̃ dicta Marietta fecit eandem renunciationem ſeu donationem, matrimonium invim dictę diſpenſationis & mandati dict R Vicarii, per Archipresbyterum loci de Baſſano eorum Curatum per verba de præſenti fuit inter præfatum Robertum & Mariettã contractum, prout conſtat eod. proceſſu. Et cum ob dictam fraudem in iudicio d. Robertus inſimul permanſiſſent vt maritus & vxor per ſpatium quatuor annorum, vel circa, fuerit vocatus per eundem Vicarium, & conſtitutus ipſe dixerit & confeſſus fuerit nunquam ob talem renunciationem ſeu donationem habuiſſe animum faciendi contra mentem Papæ, neque decipiendi Eccleſiam, neq; officium eiuſdẽ Vicarii, & propterea fuiſſe, & eſſe promptum caſſare & annullare præfatam renunciationem, ſeu donationem tam nomine proprio, quam ſuorum filiorum, & tam natorum, quam naſciturorum; prout tunc illam caſſauit & annullauit, prout conſtat eodem proceſſu. Ac ſimiliter illam caſſauit & annullauit, ſeu irritam declarauit idem Vicarius, mandando inſuper pro tuitione animarum & ſalute ſcribendum eſſe R D. Archipresbytero Terræ præfatæ Baſſani, vt denuo debeat celebrare matrimonium inter prædictos Robertum & Mariettam, ſecrete tamen in domo ipſorum, & habitis duobus teſtibus eligendis per antedictas partes, prius ipſos abſoluendo ab exceſſu antedicto, & à cenſuris, ſi quas

forte

ſorte incurrerint, prout patet dicto proceſſu. Quod facere, ſeu ordinare minime potuit idem Vicarius, cum matrimonium præfatum permaneret, & permaneat in ſuo robore, nedum quia quod perfectum, prout fuit perfecta dict. diſpenſatio, cum eſſent verificata in ea narrata, & adimpleta conditio augmenti dotis iuxta illius ſeriem etiam obtenta ad imperfectum ex ſuperuenienti cauſa dictæ renunciationis, non potuit reduci, *prout dicit Bald. in conſilio 19. numero 3. in princip. volum. 4. per l. ſi gaudentibus.* qui optime facit ad caſum. *Cod. de contrahend. empt.* & eum ſecutus fuit Philip. Prob in tract. *de iure regal. q. 48. numero ſexto. & ſequent. tract. volum. 12 folio 403. ter.* vbi etiam ſubdit ex Rofred. quod illud, quod ordinarius ſemel decreuit, aliquo modo non debeat reſcindi † *per l. quod ſemel. ff. de decret. ab ordin. faciend.* Ad quod facit illud, quod dicit Federic. de Sen. *in conſilio 16. numero 5. poſt medium, & numero 6.* vbi dicit, quod à quocunque legitime factum durare debet, non obſtante fine iuriſdictionis. Et hinc eſt, quod in noſtris terminis dicit gloſſ. *in verb. irritari. in cap. ex tua. de fili. presbyt.* quod diſpenſatio † ſemel facta amplius non eſt reuocanda, *prout etiam dicit Paul. de Viſita. quæſtion. 10. num. 36. 1. part. tract. tom. 14. fol. 190. Gamba. de auctori. legat. de Lateran. lib. 10. numero 445. fol. 229. tom. 13. part. 2. & Oldrad. in conſilio 303. numero 3. & 4.* Et quod illud, quod ſemel approbaui, amplius reprobare † non poſſim, firmat per plura iura Iohann. Monach. *in c. nulli. num. 2. de electio. in 6.* & eum ſecutus fuit d. tract. & loco idem Prob. *nu. 8. per l. Pomponius. ff. de negot. geſt. & c. quod ſemel. de regul. iuris. in 6.* Et quod factum legitime retractari non debeat, licet poſtea caſus euenerit, à quo non potuit incipere, habemus textum *in cap. factum legitime, de regulis iuris. in 6.*

6

7

8

Cum igitur præfata diſpenſatio fuerit in expreſſis verificata, & in conditione adimpleta, merito non potuit per dictam renunciationem, ſeu donationem irritari, nec per iu-

dicem ſubſequen. talem ordinationem fieri, ne dum per ſupradicta; verum etiam & quia quod vtiliter geſtum † eſt prout in caſu noſtro tam per dict. Robertum, quam per d. Vicarium, per aliquem ipſorum reuocari, ſeu irritari non potuit per text. *in d. l. Pomponius.* §. *& quemadmodum ff. de negot. geſt.* vbi tex. dicit, & quemadmodum quod vtiliter geſtum eſt, neceſſe eſt apud Iudicem pro rato haberi; ita omne, quod ab ipſo probatum eſt.

9

Quibus accedat etiam, de nullitate dictæ reuocationis & donationis augmenti prædictæ dotis conſtare, ex quo fuit facta clam, & inſcio dict. Vicario executore, qui Vices Papæ geſſit in diſpenſando, & locum partis tenebat, ad dict. per Bald. *in leg. parentes. numero 5. Cod. de teſtibus.* vbi dicit, quod

10 Iudex † in inquiſitione tenet locum partis, quod fieri non potuit, & quia eo modo quo res ligatur, ſeu conceditur, eo modo debet diſſolui, ſeu reuocari, & non alias, *per l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur.* & quia quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet, *per c. quod omnes. de reg. iur. in 6.* & quia de vnoquoque negotio præſentibus omnibus, quos cauſa contingit,

11 iudicari oportet, alias † non valet iudicatum. *l. de vnoquoque. ff. de re iudicat.* cum non ſit dubium, quod ſi d. Marietta renunciauiſſet, ſeu donaſſet dictum augmentum dotis in eius præſentia, quod & idem Vicarius reuocaſſet licentiam datam de matrimonio contrahendo, tanquam conditione diſpenſationis non adimpleta.

Et inſuper accedat, quod ex quo duos dies poſtea, vt eſt dictum, poſtquam præfata Marietta fecit dictam renunciationem, ſeu donationem, matrimonium contraxerunt, quod ab illa per præfatos contrahentes cenſeatur tacite receſſum; & reuocata, cum taciti & expreſſi eadem ſit doctrina. *l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* cum matrimonium contrahere non poſſent, niſi in vim diſpenſationis, & diſpenſatio

inter

Inter cætera eſſet ſub conditione dicti augmenti dotis conceſſa, vnde cum contraxerint; & ſic voluerint conſequens, quod eſt matrimonium, neceſſe eſt vt ipſi voluerint neceſſario antecedens † ad illud; & ſic dictum augmentum dotis 12
permanere, & non irritari §. *idemque iuris. Inſtit. quibus ex cau. manumitt. non lic. l. ad rem nobilem. & l. ad legatum. ff. de procur.* Et ſic remanet reſolutum de validitate dicti matrimonii, & per conſequens de iuſtitia dictæ ſententiæ conſtare, per ſupra dicta.

Deueniendo nunc ad ſecundum caput, videlicet ſeparationis quoad torum, dico de ſufficienti cauſa ſeparationis conſtare ex duobus.

Primo, quia idem Robertus abſque cauſa & facto expulit de propria domo prædictam Mariettam, ne dum ſemel, ſed bis, prout ipſe confeſſus fuit in ſuis poſitionibus, & ideo circa probationem non inſiſto, per *l. 1. Cod. & ff. de confeſſ.* minime ſubminiſtrando vſque modo alimenta, quod non poteſt procedere niſi ex magno odio, quo eam proſequitur, cum non dare alimenta † nihil aliud ſit, quam velle necare, & in eam 13
ſæuire, *per l. necare, & ibi Bart. ff. de liber. agnoſc. & Gigas in conſilio 130. num. 5.*

Secundo, quia ab illo die, quo expulit ipſam de dicta eius domo, ſemper litigarunt & litigant ſuper validitate matrimonii prædicti ratione dicti augmenti dotis, ex qualitate, & augmento ortam eſſe inimicitiam etiam capitalem, cum cauſa matrimonialis † dicatur cauſa ſtatus, & ſecure non poſſit 14
cum eo morari, non eſt dubitandum, ad dicta late per Alexand. *in conſilio. 99. numer. 1. & ſequent. volum. 1. & Guid. Pap. in tract. de præſump. num. 32.* Et quod propter ſæuitiam viri deueniendum ſit ad ſententiam ſeparationis coniugum quoad torum, ſeu mutuam cohabitationem, dicit Anto. de But. *in c. literas. num. 20. de reſt. ſpoliat.* vbi dicit, quod propter ſæuitias viri, etiam verborum, mulier non eſt viro reſtituenda. & *Abb. in*

cap. 1.

cap.1.numer.4. ante fin. de diuor. vbi dicit,quod quando odio ca-
15 pitali maritus † proſequitur vxorem, Iudex debet deueni-
re ad ſeparationem quoad mutuam cohabitationem, quem
ibi ſecuti fuerunt Card. Alexand. *in fine. & Alexand. de Ne-
no, numer. 4.* Et quod quando cum marito ſecure vxor morari
non poteſt, debeat veniri ad thori ſeparationem, late firmat
Marſil. *in repet. l. vnice. ſub num. 307. & ſequent. Cod. de rapt. virg.*
quod prius voluit Abb. *in dict. cap. literas, num. 7. & ibi text. de re-
ſtit. ſpoliat.*

Et ad illud caput deueniendo alimentorum petitorum in
dict. commiſſione,dico ſimiliter prædictum Robertum tene-
16 ri ad dandum alimenta † extra eius domum d D. Mariettæ;
ex quo abſque ſua culpa ſeorſum ab eo habitat; cum illam de
domo propria nedum ſemel, ſed bis expulerit, & noluerit
eam recipere, imo excommunicari magis voluit,prout fir-
mat late Anton. Cordub. *in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num.
34. ff. de lib. agnoſc. Campeg. in tract. de dote. 2. part. q. 62. quod prius
voluerunt in l. quod in vxorem. Bald. nu. 2. & Salic. num. 3. Cod. de
negot. geſt. & nouiſſime Surd. in tract. de aliment. quæſtion. 32. numer.
17. tit. 1.*

Et talia alimenta debent præſtari per maritum ſecundum
17 vires, ſeu quantitatem dotis, prout † dicit late idem Cor-
dub. in præcitato loco, cum citatis per eum, *ſub numer. 20.
& Campeg. in tract. de dote, part. 2. quæſtione. 53.* vbi dicit, id ve-
rum eſſe, ſi mulier habet tantum, vnde ſe alere poſſit vltra
dotem; ſecus ſi non habet,quia tunc maritus tenetur vltra vi-
res dotis ipſam alimentare. Et alendam eſſe vxorē iuxta dotis
quantitatem,& illius conditionem,voluit ante Specu. *in tit. de
dote poſt diuerſ. reſtitut. §. formatis. ſub. num. 15.* Abb. *in ca. ex literis.
num. 3. de diuort. Ioann. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 11.
numero 15. late Alexand. in l. ſi cum dotem. §. ſi autem in ſæuiſſimo.
num. 7. qui dicit hanc eſſe veritatem. ff. ſolut. matrimon. & Rom. in
ſing. 538. in ver. quod eſt verum.* & ad rationem quinque pro cen-
tena-

tenatio † videtur taxanda, ad dicta per Bern. Henric. in ſumma magis communium *concluſ. 95.* vbi de magis communi atteſtatur. *lib. 1.* 18

Et ſic ex deductis clare apparet de iuſtitia ſententiæ Iudicis à quo; & quod inter præfatos coniuges deueniendum eſt ad ſententiam ſeparationis quoad torum. Ac qualiter dari debeant alimenta per dict. Robertum dictæ eius vxori, conſiderata eius dote, quæ eſt, vt audio, ducati 150. & d. augmento dotis ducati 290. ad quinque pro centenario. Nec non condemnandus eſt in expenſis præſentis litis; & quia maritus illas ſubminiſtrare debet vxori, contra eum litigant. Præſertim in caſu noſtro: & quia idem Robertus eſt appellans, iuribus vulgaribus. Et ita iudicari obtinui.

Franc. Monaldus I. V. D.
de Vulſinio.

CONSILIVM XXV. EIVSDEM
D. FRANCISCI MONALDI I. V. D.
Clariſſimi.

ARGVMENTVM.

Separatio tori matrimonialis diſcutitur.

SVMMARIA.

1 *Coniugum ad ſeparationem quo ad torum, vt poſſit deueniri, quid requiratur.*

2 *Iudex cogere poteſt coniuges de facto ſeparatos ad redeundum inſimul.*

3 *Tori ad ſeparationem ad inſtantiam vxoris quomodo deueniri poſſit.*

1 RESpondendum quæſito, per Illuſtriſſimum Abbatem mihi facto dico quod ad ſeparationẽ coniugum quoad † torum deueniri non poteſt ſine cauſa legitima & concludente, cum cauſa grauis dicatur. *Pariſ. in conſ. 54 nu. 14. & 15. vol. 4.* & in tantum hæc conclufio vera eſt, quod nedum Iudex ad inſtantiam mariti, ſi de
2 facto eſſent ſeparati, coniugem † cogere debet per cenſuras eccleſiaſticas ad redeundum cum ſuo marito, & matrimonialiter cum eo cohabitandum, *prout dicit Abb. in cap. tua nos. el 2. num. 2. de iureiur.* verum etiam & ex ſuo officio tantum, & abſque alterius coniugum inſtantia; *prout dicit idem Pariſ. in d. conſ. 54. numer. 41. volum. 4. & Gigas in ſing. 62. & in ſing. 47. in fin. text. in cap. ad id. & ibi not. omnes Doctores de ſponſal.* Ex quibus conclu-
3 do ad ſeparationem † quoad torum deueniri non poſſe ad inſtantiam vxoris, niſi per eam probatum fuerit, ſeruatis de iure ſeruãdis, coram Iudice cauſas idoneas, ob quas ad talem ſeparationem deueniri poſſit; alias debet cogi per eundem Iudicem ad redeundum cum marito, & eidem matrimonialia obſequia præſtandum, præſertim eius marito inſtante; prout mihi in facto præſupponitur per ſupra dicta.

Franc. Monaldus I. V. D.
de Vulſinio.

CONSILIVM XXVI. EIVSDEM
D. FRANCISCI MONALDI, I.V.D. Clariſſimi.

ARGVMENTVM.

Mulier recedens à viro, cum quo non conſummauit matrimonium, an ad eum redire teneatur, & ad quid.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Confeſſio debet acceptari à Iudice cum ſua qualitate.*
2 *Vxor vt reſtituatur viro, tanquam ſpoliato, quid requiratur.*
3 *Mulier an ſit reſtituenda viro citra copulam.*
4 *Excommunicatio eſt medicinalis ante contemptum.*
5 *Teſtis debet deponere de his, quæ percipit per appropriatum ſenſum, alias non probat.*
6 *Teſtes recitantes verba ab alio prolata, non probant, ſi non concordant in verbis.*
7 *Teſtes licet in ſubſtantia concordantes, ſi de formalitate verborum deponant, & vnus ab alio diſcrepat, non probant.*
8 *Vxor recedens à viro, in quo dicatur illum ſpoliare.*
9 *Decretum factum contra formam iuris eſt nullum.*
10 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur ordinario.*
11 *Lex prohibens appellari, prohibet ad vtrumq; effectum, tam deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum.*

IN cauſa Corbetta Domina Franciſchina vxor Domini Orphei debet declarari in ſententiam excommunicationis incidiſſe iuxta formam ſententiæ & comminationis eidem fact. in mandato, ex quo illi non paruit redeundo ad habitandum cum Domino Orpheo eius viro, *iuxta cap. literas. §. porro. & §. quod ſi non habeat. & ibi Abb. nu. 29. de reſtitut. ſpoliat.*

Neq; aliquid obſtat, quod Dominus Orpheus cum ea non conſummauerit matrimonium, dum ipſa per aliquot dies in domo eiuſdem Orphei cohabitauerit, & quia illud non conſummauit, quia ipſa noluit, prout ipſe dixit reſpondendo poſit. cui credi debet, cum † confeſſio cum ſua qualitate debeat 1
acceptari à Iudice, cũ illa ſe fundet. *Alex. in con. 87. n. 1. vol. 1. Lap. alle-*

allegat. 94. numero ſexto. in verb. quarto. & numero 8. Cod. de conſeſſ.

2 Et quia ad hoc, vt vxor † viro reſtituatur tanquam ſpoliato, non requiritur, quod matrimonium fuerit conſummatum: prout ex aduerſo dicebatur per cap. *ex transmiſſa*, & cap. *ex conqueſtione. de reſtitut. ſpoliat.* ſed quod per verba de præſenti fuerit factum, & mulier cum marito cohabitauerit, & debita ſeruitia matrimonialia citra copulam præſtiterit, per cap. *ex parte. & ibi gloſſ. in verb. commodo deſtituta, & optime Abbas numero 22. vſque ad numer. 26. eod.* vbi etiam dicit dictum cap. *ex transmiſſa*, & cap. *ex conqueſtione*, in quibus ponderatur copula ad hoc, vt fiat reſtitutio, debere intelligi, & habere locum, quando petitur reſtitutio & quoad copulam, & quoad alia, attento quod ſi maritus matrimonium non conſummauerit quoad copulam, non poſſit dici ſpoliatus, nec reſtitutionem petere, prout quoad copulam non fuit mandatum reſtitui in caſu noſtro, ſed tantum quoad cohabitationem, & alia ſeruitia matrimonialia citra copulam.

3 Et quod mulier ſit reſtituenda viro ſpoliato † citra copulam, etiamſi prætendat matrimonium eſſe nullum ex capite conſanguinitatis, & probationes offerantur in promptu, ad hoc, vt alia debita ſeruitia eidem præſtet, dicit text. *in dict. c. literas. §. porro. & ibi Abbas numer. 26. in fin. & ſequent. de reſtitut. ſpoliat.*

4 Neque etiam debet differri dicta † excommunicatio, cum medicinalis ad ſalutem ſit, non autem mortalis ante contemptum. *cap. 1. in primis verbis. de ſentent. excommun. in 6. & cap. multi. & ibi gloſſ. in verb. mortalis. & in verb. medicinalis 2. quæſt. 1.* ex quo poſt relaxationem dicti mandati præfata mulier ad fugiendam iuſtitiæ executionem dixerit, præfatum eius virum verba minatoria de eam occidendo dixiſſe, ac eam meretricem eſſe, & propterea ſecure cum eo morari non poſſe, & quia nihil probauit, vt infra demonſtrabitur, & quia reſtitu-

tio

tio non retardatur, nec excommunicatio, etiamſi mulier dicat in promptu habere probationes ad impediendam reſtitutionem & excommunicationem, & multo minus quando non habet, prout in caſu noſtro, *per text. in dict. c. literas, §. porro. v. quae in fin.*

Et quod teſtes pro parte dictæ mulieris examinati nihil probent, patet. Nam primus teſtis dum interrogatus de verbis prolatis à dicto Domino Orpheo, officium teſtis excedendo iudicat de illius opinione, dum dicit, *volendo inferire, che l' habbia detto, & infra, volendo inferire, che detta Franceſchina era vna puttana,* quod teſtis facere non poteſt, cum debeat † deponere de his, quæ percipit per appropriatum ſenſum, alias non probat. Bar. *in tract. de teſtib. n. 12. teſtis dixit, & nu. 20. teſtis ſuper el quo. Oldrad. conſ. 210. nu. 6. Menoch. in conſ. 82. nu. 161. vol. 1. Mazon. deciſ. Florent 2. nu. 36.* 5

Prout neque aliquid probant ſecunda, & tertia teſtis, cum ſint ſingulares, & contrariæ in referendo verba prolata à Domino Orpheo (in abſentia tamen dictæ eius vxoris) nam prima teſtis deponit videlicet (*& interrogandolo, ſe era donna da mal fare, mi diſſe de ſi,*) tertia vero teſtis aliter deponit, & dicit (*ho benſentito, che hauendolo interrogato mia ameda, ſe era vna puttana, lui diſſe madonna ſi,*) cum non ſit dubium teſtes † aliquid non probare, cum recitant verba formalia ab aliquo prolata, prout in caſu noſtro, ſi non concordant etiam in cortice verborum. *prout firmat Anton. de Butr. in cap. nihil. num. 2.* vbi dicit, ſic de facto fuiſſe iudicatum. Et ibi etiam Abbas *numero 2. de verb. ſignif. Alber. ad agnoſc. catholi. aſſertio. quaeſtion. 34. numero 47. & quaeſtione 35. numero 8. late Ruin. in conſilio 149. numero 30. in verb. non probant, & numero 31. volum. 5.* vbi dicit, quod ex quo teſtes † deponunt de formalitate verborum, & vnus ab alio diſcrepat, quod etſi in ſubſtantia concordent, quod non probent, per auctoritates per eum adductas, *& Menoch. conſil. 85. num. 160.* Et quod teſtes in aliquibus varii non probent, nec 6 7

In his, in quibus ſunt concordes, dicit idem Ruin. *in conſil.158. nu.10.vol.5.*

Neque aliquid obſtat illud, quod opponebatur dicto mandato eidem Franciſchinæ præſentato, vt debeat redire ad domum dicti ſui mariti, alias cit. advidendum ſe declarari excommunicatam, dum dicebatur fieri non poſſe, ex quo dicta Franciſchina à ſententia olim Domini Auditoris appellauerat, cum nihil debeat innouari, appellatione interpoſita: quia ad hoc reſpondetur, quod dicta Franciſchina de iure appellare non potuit, cum ſit notoria ſpoliatrix, cum de facto diſcedendo de domo dicti ſui mariti, in qua reperiebatur poſt contractum inter eos legitime matrimonium dictum, eius maritum de poſſeſſione maritali, in qua reperiebatur
8 quoad † ſeruitia, & alia, excepta copula, ſpoliauerit, *prout dicit Roma. in conſ.324. nu.2. & ſeq. per text formalem. in cap. cum ſit Romana. §. fin. de appellat.*

Neque etiam aliquid obſtat, etſi dicatur dictum Audito-
9 rem dictæ appellationi detuliſſe, quia dictum decretum † delationis tanquam contra formam iuris factum in præiudicium dicti Domini Orphei fuit, & eſt ipſo iure iniquum & nullum, per *l. non dubium. Cod. de legibus.* & nunquam tranſit in rem iudicatam, nec aliquem effectum executionis merebatur, neque meretur. *Barbat. in conſilio 10. numero 33. & ſequent. volum. 2. & Felin. in cap. inter cæteras. numero 10. de iure iudic.* & ideo fuit ſuper illius iniquitate & nullitate aditus Illuſtriſſimus Dominus Nuntius, qui & adiri potuit, cum ſit † delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, & Iudici ordinario æquiparetur, *prout dicit Abbas in cap. qualiter. el primo. numero ſexto. de accuſat.* qui illud reformauit deferendo prædictæ appellationi tantum quoad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum, licet eſſet ſublata ad vtrunque effectum, cum quando lex pro-
10 hibet † appellari, prout in huiuſmodi ſpolio, ad vtrumque effectum

fectum appellationem tollat, *prout dicit Dec. rubr. de appellation. numero 19. & Roland. à Vall. in conſilio ſeptuageſimo ſeptimo. numero decimo ſeptimo. volum. ſecundo.* Et ideo dicta Franciſchina tanquam inobediens iuri & Iudici debet declarari in ſententiam excommunicationis, iuxta dictam comminationem incidiſſe, vt à peccato reſipiſcat, per ſupra dicta. Et iſta ſufficiant.

Franc. Monaldus I.V.D. de Vulſinio.

CONSILIVM XXVII. MARII ANGVISSOLAE IC. PLAcentini.

ARGVMENTVM.

An vxore relinquente maritum ſuum dominum Maſſarium, & vſufructuarium omnium bonorum ſuorum, maritus non habeat niſi alimenta, extantibus liberis.

SVMMARIA.

1 *Argumentum de ſimilibus ad ſimilia procedit etiam in materia conſuetudinis.*

2 *In qualibet lege ineſt clauſula, vt procedatur de ſimilibus ad ſimilia.*

3 *Pronuncians contra conſuetudinem, ita facit litem ſuam ſicut pronuncians contra legem.*

4 *Ita punitur tranſgreſsor conſuetudines, ſicut tranſgreſſor legis.*

5 *Res non eſt ſubiecta ſermoni, ſed ſermo eſt ſubiectus rei.*

6 *Non in folio verborum, ſed in radice rationis & in ſenſu conſiſtit Euangelium.*

7 *Licet ſtatuta & conſuetudines non trahantur regulariter extra caſum ſuum: tamen propter maioritatẽ rationis poſſunt extendi.*

8 *Conſuetudo habet tantũ de effectu, & potentia, quantũ habet de vſu.*

9 *Conſuetudo proprios terminos facti & vſus non excedit, & quantum habet de actu, tantum habet de potentia, & non plus.*

Viſo

VISO, & vt decet examinato, teſtamento quon. Magnificę D. Dionorę de Benedictis, in quo relinquit vſumfructum omnium & ſingulorum bonorum hereditatis ſuę D. Cæſari eius marito, donec & quouſque vixerit.

Difficultas non conſiſtit, an huiuſmodi verba iam dudum à cõſuetudine obtenta in curia vulgari, receperint certam interpretationem, vt videlicet intelligantur ſolum importare alimenta ſtantib. liberis heredib. quia communiter vbiq; ita tenetur, & quæ certam interpretationē habuerint minime mutanda ſunt. *l. minime. ff. de leg.* ſed difficultas cõſiſtit, vt probetur de iſta conſuetudine, & dicitur, quod de iſta cõſuetudine meminit gl. *in l. 1. C. ſi mulier ſec. nup. vt refert. Bar. in l. Titia. §. Titia. ff. de leg. 2. in verſi. quærit Dy. ſi teſtator dixit.* Ideo ſecundum talem interpretationem dici debet in propoſito, quod teſtatrix voluit intelligi d. eius verba, vt ſolum habeat alimēta, *arg. l. ſi ſeru. pluriũ. §. fi. ff. de leg. 1. facit d. l. minime. & l. ſi de interpretatione. ff. de l. & l. quod ſi nolit. §. qui aßidua. ff. de ædil. edict.* quæ quidem conſuetudo eſt rationabilis, & rationē ſumpſit ab eo, quod dicit text. *in §. prohibemus. in prin. in auth. de trien. & ſemiſ.* videlicet quod ſi pater videretur voluiſſe relinquere plenum vſumfructũ, non paterne egiſſet, imo fuiſſet crudelis, & impiiſſimus in filios, quos fame necare quodam modo voluiſſet, q̃ non eſt præſumendum feciſſe, vel voluiſſe. *arg. l. cum acutiſſ. C. de fideico. cum ſim.* Ideo dicũt Dd. quod vbi inſtituti eſſent alii (quãuis attinētes) modo non ſint filii, quod d. conſuetudo non vendicet ſibi locum; quia ratio conſuetudinis eſt fundata in fauore filiorum, *vt dixit Ia. But. in d. l. 1. C. ſi mulier ſec. nup quem refert Pau. de Caſt. cõſ. 387. circa fin.* & ideo omni caſu debet procedere interpretatio à d. conſuetudine inducta & approbata, *arg. l. de quib. ibi. (& ſi qua in re hac deficeret, tunc quod proximũ & conſequens ei eſt, &c.) ff. de leg.*
1 vbi probatur q̃ †argumentum de ſimilib. ad ſimilia procedit, etiam in materia conſuetudinis, *& comprobat gl. & Bald. in l. non*

poſſunt

poſſunt.ff.de leg.dicens, quod in † qualibet l.ineſt clauſula, vt pro- 2
cedatur de ſimilib.ad ſimilia, *& idem in c.1.de feu.cog.dicẽs,* quod
poteſt argui per ſimile cõſuetudinis. Vnde † pronuncians cõ- 3
tra conſuetudinem, ita facit litẽ ſuam, ſicut pronuncians contra legem, *vt dixit Bald. per illum tex. in Auth.iubemus. C.de iud.* &
ita † punitur tranſgreſſor conſuetudinis, ſicut trãſgreſſor legis. 4
c.cum his.11.diſt.gl.in c.generali.de elect.in 6.in c.ex literis. de conſuet. Ideo non poteſt eſſe ratio diuerſitatis inter caſum, quando relinquitur ſimpliciter vſufructuaria, & caſum, quãdo relinquitur domina, & vſufructuaria, quia vtroq; caſu de ſtricto iure, & ex propria ſignificatione verba important vſumfructum, & in hoc omnes Dd.concordant.

Cum igitur in caſu vbi vxor eſt relicta domina, & vſufructuaria, quę verba ex proprio ſignificatu importãt vſumfructum: tamen habet locum interpretatio cõſuetudinis, de qua ſupra ſecundum omnes ſcribentes. Abſurdiſſimum eſt ergo dicere, illam etiam non habere locum in caſu, vbi eſt relicta ſimpliciter vſufructuaria, quia alias eſſet impoſita verbis, & non rebus, *contra l.2.C.com.de leg. & c.cõmiſſ.de elect.in 6.* Et quia ſenſum non
verba ſpectare debemus, nec ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſub- 5
iectus, *vt dicit tex.in c.intellig.ſermonum.de ver.ſig.vbi gl.alleg.text.*
in c.March.1.q.1. vbi dicitur, quod † non in ſermonũ folijs, ſed in 6
radice rationis, & in ſenſu conſiſtit Euangelium. Nihilq; obſtat narrãdi diuerſitas, vbi eadẽ dicunt. *c.nihil obſtat.eo.tit.de ver.ſig.*

Præterea, quod d.interpretatio conſuetudine inducta & approbata militet etiam in caſu, quando teſtator tãtum vſus fuit verbo (vſufructuaria, vel vſusfructus) cõprobat *Bar.con.12.alias 13.& in l.1.de iud.& Bal.in l.ſcripturæ.C.de fi.inſt.& iſtam ſententiam firmat etiam Bar.in d.l.Titia.ff.de leg.2.in ver.2.aduertendum. Idem confirmat in conſ.171.incip.Nicol.ſer Amate.* vbi loquitur in caſu, quando vxor erat relicta vſufructuaria omnium bonorum, *& Barthol.in l.ſicut in annos.ff.quib.mod.vſufruct.amit.* vbi loquitur, quando teſtator legauit vxori ſuæ vſufructum omnium bo-

 norum

norum, donec vitam vidualem ſeruaret: quibus caſibus dicit, quod de conſuetudine tantum cõſequitur alimenta, ſi filii ſuperſunt, & ipſis deficientib. vſumfructum, *& idem confirmat. Pau. de Caſt. conſ. 387.* & patet, quod in caſu d. cõſilii teſtator vſus fuerat tantum verbo (vſufructuariam.) *Iſtam ſententiam confirmat etiam Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de pig. §. ſequitur. in additiom. quæ eſt ante verſiculum, (alia quoq́; actio) referens idem dixiſſe Vber. de Bobio. Idem firmauit Magiſter Practicæ Io. Pet. Ferrar. in forma libelli, in quo vxor petit dotem, in gl. donec vitam duxerit vidualem, ſubiiciens, quod certe practicatur communiter dicta conſuetudo vtroque caſu.*

Pro eadem ſententia, quod non referat, an teſtator vſus fuerit verbo (vſufructuariam ſimpliciter) ſiue (dominã & vſufructuariam) quia eadẽ ratio interpretationis in fauorẽ filiorum militat omni caſu. *Ita cõperio conſuluiſſe ſupremũ, ac Illuſt. probatiſſimumq́; ſciẽtia & conſciẽtia D. D. Franc. de Are. conſ. ſuo 40 incip. Præſupponitur in facto, &c. vbi examinat iſtum paſſum per duas col. & tandem concludit, vt prædixi.* Eandem ſententiam firmauit D. Conſtantius de Barchiis in tract. per eum edito in materia dotis. §. *11. circa fi. vbi poſtquam retulit opin. Odof. Nic. Mat. & Bal. in l. fin. C. de indi. vid. tol.* refert Bar. *in d. l. Titia. §. ſi. tenere*, quod ẽtſi ſimpliciter relinquatur vſufructuaria omnium bonorũ, habebit locum illa interpretatio, de qua per gl. *in d. Auth. quod locum. C. ſi mul. ſe-*
7 *cun. nup. & ſubdit. quod iſta opi. Bar. plus ſibi placet.* Quia † licet ſtatuta, & cõſuetudines non trahantur regulariter extra caſum ſuũ: tamen propter maioritatem rõis poſſunt extendi, *iuxta not. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. pro quo dicit ſe eſſe conſuetũ allegare. c. per venerale extra qui fi. ſint. leg.* vnde ſi non habet, niſi alimẽta, quando relinquitur domina, & vſufructuaria, filiis inſtitutis, multo fortius quando eſt relicta ſimpliciter vſufructuaria omniũ bonorum, ſecus ſi vnius fundi, *ſecundũ Bar. vbi ſupra. & ibi ẽt reſpondet ad l. 1. C. de vſufruct. & ad id, quod ſentit Bal. in d. l. fi. dicẽs, quod illud procedit de iure: ſecus de conſuetud. obtenta in curia vulg.* Vel aliter dicit poſſe reſponderi *ad l. primã.* quod ibi erant inſtituti

extra-

extranei, & ſic patet quod iſta ſentẽtia eſt cõmunis in fauorem filiorum, & comprobata & inſtructa optimis rationib. & ſic patet reſponſio ad ea, quæ poſſunt in cõtrarium adduci, & in hoc nõ eſt difficultas in iure, ſed difficultas eſt, an cõſuetudo vulg. quæ eſt ſtricti iuris, loquens, quãdo maritus relinquit vxorem vſufructuariam, ſiue dominam, maſſariam, & vſufructuariam, vt exiſtentibus filiis, intelligatur tantum alimenta relinquere, per ea, quæ ſupradixi, habeat etiam locum in vxore, quando vxor relinquit maritum vſufructuarium, vt *(ſtantibus liberis)* intelligatur tantum reliquiſſe marito alimenta.

Et breuiter licet conſuetudo ſit ſtricti iuris, quę non extenditur, *vt dicit Bar. poſt gl. ibi in l. 3. §. & ſi quis hoc interdict. ff. de itin. actuq́, priua.* quia † tantum habet conſuetudo de effectu, & potentia, quantum habet de vſu. *Bal. ſignanter. in l fi. C. com. vtriuſq́. iud. & in c. 1. in princ. 5. col. in titu. quib. feud. da. poſſ.* quia † propri os terminos facti & vſus non excedit, & quantum habet de actu, tantum habet de potentia, & non plus: Attamen conſuetudo vulg. quando maritus relinquit vxorem dominã, vſufructuariam, & maſſariam omnium bonorum ſuorum (*exiſtentib. filiis*) quod intelligatur tantum alimenta relinquere, vt per iura ſuperius allegata, militat etiam in caſu cõtrario, ſci. in vxore relinquente maritum ſuum dominũ vſufructuarium, & maſſarium ſiue vſufructuarium omnium bonorum ex vi identitatis rationis, vt (extantib. liberis) non habeat maritus niſi alimenta, *vt ſignanter decidit Bal. in Auth. hoc locum. C. ſi mul. ſecun. nupt. ad fi.* & illam deciſionem Bal. ſequitur Iaſ. *in l. fi. C. de indic. vid. tol. in 2. col. ver. ſexto facit. Illam etiam refert & ſequitur Cur. antiquior. in conſ. 11. quod incipit. ſtatuto Parmenſi cauetur. in princ. 3. col.* & Curt. iun. *in conſil. 6. quod incipit. Præſupponitur in ciuitate Papia colum. 4.* Ex his igitur concludo, quod dictus D. Cæſar maritus *(extantibus filiis)* non poteſt ex teſtamento vxoris conſequi, niſi alimenta. Laus Deo.

Mar. Ang. I. V. D.

CONSILIVM XXIIX. CAMILLI BORELLI OLEVITANI IC. Præclariſſimi.

ARGVMENTVM.

Vxor à viro bonorum omnium vſufructuaria relicta, an & quando cautionem præſtet, de vtendo, fruendo, boni viri arbitrio.

SVMMARIA.

1 *Legata vſusfructus diuerſimode relinquuntur.*
2 *Mulier relicta vſufructuaria à viro durante viduitate quando faciat ſuum vſumfructum, & quando cauere teneatur, &c. n. 3.*
4 *Verba adiuncta actui extrinſeco, vt donec nubat, donec vidua erit, quantum durabunt.*

LAVRENTIVS Spinous Notarius Laquedonienſis, filios non habens, heredem inſtituit vniuerſalem D. Siluiam de Payno eius vxorem, durante ſua vita, & dum cuſtodierit lectum vidualem, cum comminatione, quod ſi eadem Siluia ad ſecunda vota tranſire voluerit, habeat dotes, & quædam alia iura particularia, & demum finaliter in dicta inſtitutione, dicit, & ſi dicta Siluia non tranſiret ad ſecunda vota, legauit omnia bona ſua, ſed ſi contrafecerit, dictam ſuam hereditatem diſtribuit, hoc modo videlicet, & ſubſequuntur nonnulla legata pia, quę abſorbent totam fere hereditatem, in quorum legatorum fine dicitur, & ſubſequuto obitu deductis legatis factis omne totum diſpendi debeat pro pannis celebrandis in dicta maiori Eccleſia, quam antea nominauerat. Moritur teſtator, cui ſuccedit teſtamento vxor, Eccleſia Epiſcopalis, & capitulum cui facta ſunt legata pia in caſu præfato, petunt quod eadem D. Sil-

D Siluia vxor præſtet cautionem de vtendo, fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo vſumfructum. Domina Siluia replicat non teneri.

Ad caſum propoſitum, duobus verbis cenſeo, D. Siluiam ad dictæ cautionis præſtationem non teneri; quia † legata v- 1
ſusfructus diuerſimode relinquuntur, videlicet ſi vxor ad viduitatem peruenerit, vidua erit, efficietur, reſtaret, vel permanebit. Aut relinquuntur aliis verbis, puta, donec, quamdiu, quouſq; vidua erit, aut nupſerit, & caſte vixerit. Aut ſub aliis verbis, puta, ſi vxor nupſerit, vel ſi caſte vixerit, vel ſi vitam vidualem ſeruauerit.

Primo & ſecundo caſu non aſtringitur mulier perpetuo ad viduitatem perſeuerare, ſed per tempus; & cum nos ſimus in ſecundo caſu, inſpecta verborum textura, & iſto caſu mulier lucrabitur vſumfructum durante tempore, & adueniẽte poſtmodum conditione, ceſſat. *Ita Pau. de Caſtro Iaſon & Cornel. in l. fina. C. de indict. viduit. tollend. Deci. conſ. 621. Carol. Run. conſ. 65. num. 16. vol. 2. Cardin. Pariſius conſil. 32. col. 9. volum. 1. & Roland. à Vall. in tract. de lucro dotis. q. 51. num. 4.* Vltimo vero ac tertio caſu, debet obſeruare perpetuo viduitatem, & adueniente conditione vſumfructum reſtituere tenebitur. *de † quo plene Borgnin.* 2
Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. num. 117. Et hic non eſt in caſu nobis propoſito.

Vnde conſideratis verbis inſtitution. & conditionibus iamdictis in teſtamento appoſitis, cum ſimus in terminis primi & ſecundi caſus, arbitror, quod etiamſi iſta mulier ad ſecunda vota migraret, non teneretur vſumfructum interim medio tempore perceptum, reſtituere, ſed ceſſaret vſusfructus tantummodo pro tempore futuro poſt contractas ſecundas nuptias, *vt ſcripſerunt Bal. Ioann. de Imola in l. cum filius, §. qui Mutianam. ff. de leg. 3. Cardinal. Pariſ. conſil. 95. numero 47. volum. 2.* vbi pro caſus noſtri deciſione in ſpecie dicunt, quod ſi † mari- 3
tus reliquerit vxori vſumfructum, donec caſte vixerit, & in

viduitate permanſerit, quod ſi iſta vxor ſtetiſſet forte per triennium percipiendo fructus triennales, & poſtea nupſerit, quod non tenebitur illos reſtituere, & conſequenter nec etiam cautionem præſtare. *Tenuit etiam Ruin. in d. conſi. 65. numer. 16 & ſequent. volum. 2. & Iacob. Machell. in patrocinio 50. num. 1. & 2. Facit quod dicit Vdalric. Zaſ. in l. centeſimis. §. final. ſub num. 9.*
4 *ff. de verb. obligat.* quod iſta verba adiuncta † actui extrinſeco, vt dabo donec nubat, vel donec vidua erit, vel quatenus, &c. Talis conuentio durat, tam in vltimis voluntatibus, quam etiam in contractibus, quamdiu durat qualitas, quamdiu mulier non nubit, iſtoque caſu cum ceſſat duratio actus, tunc emergit conditio exſtinctiua, extinguiturq; conuentio. *l. legatum. ff. de ann. legat. in l. pater. in fin. ff. de condit. & demonſtrat. l. pen. in princip. ff. de excuſat. tutorum.* vbi dicit ipſum defendiſſe in quodam conſilio quandam mulierem, cui erat permiſſa adminiſtratio libera bonorum, donec vidua permanſerat, vbi dicit defendiſſe eam eſſe proprietariam, quod non eſſet, ſi iſta verba importarent conditionem. Et ita reſidet Zaſius.

Ex quibus arbitror dictam Siluiam ad cautionem pręſtandam cogi non poſſe, & ita celerrime pro veritate conſultus reſpondeo. Et hoc votum firmarunt Illuſtres Domini Aduocati Neapolitani, Ioannes Franciſcus de Ponte, nunc Regens apud Catholicam Maieſtatem, Ioannes Carolus Vitellus, Benedictus Mandina, nunc Epiſcopus Caſertanus, Iulius Palumbus, Thomas Longus & Petrus Macarius, ex quibus fuit abſoluta. Laus Deo.

Camillus Borellus.

CON-

CONSILIVM XXIX. EIVSDEM CAMILLI BORELLI OLIVETANI IC. *Præclariſſimi.*

ARGVMENTVM.

Pro vxoris debito, an in rebus dotalibus, viro ipſo reluctante, fieri poſſit miſſio, vel executio.

SVMMARIA.

1 *Bona dotalia an exequantur pro vxoris debito &c.*
2 *Maritus eſt conſtante matrimonio dominus rerum dotalium.*
3 *Maritus non tenetur pro vxore, nec econtra vxor pro marito. numer. 11.*
4 *Dos datur pro oneribus matrimonij.*
5 *Debitum contractum ab vxore ante matrimonium contractum, debetur ex bonis dotalibus.*
6 *Bona dicuntur ære alieno deducto.*
7 *Intellectus Gloſſ. in l. quinq; legibus. ff. de bon. damnat.*
8 *Debitum ſi fuit ab vxore contractum matrimonio conſtante, debetur per miſſionem, vel executionem in bonis extra dotem vel paraphernalibus, vel cauebit de ſoluendo debitum matrimonio ſoluto.*
9 *Cautio à muliere de ſoluendo debitum, vel fideiuſſoria, vel iuratoria præſtari debet.*
10 *Vnum pro alterius debito moleſtari iniquum eſt.*

LVcretia Aretuſia de ſancto Angelo Faſanellæ impetitur à Guilielmo Coruino pro quadam quantitate pecuniæ pro venditione pannorum, eidem Lucretiæ à Coruino facta, comparens maritus, opponit quod cum vxor ſua ſit, tractatur de eius de-
trimento, dicens minime poſſe in bonis † dotalibus, in ſui præ- 1
iudicium exequi. *argument. l. quinque legibus. ff. de bonis damnat.* cũ omnia eius bona ſint eidem Lucretię pro dote conſtituta; & idcir-

idcirco alteri per alteram, cum iniqua conditio non inferatur aut præiudicium. *l. cum te. l. 1. C. ne vxor pro marit.* Et maritus
2 conſtante matrimonio † ſit rerum dotalium dominus. *vulg. l. doce ancillam. Cod. de rei vendic. l. cum poſt. §. in dotem. ff. de iur. dot. gloſſ. in rub. C. de iure dot. Alexand. in l. pater filiam. numer. 6. ff. ad leg. Falcid. Cornel. in conſi. 228 litera D. vol. 1. & in conſilio 224. litera C. volum 3. Petrus Vbald. in tract. ſocietat. part. 5. principal. quæſt. 5. & Nicol. Boer. in conſil. 6 numer. 10.* Nec maritus tenetur pro vxore,
3 vel † è contra. *d. l. cum te. & per tot. C. ne vxor pro marito.* Et ſequeretur inconueniens, quod cum dos detur pro matrimonii o-
4 neribus ſupportandis. *l. ſi pater mulieris. ff. de iure dot. Bart. in rub. ff. ſolut. matrim.* ſi fieret executio in dote, vtique ceſſaret cauſa ob quam dos fuit ſtabilita, quod eſſe cum non debeat, vtiq; in aliquo teneri non debet.

Dicendum eſt breuiter in caſu, de quo agitur, fuiſſe probatum, quod debitum prædictum à dicta Lucretia fuit contractum ante contractum matrimonium, quo ſtante, ex dotali-
5 bus † rebus ſolutio facienda erit. *vt in l. mulier bona. in fi. ff. de iur. dot.* Ex quo, cum mulier ipſa promiſerit marito in dotem o-
6 mnia bona, vtique cum bona † dicantur deducto ære alieno. *l. ſubſignatum. § bona. ff. de verb. ſignif.* deducendo debitum contractum ante matrimonium, vtique dicetur dotem eſſe in reſiduo. *vt in ſpecie dicitur in d. l. mulier.* Quam opinionem ſequitur Guido Pap. *in decis. Gratianop. 447. & Anto. Capicius in deciſ. Neap. 128. num. 4. & 5. Barth. de Chaſſan. in conſuetud. Burgund. Rub. 4. § 1. in verſic. & ſic intelligenda eſt gloſſ. in dicta l. quinque legibus.*
7 vt tunc † demum non fiat miſſio, vel executio in rebus dotis, pro debito vxoris, quando deberetur ex cauſa, poſt contractum matrimonium. *arg. l. cum poſt. §. patrona. ff. de iur dot. & l. fin. §. ſi à ſocero. ff. de his, quæ in fraud. cred.* In debito autem conſtante matrimonio facto, vel fiet miſſio, ac executio in rebus paraphernalibus, aut extra dotem; ſi mulier eius generis bona habeat, vel cauebit de ſoluendo debitum ſoluto matrimonio

per

per cautionem fideiuſſoriam; vel illa deficiente per iuratoriam. *vt* † *in d. §. ſi à ſocero. verſ. aut certe. arg. authen. generaliter. C. de epiſcop. & Cleric. & voluit Guido. Pap. vbi ſupra.* In aliis autem caſibus, maritum teneri ad ſolutionem debitorum vxoris, nihil iniquius, teneri vnum ex facto † alterius. *l. 1. vbi Accurſ. ff. ſi pars hereditat. petat.* Graue enim non ſolum legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium pro alienis debitis alium † moleſtari, inquit Zeno Imperator *in l. vnica. C. vt nemo ex vicariis pro alienis. lib. 11.* cuius auctoritate maritum non teneri pro vxoris debito terminatum fuiſſe retulit † Albericus in ſtatutis. *q. 48. part. 1.* ob quod, vt ſupra dictum eſt, concludo. Laus Deo. 8 9 10 11

Camillus Borellus.

CONSILIVM XXX. IOANNIS OLDENDORPII I.V.D. ORDINARII *iuris ciuilis Academiæ Marpurgenſis Profeſſoris.*

ARGVMENTVM.

Quædam anus 60. annorum aut amplius, procreatis in matrimonio liberis, mortuo tandem marito, miſcuit ſe carnali copula cuidam alii cohabitans, hinc ſumpta occaſione aſſerit poſtea ſolenniter in iudicio, datam ſibi fidem fuiſſe contrahendarum palam nuptiarum, ſui ſe cōſenſiſſe in concubitum. Reus autem conuentus fatetur quidem ſe actricem carnaliter cognouiſſe, ſed negat promiſſum vnquam matrimonium: petens abſolutionem iudicum à tali moleſtia.

Mouit Iudices nonnihil, quod mulier ſit mater multorum liberorum, quibus ignominioſum foret, ſi poſt concubitum reipſa declaretur meretrix, matrimonio non ſequente.

Coniiciunt item præceſſiſſe conſenſum rei conuenti ad nuptias, quod non facile alias ſe actrix miſcuiſſet illi per copu-

lam carnalem, *argum. l. in liber. ff. de rit. nupt. c. illud quoq;. de præſumpt.*

SVMMARIA.

1 *Præſumptio generalis tollitur per ſpecialem.*
2 *Conſenſus in detrimentum ſuum à quopiam factus fuiſſe non præſumitur.*
3 *Intellectus l. liberorum. § illud quoque.*
4 *Nuptiæ non cenſentur, quando ſolius concubitus cauſa vir & mulier copulantur, nulla liberorum procreandorum ſpe propoſita.*
5 *Coactio omnis & pœna in contrahendis matrimoniis abeſſe debet.*
6 *Dictum Chryſoſtomi & Hieronymi elegans citatur.*
7 *Malitia ſua alicui lucroſa, neq; ſimplicitas damnoſa eſſe debet.*
8 *Iudici incumbit, etiam Reo non petente, in præiudiciali cauſa, Actoris dolum repellere.*
9 *Ex poſteriori animi facto præſumitur præcedens animi conſilium.*
10 *Turpitudo matris non eſt imputanda liberis prioris matrimonij.*

VErum hæc, & quicquid præterea in actis pro Actrice allegatum eſt, vmbrā habet potius quam veritatem iuris.

1 Principio enim generalis præſumptio † tollitur per ſpecialem, *l. cum de indebito. in princ. ff. de probat. l. final. ff. de hered. inſtit. l. D. Antonius. ff. de in integ. reſtit.*

Quis autem credat, vel quæ ratio dictet, Reum conuentum hominem ſatis validæ ætatis, ideo vſum fuiſſe concubitu vetu-
2 læ, vt eam vxorem duceret? Nemo certe † in detrimentum ſuum præſumitur conſenſiſſe. *l. Caius Seius. ff. de pign. actio.*

3 Nec quicquam patrocinatur † Actrici *l. in liberor. §. illud quoque.* Nam tractant conſuetudinem, quæ propter qualitatem perſonarum veriſimilia habet argumenta matrimonii, quæ in hoc caſu longe abſunt, vti ſequentia demonſtrabunt.

Ergo præſumptionis illius in hac cauſa ne mentio quidem fieri poteſt.

Deinde non eſt obſcurum, quam vehementer Apoſtolus inuehatur & ſcribat aduerſus viduas luxurioſe viuentes intra an. ſexageſ. ætatis. Quid igitur ſtatuiſſet de hac vidua Actrice propemodum decrepita, *1. Thimoth. 5.* Præterea Auguſtinus de coniugio ſcribens apertiſſime probat, non cenſeri † nuptias, 4
quando ſolius concubitus cauſa vir & mulier copulantur, nulla liberorum procreandorũ ſpe propoſita. Cui conuenit egregie, quod Vlpi. ſcribit. Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. *ff. de reg. iur.* In hoc aũt caſu nulla eſt, neq; fuit ſpes ſobolis edendæ propter anilem prorſus ætatem: quis ergo vel cõmuni ſenſu præditus dicat cogendum eſſe Reum conuentum vt ducat vetulam meretricem? Præſertim, quod etiamſi competentem ageret ætatem, abeſſe tamen debeat omnis † coactio & 5
pœna in contrahendis matrimoniis. *c. 2. c. requiſiuit. & c. genuina. de ſponſalib. & matrimoniis. & l. Titia quæ. ff. de verb. obligat.*

Quarto ſi quis hanc rem cum ſuis circumſtantiis recte perpendat, exemplum eſt toti patriæ deteſtandum, conniuere Actrici, vt bonũ virum tali modo fruſtra moleſtet, ac quaſi præſtigiis quibuſdam foueatur matrimonium cõtra naturam. Eleganter enim Chryſoſtomus: *Sicut crudelis † is* (inquit) *& iniquus* 6
eſt, qui caſtam dimittit vxorem: ſic fatuus eſt & iniuſtus, qui retinet meretricem. Patronus quippe turpitudinis eſt, qui celat crimen vxoris. Et Hieronymus. *Sicut* (ait) *non omnis congregatio hæreticorum Chriſti eccleſia dici poteſt, nec caput eorum Chriſtus eſt: Sic non omne matrimonium, quo non viro ſuo ſecundum præcepta* CHRISTI *vxor iungitur, rite coniugium appellari poteſt, ſed magis adulterium.*

Poſtremo manifeſtiſſimi iuris eſt, non debere † alicui malitiam ſuam eſſe lucroſam, neque ſimplicitatem damnoſam. *l. 1.* 7
in princip. ff. de do. ma. l. non fraudantur. ff. de regul. iuris. in 6.

Sed ſi auctoritate iudicũ procederet contra ius naturę hoc matrimonium, actrix conſequeret̃ ex calumnioſa ſua libidine præmium, Reus a. cõuentus corporis & animæ periculo læderetur

8 retur irrecuperabili. Itaque iudiciali † officio incumbit, in tam graui præiudiciali cauſa, etiam reo non petente, actricis dolum reppellere, *arg. l. cæteræ itaq. ff. famil. erc. ſcund.*

Quod autem Actricis intentio ſemper fuerit ab initio concubitus, & iam nunc quoq; ſit calumnioſa, cõſtat hinc euidentiſſime. Nam cum haud ita pridem in quorundam amicorum cõuentu reus deprecaretur vexationem Actricis, mox illa poſtulauit centenos aureos, quibus ſolutis vellet à iudicio diſcedere: Iam autem ſciuit conſenſum matrimonii reuera interueniſſe, aut ſciuit non interueniſſe. Si certa fuit, cõtractas eſſe nuptias, quomodo pro his diſtrahẽdis accipiet pecuniam? Sin autem ignorauit, commentum eſſet calumnioſum, ſicut vere eſt, vt bono viro imponeret, quare lucrabitur ex tanto crimine quicquam?

9 Ex poſteriori animi † facto præſumitur præcedens animi conſilium, *l. ſi quis adulterium. § 1. ff. ad l. Iul. de adulter.* Ideoq; luce meridiana clarius eſt Actricem nihil aliud vnquam intendiſſe præter merum dolum, vt fortunis rei conuenti, prætextu nuptiarum, ditaretur.

De liberis aũt prioris matrimonii nulla poteſt iniici contu-
10 melia, quia turpitudo † matris non eſt illis imputanda. Maius a. malum ſequeretur ex iniuſtiſſima rei condẽnatione. Nam primum grauaretur iniuria irrecuperabili, quanquam ſecundum naturam magis ei fauendum eſt. Deinde præberetur occaſio publici ſcandali. Tertio impedirentur honeſtæ nuptię & procreatio liberorum, in perſona rei conuenti. Quarto traherentur conſcientiæ in periculum damnationis.

Quamobrem nemo bonus vir in hac cauſa dubitabit, quin petitio anus, aperte calumnioſa, debeat dentibus lacerari, abſoluto reo, aduerſus quem neq; ex iure aliquid allegatur recte, neque ex facto quicquam vere probatum eſt.

D. Ioan. Oldendorpius reſpondebat de iure.

CON-

CONSILIUM XXXI. CAMILLI BORELLI OLIVETANI IC. Præclariſſimi.

ARGUMENTUM.

Prægnantis, abortus, venenationis ſigna. Intellectus conſt. Mala noxia.& conſt. Poculum amatorium Conſtit. terminum vitæ.

SUMMARIA.

1 *Raynaldus Rodolphus Iuriſconſultus Peruſinus laudatur.*
2 *Conſt.Regni. Mala noxia. & Conſt Poculum amatorium, intellectus.*
3 *Conſt.terminum vitæ.*
4 *Obſtetricibus,& aliis,creditur in eorum exercitiis.*
5 *Periti in arte probant per verbum,credo.nu.12.*
6 *Domini delictum patratum præſumitur à domeſticis.*
7 *Carnalis copula præſumitur inter repertos ſolos.*
8 *Adulterium commiſſum præſumitur, dum quis eſt repertus in domo pulchræ mulieris.*
9 *Liuores,maculæ nigræ, & ſpumæ ex ore manantes,an ſint venenationis ſigna, &c.*
10 *Germanici Imperatoris corpus repertum maculis nigris cõſperſum.*
11 *Alexander Papa VI.repertus fuit tumefactus, niger & viſu turpis.*
13 *Maſculi fœminis præferuntur in teſtificando.*
14 *Maiori in dignitate magis creditur.*
15 *Pro Doctoris peritia præſumitur.*
16 *Hydrops Græce morbus, qui latine dicitur,aqua intercus.*
17 *Timpanite infirmitas à timpano dicta.*
18 *Aſcites quæ infirmitas, &c.*
19 *Hypoſarca, dicta etiam Leucophlegmatia.quid, &c.*
20 *Inflationes ſunt tumores præter naturam, à Græcis ædemata dicuntur.*

21 *Ex hydropeta fit hydropiſis.*

22 *Morbus acutus qui ex Hippocrate.*

23 *Si os vteri ſiue matricis non poteſt tangi, mulier vtero non gerit.*

24 *Lac ſanguis eſt concoctus.*

25 *Mulier ſi neq; grauida, neq; peperit, & lac habet in mammillis, huic menſtrua defecerunt.*

26 *Sanguis Menſium, ſiue florum, eſt communicatio mammillarum.*

27 *Princeps Salerni lac habebat in mammillis, & nunquam peperit.*

28 *Capri Lemnij hiſtoria.*

29 *Antonij Buſſei ex Cardano hiſtoria.*

30 *Cardiaca paſſio quid, &c.*

31 *Corpus fit nigrum liene peccante.*

32 *Morbus elephantiacus maculas habet nigras.*

33 *Spuma venit in ore epylepticorum.*

1 NVNC experientia didici, veriſſimum aſſeruiſſe excellentiſſ. Iureconſultum † D. Raynaldum Rodulphum, in Academia Peruſina primam iuris ciuilis cathedram profitētem, dum in epiſtola ad Viuium ait: Iuriſconſulto Philoſophiæ ac Medicinæ ſtudia neceſſaria eſſe. Et me in ſpecie, in caſu nunc econſulendo, Philoſophiæ ac Medicinæ ſtudiis aliquando operam dediſſe modo meminiſſe iuuabit.

Iohannes Antonius Calander, Aromatarius, inquiritur de ſtupro Supernæ de Cyno eius Ancillæ, prægnatione ſequuta, & demum quod, ne detegeretur iſtud delictum, eidem Supernæ dederit pocula abortum prouocantia, ita violenta, & venenoſa, quod vnica bibitione, & partum, & prægnantem è vita ſuſtulerit. Et idcirco prætenditur eundem non ſolum in-
2 cidiſſe ad pœnas conſt. Regni. *incip.* † *macula, & noxia. & Conſt. poculum amatorium. cum tribus conſtitutionibus ſeq.* ac in pœnas iure com-

cõmmuni ſtatutas contra venenantes, & ad pœnam *l. Cicero. ff. de pœnis.* ſed etiam ad pœnam homicidarum ſtatutam in conſtit. *terminum vitæ.* † & alias pœnas iuris communis, Verum quia 3
formata eſt inquiſitio, & non conſtat de delicto plene, vt poſſit tractari de pœnis, ſed tantummodo videnda ſunt indicia, & præſumptiones, quas adducit fiſcus, allegans non ſolum ſufficere ad torturam, ſed etiam ad condemnationem; & indicia, quæ adducuntur, ſunt ad probandam prægnationem, venenationem & abortum, quia mors ſequuta minime negatur, ſed ſolum videri debent prima oppoſita,

Contra eum inducuntur, quod ſtuprum ſit ſatis ſufficienter probatum, quia curia deduxit quod eadem Superna iam mortua, inſpecto vtero per obſtetrices, habuerit eum tumefactum, & groſſum. Inſpexerunt etiam mammillas, quibus expreſſis exiuit copia lactis, ex quibus ſignis dixerunt, ac depoſuerunt, quod earum iudicio dicta Superna vtero gerebat, & grauida erat, quibus vti expertis in arte creditur, & ſignanter cum deponant de rebus ſpectantibus ad earum officium, vt de obſtetricibus † loquitur text. *in l. 1. §. 1. & §. de inſpiciendo. ff. de ventr. cum his quæ allegat Barthol. Socinus in conſilio 275. in* 4
cauſa fratris Andreæ. colum fin. volum. 2. & faciunt notata per Matth. de Afflict. in deciſio. Neapol. 236. circa finem. Quæ obſtetrices, etſi deponant eorum iudicio, & per verbum, credo, tamen probant, cum depoſuerint de ſpectantibus ad earundem † artis 5
peritiam. *vt voluit Iaſon in rubr. ff. de iureiur. colum. 3. verſic. 1.* Hinc ſi mulieri vtero gerenti lac multum è mammis effluat, imbecilles conceptus ſignificat, inquit Hippocrat. *vbi Galenus com. 5. Aphoriſm. 52.* ex quo dicto capitur, lacte è mammis fluente conceptionem in vtero deſignari. Vnde poſita conceptione, prægnatione ac ſtupro præcedente, conſequens erit concludere tale carnis flagitium ab ipſo Ioann. Antonio commiſſum, cum ſit delictum in domo factũ, & ab ipſo vti domeſtico, & domino (cum alius non adſit idoneus) patratũ cenſeatur.

6 tur. *argum.* † *text. in l. 1. in fin. ff. de exercitor. & l. 1. §. fin. ff. de his qui*
deiecer. vel effude. vbi Florian. & voluit Dyn. in l. 1. §. ſi quis. quem ſe-
quitur ibid. Lud. Rom. ff. ad Syllan. & idem Florian. in l. idem Mela.
§. ſed ſi plures. ff. ad leg. aquil. Maxime quia pluries fuit viſus ſolus
7 cum eadem Superna ſola, quo facilius præſumitur † carna-
lis copula. *cap. præterea. extra de teſtibus.* Idcirco dicitur proba-
ri adulterium eo ipſo quod probetur, quem deprehenſum in
8 domo pulchræ † mulieris. *Bartol. in leg. 2. ff. de furt.* conſtat e-
nim non modo in eius domo viſum extitiſſe ſolum cum ſo-
la, ſed etiam in vinea, & in campeſtribus. *Et hæc quoad ſtu-
prum.*

Quo vero ad pocula data, vel pro abortu procurando, vel
etiam pro ipſa Superna veneno eximenda, producitur à fiſco
teſtificatio plurium, qui mortuæ Supernæ corpus inſpexe-
runt, quod eam viderunt liuoribus pluribus, & maculis ni-
gris conſperſam, & etiam ſpumam viderunt ex ore manan-
9 tem, quæ venenationis † ſigna ſunt, *vt voluit Petr. Foller. in
pract. crimin. §. idem ſororem venenauit. numero 4. vbi refert illud
Suetonij in Caligula.* Quo in loco dicitur Germanicum Impera-
torem creditum fuiſſe veneno extinctum, cum totum cor-
10 pus fuerit † repertum nigris maculis aſperſum, & liuoribus
ſeminatum. Cuius, poſtquam hæc ſcripſeram, nouiſſime me-
minit bonarum omnium literarum optime eruditus Ianus
Langleus ocii ſemeſtris. *libr. ſecundo. cap. 4.* & ante ipſum Ly-
lius Gregorius Gyraldus *de Poetis & hiſtor. Dialog. 5.* Simile ta-
11 ctum addi poteſt de morte Alexandri Papæ VI. cuius † cor-
pus nigrum, tumefactum & viſu turpe viſum fuit, eo quod
veneno extinctum fuit proprio. *vt referunt Paulus Iouius ſe-
nior. libr. Hiſtoriarum 2. & de vita Magni Conſalui libr. ſecundo. ac
Iohann. Franciſc. Guicciardinus libr. Hiſtoriarum 6.* ex quibus & a-
liis prætenditur contra eundem Ioannem Antonium adeſſe
manifeſta indicia ſaltem ſufficientia ad tormenta. His acce-
dit, eundem eſſe aromatarium, & pharmacorum vendito-
rem,

rem, quo ſtante facilius potuit pocula venenoſa præbere.

Si tamen æquo animo, & iuſta iudicii ſtatera inquiſitionis, & teſtium ad defenſam examinatorum merita perpendantur, vtique contrarium concludi oportet, eundem Ioannem Antonium inquiſitum debere ab inquiſitione iam dicta liberari, totaque vis inquiſitionis conſiſtit in teſtimonio obſtetricum. Quibus licet deponentibus de credulitate † credatur 12
tanquam peritis in arte, *vt voluit Corn. in conſi. 232. num. 4. vol. 1. & in conſ. 27. num. 12. volum. 3.* credendum tamen eſt peritioribus cæteris paribus, & maiori experientia, & rerum ſcientia, decoratis: cõtra etenim obſtetricum, & chirurgi iudicium, teſtificantur plures Doctores Medicinæ, & artis expertiſſimi, quorum dictum præualet, tum quia maſculorum, qui fœminis præferuntur in adhibenda fide † teſtimonii, *vt ex multis com-* 13
probat Alexand. in conſil. 226. numer. 3. volum. 6. Andr. Siculus in conſil. 64. colum. 2. volum. 3. Corn. in conſil. 319. numer. 1. volum. 1. Thomas Grammatic. in conſil. ciuil. 30. num. 1. Philipp. Prob. in addit. ad Ioann. Monach. in cap. ſtatutum. num. 11. de hæret. tum etiam quia tanquam Doctores præferuntur non Doctoribus, quia quanto quis maior eſt in dignitate, tanto † magis ei creditur. 14
Barthol. in tract. de teſtibus, numer. 12. Alexand. in conſil. 27. num. 6. volum. 2. Corn. in conſil. 196. num. 3. volum. 1. Ludouic. Gozad. in conſil. 13. numer. 59. Præſumitur etenim pro Doctoris † peritia 15
l. vnica. §. ideoque. Cod. de nouo. Cod. faci. & l. vnica. Cod. de profeſſ. qui in vrb. Conſtantinop. lib. 12. voluit Andr. Alciat. in tract. præſump. regul. 3. præſump. 19. num. 2. Qui deponunt plures eſſe morbos, quibus citra prægnationem accidit ventris tumor, ac macularum nigrarum conſperſio, mihiq; hoc modo reſponderi poſſe videtur, Ioann. Antonium à delictis oppoſitis eſſe abſoluendum, & liberandum.

Et à ventris inſpectione, eiuſque tumefactione & groſſitudine (vt dicam) inchoando, dicendum eſt, hydropiſi laborantes corporis tumore affici. Eſt autem † hydrops Græce 16

morbus, quem Latini dicunt, aqua intercus. Eſtque triplex eius ſpecies: nempe tympanites, aſcites, hypoſarca, ſiue anaſarca.

17 Prima ſpecies tympanites dicta † à tympano inſtrumento muſico, eſtque, cum corpus ſpiritu magis, quam aqua diſtenditur, & tactum, pulſatumue tympani ſonum reddit, *vt dicit Galenus libr. 3. de ſymptomat. cauſis. & in lib. de victus ration. in morb. acut.* iſtaque ſpecies accidit ex hepatis ſiue iecoris debilitate, & caloris diminutione, & defectu, ex quibus fit flatus, ſiue ſpiritus recluſio, *vt tradiderunt Hippoc. Aphoriſmat. 106. vbi Galenus. libr. 5. de locis affect. cap. 7. & libr. 4. de vict. ration. in morb. acut.*

18 Secunda ſpecies aſcites eſt, quæ † ab humore cauſata, ob alimentorum mutationem in aquam inter tunicam & inteſtina, quam peritoneon appellant, & velut in vtrem colligitur, & quandoq; ex humore in hypochondriis recluſo. *vt ſupra notati voluerunt.*

Tertia & vltima ſpecies, omnium periculoſiſſima, & pene incurabilis, qua ſolidæ corporis partes in aquam reſoluuntur, ita vt corpus pallidum reddatur, & cadaueri ſimile, vocatur-
19 que hypoſarca, ſeu † leucophlegmatia. *de quibus etiam plene tradidit Cornel. Celſus. libr. 3. cap. 21. Paul. AEgineta libr. 3. cap. 48. AEtius libr. 10. cap. 20. & Alexand. Trallianus libr. 9. cap. 1. & nouiſſime amicus noſter Camill. Theſaurus de Pulſibus. libr. 5. cap. 56.* Et omnibus hydropicis accidit tumor, & ab aliis diuerſus. *vt tradidit Galenus. in lib. ad Thraſonem.* Inflationes autem vocantur omnes tumores præter naturam, quas Græci ædemata appellant. *Hippoc. & Galenus 5. Aphoriſm. 63. & libr. 4. Aphoriſ.*
20 *34.* Et cum † ciuitas Biſatii, quo loci erat ipſa Superna, ſit in regione extremę frigiditatis, potuit talis hydrops eidem cauſari ex tali frigiditate, vt placuit Galeno, *lib. 2. de nat. facult.* & etiam ex aquæ frigidæ ibidem exiſtentis bibitione, ita vt ex hydropota (de quo Cyrus apud Xenophontem monet, ſuos

vt aſ-

vt aſſueſcant aquam bibere, & fiant hydropotæ) fieret hydropica. *vt voluit Galenus. lib. 6. de loc. affect. cap. 4.* Potuit etiam eidem Supernæ accidere morbus in veſica, in qua non ſolum accidit ſtrepitus, ſed ventus inflatio. *Galenus in libr. de Dynamidiis.* Inſuper in ventre & inteſtinis ſanguis inducit inflationem. *Galenus libr. 3. de compoſ. medicam. ſecund. loc cap. 5.* & inflationem inducit etiam bilis, qua corpus ita extenditur, vt rumpi videatur. *Idem Galenus in d. libro de Dynamediis.* Nonne potuit comedere rapam, vel raphanum, ex quibus etiam cauſatur inflatio? &c. *Galenus de Simplic. medic.* Nonne cum tempus eſſet vuarum & vindemiarum, potuit bibiſſe muſtum, & ſic ventrem tumefieri? &c. *Ex traditione eiuſdem Galeni, in libr. de bonit. & vit. ſuccorum.* Nonne potuit laboraſſe vitio hæmorrhoidarum, vel retentione menſium, & ſic ventrem tumefactum ſteriſſe? &c. *Galenus in lib. de vena ſect. ad Eraſiſtratum.* Inflatio etiam ponitur inter ſigna febris peſtilentialis. *vt voluit Auicen. Fen. 1. Canonis 4. Tract. 4. c. 5.* dum ait, & quandoque accidit eis diſpoſitio, ſicut hydropiſis. Et potuit etiam eſſe morbus lethalis, *ex dicto Hippocratis libr. 2. prognoſticorum primo.* dum ait; Aqua inter cutem omnis, ſi ex acuto morbo exiſtit, mali eſt, non enim ſedat febrem, ſed dolorem admodum infert, & mortem. Et quoties Hippocrat. † loquitur de morbo acuto, 22
ſemper intelligit de febre quotidiana & continua, in qua reſidet peſtilentialis, vt declarat Galen. *lib. 5. Aphoriſm. 30.* dicens: Si enim ſit febris morbus acutus, neceſſe eſt ipſam eſſe continuam. Idcirco credendum eſt ſimiles tumefactiones, & inflationes ex alio proceſſiſſe, quam ex prægnatione; tanto plus quia interrogata Belliſandra obſtetrix, ſi tetigit, & tangere potuit, dum digitos in vuluam poſuit, os matricis, dixit quod non. Vnde dicitur, quod cum os vteri, ſiue matricis tangi non poteſt, mulier non concepit, nec † vtero gerit. *vt dicit Gal.* 23
in 5. Aph. ex quibus reſolutum primum oppoſitum de tumore.

Vnde bene è noſtris Franciſc. Conan. *lib. 8. cap. 7. num. 7.* ait: Latet plerunque matres initium conceptus, & falluntur ſæpe aut tumore vteri, aut menſtruorum fluxu intermiſſo, quæ vitia nonnunquam vis alicuius morbi affert, non conceptio.

Quo vero ad lac è mammillis emanatum, faciliori medio reſoluitur, ſi recte conſiderentur accidentia infirmitatum, videbitur non mirum videri, quia lac nil aliud eſt, niſi † ſanguis concoctus, *vt docet Ariſtoteles libr. 4. de generat. animal. cap. 8.* Generatur autem ex ſanguine exacte cocto, *vt dicit Gal. 16. de vſu part. cap 1.* & in mammillis immutatur per decoctionem. *Gal. in lib. de Spermate. & lib. 1. de ſanit. tuend. cap. 4.* & ab eiſdem mammillis albificatur. *Gal. de Anto viu.* Quinimo lactis è mammis effuſio ex menſium retentione mulieri obuenire poterit, teſte Hippocrate *5. Aphoriſm. 39.* Si mulier *(ait)* quę neque grauida eſt, neque peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt. Rationem ibidem aſſignant Oribaſius Philotheus, Galenus, Antonius Muſa Braſauola, & poſt eos is, cuius nomen merito inter Latinos intercidit nimirum:

Quod quælibet corporis pars ſibi pro nutrimento ſanguinem attrahit, illumque in ſui naturam conuertit. *vt voluit Gal. in lib. de potentiis naturalibus.* Vnde cum mammæ ſanguinem attraxerint, ibidem permanens in lac conuertitur, tum ma-
26 xime ſanguis menſium, & florum, quia † cum ſit communicatio mammillarum & matricis. *vt docet Gal. lib. 14. de vſu part. & lib. 6. de morb. vulgarib.* neceſſe eſt, vt cum ſanguis eodem peruenerit in lac cōuertatur. Et ſcio ante paucos annos excellen-
27 tiſſimam D. Filomarinam † Salerni Principem cum nunquam filios ſuſcepiſſet, & lac è mammis eius fluere cœpiſſet, Curiam tunc temporis Caroli Cæſaris dediſſe eandem Dominam Regio Conſiliario, & ſenatori Imperiali in cuſtodiam, ne partus ſupponeretur, ob lucrandas tot ciuitates, caſtra, oppida, terras & villas, & cum ſemper maxima lactis copia abun-

abundaret, per quatuordecim menſes à Curia fiſci Regii ob-
ſeruata nunquam partum aliquem edidit. Homines ët ſcio
multos itidem paſſos, vt non mirum videatur mihi illud Ariſt.
de hiſtor. animal. lib. 3. cap. 20. vbi dicit, aliquibus etiam maribus
lac gigni, vt exemplificat de capro † Lemnio. Memorabile re- 28
tulit exemplum Hierony. Cardanus *lib. de ſubtilitat. 12.* vidiſſe
ipſum Venetiis Antonium Buſſeum triginta † annos natum, 29
cui lac in mammis colligebatur ea copia, quæ ſufficeret alen-
do infanti, adeo vt non ſtillaret modo, ſed & impetu nutricii
lactis inſtar ſaliret. Sequitur Ambroſius Pareus *lib. de renuncia-
tionib.* quo loco inquit ad noſtram pronunciationem: Quare
videant Magiſtratus, ne moniti nimium temere muliercu-
larum renunciationibus aſſentiantur. *Et hæc de lacte dicta
ſint.*

Quantum autem ad liuores nigraſque maculas attinet,
non obſtat illud Suetonii de Germanico, quia verba ibidem
dicunt, fuit creditus veneno extinctus, & ſic iſta credulitas
eſt pro cuiuſque animi voluntate, non autem quod veritas ita
ſe habuerit. Quinimo recte ibidem ad Suetonium inquit Mar-
cus Antonius Sabellicus, quod non ſolum veneno mortui li-
uores & maculas oſtendunt, ſed etiam qui cardiaco morbo ex-
tinguunt, ob quod dicit liberatum quandoq; Piſonem quen-
dam. Καρδία .n. Græce, Latine † cor ſonat *Gal. 3. de decret. Hippoc.* 30
inde paſſio cardiaca, id eſt cordis, quæ accidit in horis, quibus
quis melancholia conceptus, totius corporis quædam ver-
beratio contingit. *vt notat* † *Galen. in lib. de ſpermate* Liene etiam 31
peccante corpus † fit nigrum. *Galen. 6. de locis affect. cap 4.* & fri-
gora etiam liuorem faciunt. *Galenus de nat. facult. Docet idem Ga-
lenus in libr. de Melanch. poſt Rufum, & Poſsidonium.* & niger co-
lor atram bilem purgandam indicat, *vt placuit eidem Galen. 14.
Method. Menden. cap. 7.* & hydropiſi laborantes colorem mu-
tant. *Galenus de ſympto. differ.* Et in peſtilentialibus febribus li-
uidus color & niger demonſtratur, *teſte Auicenna principe.*

Fen.1. canon.4. tract.4. cap.1. dum ait, & quandoque accidit cum ea bothor ſubalbida,liuida & quandoque nigra,& quandoque eſt velocis apparitionis, & velocis occultationis, & accidunt cola & vlcera. *Et hoc idem voluit Galen. de præſignatione ex pulſibus. libr.3. cap.4. in fin.* dum dicit,iam faciem etiam attendunt,quod ſi illic aliquid coloris peſtilentis cernant, eos peſte confirmant laborare. Equidē Medico hæc puto clariora eſſe, quam vulgo, partim enim colorem illorum hæriſipelatoſum, partim colorem habent depaſcentibus herpetibus aſſimilem, cum liuiditate,& nigredine diffuſum per plures partes ſcilicet quam à primo. *Quod confirmant AEtius,lib.5.c.94. Paulus Aegineta lib.2.cap.34. & c.35.* Morbus etiam elephantiacus maculas ha-
32 bet, docente† Celſo *lib.3.cap.25.* Summa *(inquit)* pars corporis crebras maculas, crebroſque tumores habet, rubor harum paulatim in atrum colorem conuertitur. Potuit & Superna Salamandræ morſu offendi, cuius tactu lingua inflammatur, ſermo impeditur, tremor cum corpore & reſolutione vrget, partes etiam corporis in orbem liuoribus variantur, & ad extremum mors ipſa conſequitur, *vt ex AEgineta & Dioſcoride voluit Antonius Gub. quæſt. iuris. libr.1.c.16. numer.23.* Vnde cum ex paſſione cardiaca,ex liene,ex frigore,ex atra bile,ex hydropiſi & ex febre peſtifera, liuores & nigredines corporibus accidāt, cauſam non conſpicio,ex qua moueri poſſit Iudex,ad arguendum ex veneno potius,quam ex iſtis dictæ Supernę has maculas nigras,& liuores proueniſſe.

Spumę demum ex ore fluentis ſignum nequaquam officit, nam & apud Græcos omnes, Latinoſque Medicinæ artis Doctores incontrouerſum eſt, epilepſiæ morbo laborantes ſpumam ex ore euomere, quod docuit in primis Hippocrates in
33 libello, *de Morboſacro.* dicens; Spuma vero ex ore prodit† epilepticis ex pulmone, cum enim ſpiritus non ingrediatur in ipſum, ſpumeſcit, & ebullit, veluti moriens. Reddit cauſam

ratio-

rationemque Galenus *lib.2. Aphoriſ. c.43.* quod ſunt duæ cauſæ efficientes inſimul vnitæ, quarum prima eſt totius corporis, & omnium humorũ maxima agitatio. Secunda eſt excedens caliditas, ex quibus inſimul iunctis fiunt duæ cauſæ materiales, quaſi ſubſtantiæ duæ in vnum deductæ, ſcilicet humiditas, & flatuoſus ſpiritus, quorum permixtione in plures partes diuiſa ſpuma oritur. Dat tria exempla.

Primum in ſpuma marris, quæ ex magna vi & agitatione ventorum prouenit.

Secundum, in apro curſu agitato, cui ob maximam caliditatem accidit ſpuma.

Tertium in equo, qui ex caliditate proueniente ex curſus agitatione, & velocitate motus, ſpumam emittit. *Idem Galen. lib.7. Aphoriſm. cap.30. Confirmant hoc Paulus AEgineta, lib.3. cap.13. AEtius lib.6. cap.13. Alexand. Trallianus. libr.1. cap.11. & Cornel. Celſus, libr.3. cap.23. dum ait:* Inter nouiſſimos morbos eſt etiam is qui comitialis, vel maior nominatur, homo ſubito concidit, ex ore ſpumæ mouentur; quod etiam nouiſſime ſequitur Amatus Luſitanus *curation.90. cent.2.* Et iracundi ſimiliter ſpumam emittunt, *vt eſt teſtis Aul. Gel. Noct. Atticar. lib.1. cap.26.* Sic etiam vexati à Dæmone ſpiritu maligno ſpumant. *Marci cap.9. Lucæ c.9.* Vnde nec iſtud etiam obiectum nocebit.

Ex quibus cum indicia non militent, ſed diuerſimode capi poſſint, & probationes non ſunt, ſicuti in criminalibus exiguntur, abſoluendum fore diiudico, prout fuit abſolutus per Illuſtrem Doctorem Dominum Hugonem de Braida de Neapoli. Laus Deo.

Camillus Borellus.

CON-

CONSILIVM XXXII. IOANNIS BAPTISTAE LADERCHII IMOlenſis, IC. Præclariſſimi.

ARGVMENTVM

Ex Summario & Conſilio ipſo conſtat.

SVMMARIVM.

1 EBRIETAS *eſt multiplex, & quæ, & qualis proſit ad lenimentum pœnæ.*

A Deo plene excuſſus eſt hic articulus per clarum Iuriſperitum Dominum Io. Baptiſtam Bertacciolum, vt pauca addi poſſint, nonnulla tamen in medium proferam, ex quibus dubitationes tollantur. Et quoniã Dd. in hac materia Ebrietatis confuſe loqq. & inuicem pugnant, ego diſtincte explicabo.

1 Eſt ergo multiplex ebrietas† leuiſſ. leuis, & magna. Leuiſſ. eſt, quæ mentem non impedit, ſed tantum exhilarat hominem, eumque promptiorem reddit, & de hac agit Bald. *l. 1. nu. 40. C. vn. v.* ob eamq; ait pœnam non imminui. & ſeq. Blan. *in pract. cri. verſ. ebrius. numer. 22.* Rip. *l. fin. numer. 79. C. de re. don.* Leuis eſt, de qua idem Bald. *in l. dicta opera. numer. 6. Cod. qui accuſ. poſſ.* quando calor vini mentem turbat, & in hac dolus aliquis ineſt, & de ea ſecundum Bald. intelligitur *l. reſpiciendum. §. delinquunt. de pœn.* quo loco I C. ex eodem Bald. *vbi ſupra,* triplex delicti genus explicat: ex propoſito, & in hoc dolus præmeditatus verſatur, qui maior eſt: ex impetu, in quo indeliberatus, qui minor: & ex caſu. In hac ebrietate videtur Bal. ibidem ſentire, quod pœna leniatur, quod & Tiraquell. admonuit *cauſ. 6. de pœn. in fin.* Et profecto grauius delictum eſt, in quo maior eſt adhibitus dolus, quam in quo minor. *l. aut facta.*

cta.§.qualitate.eod.de pœn. vbi graſſatura à rixa ſeparatur. Quod autem ſic Bal. accipiendus ſit, ex eo probatur, quod in eodem loco agit de ebrietate, quæ eſt ſine exilio mentis: nam *in d.l. prima.* quod quaſi mentis exilium induxerit, inquit, *in d.autem l.data.* non tamen cum mentis exilio; ecce, vt de eadem ebrietate. Quando itaque ſubiicit, alias pœna non lenitur, intelligere oportet, quando non accedit prope ad mentis exilium, quam is leuem appellat, ſed tantum, vt dixi, exhilarat, leuiſſimaque eſt.

Magna vero eſt, quæ mentis abalienationem inducit, furori prope ſimilis, de qua Bald. in locis præcitatis, & eſt text. *in cap. à crapula. de vi. & hon. cler.* Sic & leuiſſimam iram, & leuem, & magnam conſtituere poſſumus, vt poſt dicam.

Ebrietas leuiſſima non prodeſt, quoad lenimentum pœnę, vt dixi: quia cum homo ſit mentis cõpos, etſi ob vini calorem exultet, ei non parcitur. Sic & minima ira non excuſat. *l.ſi non conuicij. C. de iniur. Dec. & Cagnol. l.quicquid. de regulis iuris.* alioqui nulla fere homicidia punirentur, cum plerunq; ira concitati ſint homicidæ, *vt per Dec. vbi ſupra.*

Leuis autem ebrietas, quæ ad exilium mentis prope accedit, excuſat aliquatenus, & pœnam minuit, *vt per Bald. dicta leg. data. numero 6.* & de hac ſecundum eum loquitur textus *in dict.§. delinquunt* Eſt tamen verum, quod Bald. *ibi*, ſupponit, ebrietatem, de qua dicto §. habere dolum aliquem admixtum, *vt in d.l.prima.num.40.* vbi citat dict.§. *delinquunt.* non aperit, an dolus an culpa inſit dictæ ebrietati. Ipſe tamen opinor de culpa potius, quam de dolo agi in dicto §. *delinquunt.* Nam verbum, Impetus, de quo ibi, proprie ad culpam refertur. *vt per Dy. & Alberi. ibid.* & hanc interpretationem videtur ſecutus idem Bald. *in d.c. à crapula.* vbi ebrium inquit non ſtudioſe facere, ſed impetuoſe. Sed vtrum ſenſum probemus, non multum refert, quoniam ſemper pœna ipſa remittitur, erit tamen leuior, ſi ex culpa ebrietatem ſurgere conſtituamus, quam ſi

 ex dolo

ex dolo. Sic & ira leuis excuſat, *vt per Abb. in c. ſicut. nu. 2. de iureiur. vbi & Fel. in c. dudum. de conuer. coniug. Rom. ſing. 614. volo. nu. 4. vbi nouiſſ. addunt multos. & Tiraq. cau. prima. de pœn.* qui, vt erat ſcriptorum omnium magnus heluator, ita non diſtinguit ſat apte.

Magna ebrietas, quando ſcil. mens omnis abalienatur, non tantum excuſat aliquatenus, ſed delictum prorſus diluit, cum ebrius hic ſit ſimilis furioſo, vel dormienti. *Ang. de malef. verbo. ſcienter. &c. nu. 17. Blanc. vbi ſupra.* Sic & magna ira, quę mentem abalienat, vitiat contractus omnes, & alias diſpoſitiones, *vt per Dec. & Cagnol. d. l. quicquid. & in terminis. trad. Abb. c. 2. de his, qui fil. occid. nu. 2.* vbi ait, quod calor iracundiæ non excuſat à delicto, niſi inducat furorem: intelligo enim, quod non excuſat in totum, ſed mitius punitur. Dec. tamen ibi *nu. 7.* arbitratur eum, qui mente ob iram alienata delinquit plectēdum, ſed non pœna ordinaria, quod puto verius, cum præcedat culpa: nam & in valde ebrio idem eſt. Si enim culpa inebriatus ſit, aliquas dabit pœnas: ſi citra culpam, ſecus: & in terminis ita diſtinguit Plaz *lib. 1. c. 30. nu. 3. ver. ex quibus. in epit. delictorum.* qui fuſiſſime omnium explicat materiam ebrietatis. His ita ſuppoſitis, infero nunc ad caſum præſentem, dicoq; aut magnam in hoc homicida fuiſſe ebrietatem, aut certe leuem, & ideo pœnam leniendam.

Conſidero enim, quod duo teſtes deponunt, quod ante cœnam erat ebrius, & licet non concludant de plena ac graui ebrietate, quia non potuit iſte potator ad ſaturitatem bibere: tamen eo concludunt, quod erat poco meno, che vbriaco. A cœna vero quis dubitet valde ebrium fuiſſe, cum ſe vino ingurgitauerit? &c. Naturaliter iſte inebriatur, bene potus it cœnatum, & exhilaratus: inter cœnam bibit nouies, vt deponit tertius teſtis, à curia probatus, & ideo plenam faciens fidem, ad Rom. *conſ. 104.* & dubitamus non fuiſſe ebrium, &c. Certe hoc adeo apud me veriſimile eſt, vt nihil magis. Ebrioſi enim facile fiunt ebrii, & ab hilaritate ad ebrietatem facilis eſt deſcenſus.

Et

Et deponit idem teſtis de hac re plene, cui, vt dixi, fides habenda eſt, maxime cũ deponat veriſimilia. Concurrũt & alia multa, quod homicidium ex improuiſo admiſſum ſit, & ex ira, quod nulla præceſſerat iniuria, quod iſte eſt naturæ placidæ, & alia quæ accurate perpendit idem Clarus Iuriſperitus. Et hæ qualitates additæ ebrietati, multum poſſunt; profectoque ſi hoc maleficium eodem modo punimus, quo vera ac doloſa, non iuſte facimus.

Neque obſtat, quod enſem ſanguinolentum intra cubiculum reliquerit, quod ſe admiſſo facinore occultauerit (cætera omitto ante magnam ebrietatem dicta) quia & hęc ebrio conueniunt. Quis enim ſcit, an enſis deciderit, an ſponte abiecerit &c. quis an, vt vino ſomnoque ſepultus, iacuerit, an vt ſe curiæ occultaretur, &c. Plane hæc potius ebrii fuiſſe videntur. Potuiſſet enim ſubdolus homicida latere curiam, vt quotidie euenire videmus. Præterea non exigit ebrietas mentis exilium, vt pœna minuatur: ſed eſt ſatis, ſi ad exilium prope accedat. Demus ergo, fuerit iſte non mentis quidem prorſus inops ſed certe nec & compos.

Quare concludo pœnam eſſe leniendam, & iſtum citra mortem puniendum. Et hæc currenti calamo dictaſſe ſufficiant.

Ioann. Baptiſta Laderch. IC.

CONSILIVM XXXIII. MARII ANGVISSOLAE, IC. PLACENTINI,

In cauſa homicidij.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta in iudicio, videtur inducere notorium.*

2 *Producens videtur eorum dicta ratificare ex productione ſua,*

3 *Inualida atteſtatio probatur ex tacito conſenſu partis eũ producentis.*

4 *Quiſpiam reddens aduerſarium timidiorem, & filios audaciores, dicitur auxilium præſtitiſſe.*

5 *Armatus aſsiſtens facientib. dicitur præſtare auxilium, & opem proximam facto occiſoribus, & non remotam.*

6 *Præſtans auxilium proximum occiſoribus, debet puniri eadem pœna qua occiſores.*

7 *Cauſa dicitur proxima, qua poſita, ponitur effectus, à qua remota remouetur effectus.*

8 *Quotiescunq; confitens habet præſumptionē iuris contra ſe, poteſt cōfeſsio qualificata diuidi, & in parte acceptari, & in parte ſperni.*

9 *Quando eſt conſenſus operatorius, tunc opera dicitur cauſam mortis dediſſe.*

10 *Quando quis opem præſtat, in ipſo actu maleficij aſsiſtendo, vel aliter adiuuando, eadem pœna puniri debet.*

11 *Quispiam aſſocians occiſores, & eis fauorem præbens ad locum delicti, eadem pœna punitur, qua reus principalis.*

12 *Aſsiſtens alicui delicto, debet puniri eadem pœna.*

13 *Si in inquiſitione contra aliquem ſint hæc verba, vt habilius & commodius poſſet committi homicidium, tunc aſsiſtens dicto maleficio debet decapitari.*

14 *Aſsiſtere dicitur, qui ſtetit armatus, præſens homicidio cū malefactore.*

VIſo, & vt decet examinato proceſſu criminali contra Venturinū de Cremona, ac eleganti conſ. circa d. proceſſum reddito, per quendam excellentem Doct. in quo luculētiſſime diſſeruit Venturinum incarceratum condemnandum fore in ære, & in perſona citra mortem, potiſſime eo fundamento, quia non prębuit cauſam homicidio, quia vbi cauſam homicidio præbuiſſet, eadem puniretur pœna, qua puniunt occidentes. Punctus ergo erit in bene digerendo & examinando, an dictus Venturinus prębuerit cauſam homicidio. Ideo antequam deueniam ad deciſionem pręſentis articuli, pręmitto ante omnia, quod tergiuerſari non poteſt, quin Venturinus principaliter coadunatus, & armatus inſimul cum filiis, & nepote occiſorib. exiuerit domum, quo in caſu dicitur verus auxiliator, *arg. l. 3. § homines. ff.*

nes.ff.vi bo.rap.ut declarat.Pe.de Ang.conſ.217.ad fin.quod incip. Nos Barth. Quod autem ſic coadunatus exiuerit domum, probatur per teſtes productos per ipſummet Venturinum ad eius defenſam, in quantum dicunt, q dum cœnaſſent cum d. Venturino, illuc acceſſit quidam iuuenis, quem non cognouerunt, & inclinauit ſe ad aurem d. Venturini, ſed quid ei dixerit, neſciunt, & ſic cœnando modico interuallo ſurrexit d Venturinus, & exiuit modicum foris de d. domo, & parum morando cum eius filiis, & quodam ſocio, cum magno impetu intrarunt eorum domum omnes inſimul, & deinde ſimiliter inſimul cum impetu exierunt foras armati, & applicuerunt, vbi factum fuit homicidium Petri Mazenghi. Quibus teſtibus ſtandum eſt, quia per eorum productionem, maxime cum ſit publicatus proceſſus, fatetur Venturinus contenta in eius fore vera, *ſicut etiã producens inſtrumenta,* inquit Bal. *in l.cum precum.C.de lib. cauſ. & in l. vnica.C.de confeſſ. & in c.cum dilectus.in fi. de conſuet.* & quæ † confeſſio, cum ſit facta in iudicio, videtur inducere notorium, *& in c.olim.de ver.ſign.traditur in c.veſtra.de cohab.cle.& mulier.Conſulatt Soc.conſ.24.col.7.verſ.6.probatur. Faciunt not. per Bart. in l. poſt legatum.§.admittere.ff.de his, quib.vt ind. Inn.& Ca.omnes in c.cum venerabilis.de excep.per Albe in Auth.ad hoc.C.de fi.inſtr.quem refert & ſeq.Lanfr.Orian.in c.quoniam contra falſam.in pen. col. de prob* Facit ẽt, quia † producens videtur eorum dicta ratificare ex pro- 1 2
ductione ſua. Nam † inualida atteſtatio probatur ex tacito con- 3
ſenſu partis eam producentis. *Ita ſingulariter Lud. Rom. conſ.104. incip. Pater Reueren.refert & ſequitur Iaſ.in rub.ff.de iureiur.* Nec etiam inficiari poteſt quin iam d. Venturinus ſociauerit filios & nepotem ad locum, vbi factum fuit dictum homicidium, & quod plus, eos armatos ſociauit: vnde dicitur aliquid plus feciſſe, quam præſtitiſſe auxilium, quia aduerſario timorem incuſſit, qui vidit dictum Venturinum armatum, per ea quæ voluit Bartol. *in l.3.§.armis.ff.de vi & vi armat.Innoc.in c.continentia. de cle.percu.Bal.in l.raptores.ad fin.C de Epiſ.& Cler.* & ex hoc, quod

4 reddidit aduerſarium † timidiorem & filios audaciores, dicitur auxilium præſtitiſſe, *vt etiam voluit Bal. in l. non ideo minus. col. vlt. C. de accuſ. & Pet. de Anch. d. conſ. 217. & Can. in c. ſignificaſti. il ſecondo. de homicidio.*

His itaq; libatis deueniendo ad principalem articulum, in quo conſuluit prædictus excellens Doct. dictum Venturinum non præbuiſſe auxilium homicidio, & per conſequens non cõdemnandum ea pœna, qua occiſores, ſed media pœna: Tamen de iure teneo totum oppoſitum, ſcilicet, quod dictus Venturinus præbuit cauſam homicidio, taliter quod venit ea pœna plectendus, qua occiſores. Et in primis negari non poteſt, quin Venturinus attulerit auxilium, & opem occiſoribus, quia armatus aſtitit facientibus, *vt eſt gloſſ. reputata ſingul. in verſicul. licet. in verbo iam armati. C. de pac. cum concord. traditis per Felin. in dict. cap. ſicut dignum. in vltima fall. cui addo Lud. Rom. conſ. 117.*
5 Hinc dico, quod † ex quo armatus aſtitit facientibus, dicitur præſtitiſſe auxilium, & opem proximam facto occiſoribus, &
6 non remotam, taliter quod † debet puniri eadem pœna, qua occiſores. *Ita not. declarauit Bald. in l. iudices. C. de cri. pecul.* Refert & ſequitur Felin. *in d. c. ſicut dignum. colum. 2.* & dicitur auxilium præſtitiſſe proximum, & non remotum, ex quo, dicto Venturino præſente, & aſſiſtente, ſecutum eſt homicidium. *vt conſ. lendo declarat Socin. conſ. 188. colum. 2. & 5. in verſi. ad illud autem.* Et † di-
7 citur cauſa proxima, qua poſita ſequitur effectus, & qua remota, remouetur effectus, *vt declarat Bald. in l. ſi cum dotem, in princip. colum. vlt. ff. ſolut. matrim. allegat ea quæ habentur in l. mulier ff. re amo.* Sed ſic eſt in caſu iſto: quia cauſa proxima fuit in vulnerando dictum Per. ex quibus ſtatim ſecutus fuit effectus occiſionis. Secundo, quod præbuerit cauſam homicidio, ineuitabiliter probatur vltra teſtes examinatos, per eius confeſſionem, in qua fatetur, quod eum ſpito proiecerat ictum in rotella occiſi, vt ſe retraheret: nihilominus Iudex potuit iſtam confeſſionem in partem acceptare: quatenus fatetur, quod proiecit

ictum

ictum in rotella occiſi cum ſpito, & aliam ſpernere: quatenus fatetur quod proiecerat, vt ſe retraheret, & illam hoc modo acceptauit Iudex, vt ex proceſſu patet, *vt per Bartol. in l. Aurelius. § idem quæſiit. ff. de lib. leg.* vbi loquitur de eo, qui confeſſus eſt hominem occidiſſe, ſed ad eius defenſionem, quod poteſt ex tali confeſſione licite condemnare, quia † quotieſcunque confitens habet præſumptionem iuris contra ſe, poteſt confeſſio qualificata diuidi, & in parte acceptari, & in parte ſperni, & illa opin Bart. eſt communiter approbata, licet ab aliquibus impugnetur. *vt atteſtatur & refert Iaſ. in l. vt vim. col. 7. ff. de iuſt. & iur.* & propterea cum proiecerit ictum cum ſpito in rotella, propter quod cecidit in terris, & immediate fuit occiſus, ſumus proprie in exemplo, quando vnus tenuit, & alter interimit, de quo in prædicto conſ. Ideo de eo aliter non ſcribo, ita quod conſtat præbuiſſe cauſam homicidio. 8

Secundo in iſto caſu, ſi bene percunctet' proceſſus, iſte Venturinus fuit cooperans principaliter ſocius in committendo homicidio, cũ ipſe & filii coadunati inſimul exiuerint domum armati, & inſimul vulnerauerint dictum Petrum, quo in caſu eadem pœna punitur, qua interficiens. *Ita not. declarauit Card. Flo in cle. 1. quæſt. 11. de pe. ſequitur Felin. in d. c. ſicut dign. colum. 2 ſequuntur & Can. in cap. 1. de offic. deleg.* maxime quando eſt conſenſus cooperatorius, vt in terminis iſtis, *& etiam declarat gloſſ. ord. in dict. cap. 1. de offic. delegat. & Bald. in l. raptores. ad fin. C de Epiſc. & Cler. latiſſime Cap. Vero. conſi. 34. ad fin.* ſecundi † dubii, quia opera dicitur cauſam mortis dediſſe, *vt in d. conſ. 34. & conſi. 27. col. pen & conſ. q.* conſtat, q; non fuit auxiliũ nudum, & ſimplex, ſed cooperatiuum, & ſic cũ iſta cooperatio principaliter tenderit ad homicidium, vulnerando dict. Pet. & per conſequens intrinſeca ad dictum homicidium, & ad heredes perſonæ dicti Petr. adiuuando contra eum, dicitur auxilium cooperatiuum, quod punitur eadem pœna, *vt per Cap. Vero. conſil. 2. col. 4 verſ. 6.* 9

pro-

probatur. *Hoc idem conſuluit Cur. antiquior. conſ. 41. col. fin. ver. & for-*
10 *tius. vbi conſuluit*, quod † quando quis opem præſtitit in ipſo actu maleficii aſſiſtendo, vel aliter adiuuando, ét hoc in caſu eadem pœna puniri debet præſtās opem ſeu auxiliator. Et non immerito conſuluit Bal, à contratrio ſenſu, quod cum iſte Venturin.
11 cooperatus ſit principaliter ad actum percuſſionis, & † dederit fauorem occiſorib. eos aſſociando ad locum delicti, eadē pœna punitur, qua reus principalis, *per not. per gl & Dd. in cle. de pœn.*
12 *& ita à contrario ſenſu conſuluit conſ. 436. incip. videamus. vol. 2.* Et † ꝙ qui aſtitit d. delicto, debeat puniri eadem pœna, decidit Ang. Aret. *in opere malef. in ver. d. maleficio col. 1 & 8.* ibi (ex quo nota)
13 maxime cum † in inquiſitione ſint illa verba (vt habilius & cōmodius poſſit committi dictum homicidium) *& dixit D. Ang. de Arim. in d. verb. & gl. col. 2. in fi.* quod ſi ſunt dicta verba in inquiſitione, ille, qui aſtitit maleficio, debet decapitari, *hoc etiam*
14 *firmat Ang. in ver. dict. Andreas.* Aſſiſtere autem dicitur, qui ſtetit armatus præſens homicidio cum malefactore, vltra allegata *ſuper hoc dicit Ang. in ver. Andream auxiliatorem.* Et ſic cum Venturinus necdum aſtiterit delicto gladio euaginato, ſed ét percuſſerit in rotella, concludo præbuiſſe (cooperando) cauſam homicidio, & puniendum fore ea pœna, qua occiſores. Laus Deo.

Mar. Anguiſſ. Placent.
I.V.D.

CONSILIVM XXXIV. MARII ANGVISSOLAE IC. PLAcentini.

De excommunicatis.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus petens reſtitutionem poſſeſſionis ſibi ablatæ, dicitur potius ſuſtinere partes defenſoris, quæ plane defenſio cenſetur permiſſa etiam excommunicatis.*

2 *Licet*

2 *Licet excommunicatus vel bannitus prohibeatur agere: tamen non prohibetur implorare officium Iudicis.*
3 *Excommunicatus petens reſtitutionem poſſeſsionis, qua dicit ſe ſpoliatum, non eſt audiendus.*
4 *Adeo prohibetur excõmunicatus etiam proſequens ſuam vel ſuorum iniuriam, quod nec etiam Iudex poteſt ad ſuum beneficium, officium ſuum impertiri, niſi cauſa Reip. eſset mixta.*
5 *Excommunicatus ſe defendendo poteſt eſſe in iudicio, & de iure ſuo auditur.*
6 *Poſt concluſionem in cauſa, Iudex debet repellere excommunicatum.*
7 *Agentes excommunicati non ſunt audiendi in petenda reſtitutione, nec via actionis, nec officio Iudicis.*
8 *Poſt terminum ſi fides aperta fiet de excommunicatione, excommunicatus debet repelli.*
9 *Excommunicatus, vel bannitus, admitti debet ad petendam reuocationem tenutæ, contra ſe datæ.*
10 *Excommunicatus petẽs reuocari tenutam, in ſui præiudicium datam, eſt audiendus, ſi tamen incidenter petat, & in conſequentiam: ſi vero principaliter, non admittatur.*
11 *Excommunicato ſuccurri non poteſt (etiam per viam Iudicis) niſi admixta ſit cauſa Reip.*
12 *Prohibito agere non denegatur officium iudicis, ſi tamen eiuſmodi prohibitio non ſit ex culpa vel delicto prohibiti agere.*
13 *Vbi agitur de proprietate rei emphyteuticæ, cognitio ſpectat ad Iudicem eccleſiaſticum, non autem ad Iudicem ſecularem.*
14 *In cauſa emphyteutica Iudex eccleſiaſticus eſt Iudex ordinarius.*
15 *Qui eſt Iudex feudi in cauſa proprietatis, eſt etiam Iudex in cauſa mere poſſeſſoria.*
16 *Cognitio rei Eccleſiaſticæ ſpectat ad ſummum Pontificem, vel eius legatum.*
17 *Cauſa bonorum emphyteuticorum eccleſiaſticorum eſt de iure remittenda ad legatum apoſtolicum.*

QVæritur an Comites de Arcelis, quos conſtat eſſe
ſententiæ excommunicationis innodatos, ex-
cludi debeant à preſenti iudicio reſtitutorio. Se-
cundo quæritur an cauſa bonorum emphyteu-
ticorum eccleſiaſticorum tractanda ſit coram Iudice laico, ſi-
ue Iudice ordinario eccleſiaſtico.

Circa I videretur prima conſideratione dicendum, quod d.
Comites nullatenus ſint excluſi à preſenti iudicio reſtitutorio.
Primo ꝙ talis exceptio excõmunicationis nõ videt᷑ fuiſſe pro-
bata intra octo dies, *vt habetur in c. pia. de excep. in 6.* Secundo et-
1 iam, quia † excommunicatus petens reſtitutionem poſſeſſio-
nis ſibi ablatæ, dicitur potius ſuſtinere partes defenſoris, quæ
defenſio dicitur permiſſa excommunicatis, *vt habetur in c. intel-
leximus. de iud. & not. Ang. & alij. in l. de pupillo. in §. ſi procurator ff.*
2 *de nou. oper. nunc.* Tertio etiam poſito, quod † excommunicatus
vel bannitus prohibeatur agere: tamen nõ prohibetur implo-
rare officium Iudicis, *vt in fin. not. Spec. in tit. de pet. & poſſ. §. quoni-
am in ſuperioribus. ver. eſt octauus. & Bart. in l. Quintus. per illum tex.
ff. de ann. leg. & in l. ſeruos. ff. de alt. & cib. leg. & gloſſ. in l. 1. Cod. qui
admitt.*

Iſtis tamen non obſtan. vera & communis ſententia Dd. eſt,
3 quod † excommunicatus non audiatur, petens reſtitutionem
poſſeſſionis, qua dicit ſe ſpoliatum. *Hoc primo voluit gl. in verb.
audientia. in ca. 1. 25. diſtinct. & gl. 2. in c. dilectus ſi ius Abb. de reſcrip.
& ibi Panor. circa fi. & gl. in ver. canonicum. in c. ex inſinuatione de pro-
cur. & ſequuntur Spec. Inn. Rota. Io. de Imol. & Lud. quos refert & ſe-
quitur Feli. in d. c. dilectus filius. col. 1. & Pan. in c. 2. in 3. not. de excep.
& ibidem Feli. col. 2. & D. Alex. in d. l. de pupillo. col. 2. in fin.* & in tan-
4 tum † prohiberetur agere excommunicatus etiam proſequens
ſuam, vel ſuorum iniuriam, quod nec etiam Iudex poſſet ad ſu-
um beneficium officium ſuum impartiri, niſi iuxta eſſet cauſa
Reipublicæ, *vt not. Pet. de Anca. in c. 1. col 3 de reſcrip. in 6 & D. Ma-
rian. Soc. in c. qualiter. il. 2. in 7. q. princ. arg. 8. de acc. quos ſequitur Feli.
in d.*

In d.c.2.de except.col.2.poſt medium. imo plus † dici ſolet, quod 5
excommunicatus ſe defendendo poteſt eſſe in iudicio, & auditur de iure ſuo, tamen iſtud procedit quantum ad hoc, vt pro eo ferri poſſit ſententia abſolutoria: non autem quantum ad hoc, vt ſibi aliquid adiudicari poſſit, *vt voluit Rota. concluſione 7. in nouis, quam ſequitur, & aliis auctoritatibus comprobat Felin. circa fin. dict. cap. 2. de except. & idem tenet Panor. in d. c. ſignificauerunt, eo. tit. circa colum. 7. verſicul. ſed redeo ad primum princip.* & de excommunicatione Doct. etiam concludunt, quod † poſt con 6
cluſionem in cauſa Iudex debet repellere excommunicatum, *vt poſt multa concludit Feli. in c. exceptionem, de excep. col. 6. in fin. ver. illud autem certum puto, &c.* Et ſic ſtat firma concluſio, quod † dicti 7
agentes excommunicati non ſunt audiendi in eorum petita reſtitutione: nec via actionis, nec officio Iudicis; imo nec excipiendo quantum ad effectum adiudicationis eis fiendæ (etiam quod in quacunq; parte iudicii fuerit detecta eorum excommunicatio) ſunt repellendi.

Reſtat reſpondere ad alleg. in contrarium, & imprimis non obſtat quod dicta excommunicatio non fuerit probata in termino octo dierum, *alleg. c. pia. de excep. in 6.* quia Pontifex ibid. in verſi. ſi vero, & in ver. prouiſo ſtatuit, quod etiam † ſi poſt talem 8
terminum fides aperta fiat de excommunicatione, quod habet repellere excommunicatum, *vt not. Feli. in d. c. exceptionem. col. 5. circa fi. & ſeq.*

Non obſtat quoq; 2. quod excommunicatus audiatur, vbi ſuſtinet partes defenſoris, quia iſtud procederet ſecundum diſtinctionem ſupra factam ſcil. quo ad effectum adiudicationis.

Non obſtat quoq; doctrina Ang. & aliorũ *in alleg. l. de pupill. §. ſi procu. ff. de nou. op. nun.* dum volunt † excõmunicatum vel ban 9
nitum admitti debere ad peten. reuocationem tenutæ contra ſe datę, in quo inferre videtur allegantes pro d. Comitib. quod idem dicẽdum ſit, quod vbi excõmunicatus petit ſe reſtitui ad poſſeſſionẽ, qua ſpoliatus fuit. Nã ad hoc 2. reſpõdeo, & primo

quod vera & communis concluſio Docto. eſt in contrarium, quod imo excommunicatus petens ſe reſtitui ad poſſeſſionem qua dicit ſe ſpoliatum, non audiatur, *vt retuli in praecedentib. Secundo dico, quod Doctrina Ang. & Doc. in d. §. ſi procurator.* nedũ non obſtat intentioni noſtræ, imo facit contra dictos Comites, *quia Bar. Ang. & com. Dd. in d. § ſi procurator.* non ſimpliciter dicunt,
10 quod † excommunicatus audiatur petens reuocari tenutam, in ſui præiudicium datam: ſed diſtinguunt, an petatur incidenter, & in conſequentiam, & tunc admittatur, an vero principaliter, & tunc non admittatur, *& cum illa doctrina Bar. & Ang. ibid. tenet D. Alex. poſt multos relatos, & eam dicit commu. D. Franc. de Are. in d. c. intelleximus. col 3. infi. & ibi etiam Feli. col. 3. paulo ante fin.* vnde *cum in caſu noſtro d. Comites excommunicati principaliter agant, doctrina Bart. Ang. & ſeq. in d. § ſi procurator. eſt de directo contra eos.*

Non obſtat quoq; illud, quod dicebatur, quod excommunicatus non prohibeatur officium iud. impetrare, per nõnulla ad hoc in fi. alleg. quia in propria materia ſupra probaui & oſtẽdi,
11 quod † excõmunicato ſuccurri non poſſit, etiam per viam officii Iudicis, niſi admixta eſſet cauſa reip. prout tamen non eſt in noſtro caſu. *& ad hoc allegaui Feli. poſt Pet. de Anc. & Marianum ab eo relatos in c. 2. col. 2. de excep.* doctrinæ vero, quę allegantur, quod
12 prohibito † agere non denegatur officium iudic. loquuntur in multum diuerſis terminis, ſcil. vbi talis prohibitio non erat ex culpa, vel delicto agere prohibiti, vt eſt videre in religioſis, vel ſeruis, *vt tradit Bar. in alleg. l. Quintus ff. de ann. le. & in allg. l. ſeruos. ff. de ali. & cib. leg. vel in filiofam. vt not. gl. in alleg. leg. 1. C. qui adimit.* non a. ſic eſt in caſu, vbi quis prohibetur agere ex propria culpa vel delicto, vt eſt videre in excommunicatis culpa, vel bãnitis qui proprie eſt caſus noſter, & tunc procedũt, quę dixi, quod niſi adſit mixtura intereſſe Reipub. non poſſit officium iudicis impartiri ad beneficium talis excommunicati, vel banniti. Et per hæc remanet clare abſolutum primum quæſitum.

Capio nunc 2. quęſitum circa cuius deciſionem eſt conſideran-

randum, quod † vbi agitur de proprietate rei emphyteuticæ, 13
quod cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, non autem ad Iudicem ſecularem, *vt decidit Ang. conſ. 29. ſecundum ordinem Bono. incip. Titius exiſtens de nobili progenie, circa fi.* Et quamuis dubitauerunt Dd. an tali caſu ſit Iudex competens eccleſia directa domina, an vero Iudex ordinarius ipſius rei, de qua agitur. *vt tradit Io. de Ana. conſ. 84. incip. Videndum eſt de virtute, &c. circa fi. illius conſ.* tamen non ſit controuerſia, quin omnino † Iudex or- 14
din. in tali caſu ſit Iudex ordinarius eccleſ. *vt tradit Lud. Rom. cōſ. 212. incip. Quoad primũ de quo quæritur. in 2 quæſito, & col. 2.* Cum autem in caſu noſtro actum ſit mero poſſeſſorio, quis in ea ſit Iudex competens; eſt etiam conſiderandum, quod pro regula traditur, quod † qui eſt Iudex feudi in cauſa proprietatis, eſt et- 15
iam Iudex in cauſa mere poſſeſſoria, *vt not. Inn. in c. ex parte. 6. de fo. comp. & Pan. in col. antepe. & Imo. col. 2. in c. cæterum, de iud.* An autem Iudex ordinarius loci rei ſitæ, an vero dominus feudi, ſit diſtinctio, an cauſa poſſeſſoria adminiculetur proprietati; ſed ſi omnino ſeparata à proprietate, & tunc ſit Iudex ordinarius rei ſitæ, *vt tradit not. Bal. in l. 3. col. 1. C. ſi à non iud. compet. & in c. 1. §. inter pares, col. 1. de leg. Cor. in vſi. feud. & ſequitur D. Franc. de Aret. in c. cæterum. col. 5.* & ideo ſiue dicamus, quod in caſu noſtro fieret præiudicium proprietati, & ſic Eccleſię Placentinę directę dominæ, quia mulieres recognoſcunt dictam Eccleſiam, aduerſantes vero ſecus. & tunc cognitio ſpectaret ad Epiſcopum Placentinum, ſiue dicamus nullum pręiudicium fieri proprietati, & tunc, cum † omnino ſit res Eccleſiaſtica, cognitio ſpectat ad 16
ſummum Pontificem, vel eius legatum. *vt tradit Lud. Rom. in d. conſi. 212. col. 2. & idem voluit D. Alex. conſi. 79. incip. circa primum de quo quæritur. col. 3. & ſeq. vol. 1.* vbi proprie loquitur, quando de tali re ſpectante ratione directi dominii ad Eccleſiam, facta eſt delegatio per Papam, & concludit commiſſionem valere, & talem cognitionem ſpectare ad delegatum apoſtolicum etiam quod partes non eſſent de temporali dominio Papę, *allegat not.*

per Imo. & alios. in c. ſi clericus laicum, de foro comp. & per hæc rema-
17 net clare reſponſum, quod † cauſa dictorum bonorum emphyteuticorum eccleſiaſticorum ſit de iure remittenda ad delegatum Apoſtolicum. Laus Deo.

Marij Anguiſſolæ Placentini, I.V.D.

CONSILIVM XXXV. CAMILLI BORELLI OLIVETANI IC. *Præclariſsimi.*

ARGVMENTVM.

Patruus & amita proximiores defuncto, quam conſobrini. Quando filius patris perſonam ſubingrediatur, &c.

SVMMARIA.

1 *Patruus & amita ſunt tertio gradu coniuncti.*
2 *Amitini quarto ſunt coniuncti gradu.*
3 *Patuus & amita in ſucceßione præferuntur amitinis.*
4 *Subingreßio quando ſibi locum vendicet, &c. 5.*

CVm opinione excellentis V. I. Doctoris D. Ioannis Thomæ Ritii Leonitani ſola ſimplici ſubſcriptione contentus, pertranſire poteram, vt qui diligentiſſime caſum propoſitę controuerſię abſoluit, tam igitur in primo, quam in altero capite in eius ſententiam concurrendo, pauca ſubiiciam, vt parti petenti tantummodo ſatisfaciam.

Quoad primum igitur, Ioanni Petro defuncto proximiores erunt Bernardinus & Perna, patruus & amita, tanquam
1 tertio gradu † eidem coniuncti. *l. Iuriſconſultus. §. tertio gradu. ff. de grad. cognat.* ipſis Romulo, ac Iohanne Antonio aduerſariis, qui eidem defuncto ſunt in quarto gradu, & ſic remotiori, iſti

iſti enim Amitini (quos, & vulgus, & C. Trebatius Iuriſcon-
ſultus conſobrinos appellant) remotiores ſunt dictis patruo,
& Amita, cum ſint in d. gradu † quarto. *d. l. Iuriſconſultus. §. quar-* 2
to gradu. verſ. eo d. gradu ſunt & illi. Et hæc breuiter in primo.

Secundo, dicti patruus & Amita ad ſucceſſionem dicti Io-
annis Petri admittuntur, excluſis penitus dictis Romulo, &
Ioanne Antonio Amitinis, in quarto gradu † exiſtentibus. 3
*vt l. l. auunculo. C. commun. de ſucceſſionibus. Roland. in tract. vlt. vo-
lunt. tit. de ſucceſſionib. ab inteſtat. part. 3. quæſt. 3. verſ. aduerte tamen.
Alex. conſ. 166. vol. 5. Ioann. Berbery in viator. iuris. par. 3. rubr. 1. nu. 20.*
vbi ait quod in ſucceſſione Gaii patruus excludit filium Ami-
tæ, & Amita filium patrui. *arg. d. l. auunculo. Nicol. Boer. in deciſ.
Burdegal. 302. nu. 1. & 2. Bartholom. de Chaſſan. in conſuetud. Bur-
gund. tit. des ſucceſſions. §. 10. in verb. en aultus ſucceſſions. nu. 44. verſ.
& quod alis conſuetudo.* Et in hoc mihi minime elaborandum
eſſe confiteor, primorum enim eſſet error elementorum: nec
admittendi ſunt Romulus, & Ioannes Antonius quaſi perſo-
nam Donati eorum patris repræſentantes, quia iſto caſu ſub-
ingreſſio ſibi locum non vendicat, vt † Iuſtinianus determina- 4
uit. *§ huiuſmodi in Authent. de heredib. ab inteſtat. venient.* Vbi ſo-
lum fratrum filiis ius repræſentandi conceditur, dum tracta-
tur de ſucceſſione collateralis, ibi, nulli alii omnino perſonę ex
hoc ordine venienti hoc ius elargimur. Et de facto etiam re-
pugnat diſpoſitio *d. l. auunculo.*

Conſequenter, communis eſt omnium fere noſtrorum Do-
ctorum concluſio, tunc demum filii filium patris perſonam re-
prǽſentare, dum tractatur de ſucceſſione aui, aut alterius aſcē-
dentibus, aut inter tranſuerſales, de patrui, auunculi, Amitę &
materteræ ſucceſſione, ſecus vero in aliis, vt ſumus in † caſu no- 5
ſtro. *§. reliquum. in Authen. de hered. ab inteſtat. venient. Authent.
poſt fratres. C. de leg. heredib. Alex. conſ. 5. col. 3. vol. 3. & conſil. 51. col. 3.
vol. 4. & conſ. 44. col. fi. & conſi. 204. nu. 4. vol. 5. Paul. de Caſt. conſ. 119.
vol. 1. Cardin. Pariſ. conſ. 38. nu. 15. vol. 1. Rubeus Alexand. conſ. 85. col. fin.
in fin.*

in fin. Curt. iunior conſ. 57. num. 8. & conſ. 128. nu. 11. Abb. Panor. conſi. 86. vol. 1. Carol. Ruinus conſ. 134. nu. 17. vol. 4. Albert. Brunus. conſ. 74. Nicola. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 3. & Caſſen. vbi ſupra. nu. 31. in fin. Et etiam in fideicommiſſo vniuerſali relicto nunquam filius in locum patris, qui deceſſit, ſubingreditur, niſi quando eſſet relictum ab aſcendente, patruo, auunculo, amita, vel matertera, quia ſecus in aliis. *vt poſt Philipp. Decium conſi. 1. voluit Bartholomæus Bertazzolius. conſi. ciuil. 87. num. 2. vol. 1. vbi alios complures eiusdem opinionis retulit.*

Ex quibus breuiſſimo verborum apparatu libatis, apparet, agentes carere actione, & proinde Bernardinum & Pernam conuentos abſolui oportere, delata eiſdem vti proximioribus hereditate dicti Ioan. Petri, & miror, quo iure Dominus cauſę Patronus aduerſarius poterit hanc cauſam tueri. Et ita, requiſitus pro mea ſententia, de ſola ſubſcriptione, concurrendo cum dicto Domino conſulente, & ipſe conſulo. Laus Deo. Fuerunt abſoluti Rei, & Actores expenſis mulctati.

Camillus Borellus.

CONSILIVM XXXVI. IOANNIS OLDENDORPII ANTECESSORIS Academiæ Marpurgenſis IC.

ARGVMENTVM.

De eo qui tranſactionem diebus ſolutioni dictis non implet, ſi poſtea altera parte priſtinam actionem intendente excipiat, tranſactionem eſſe factam, ſic dicendum.

SVMMARIA.

1 *Fidem frangenti fides ſeruanda non eſt.*
2 *Remedium duplex replicandi cui competat.*

Diuino

Diuino auxilio implorato.

DVPLEX competit replicandi remedium. Alterum
vt allegetur aduerſarium non ſatis feciſſe tranſa-
ctioni, neque nunc eum eſſe admittendum, vt ſa-
tisfaciat & purget moram, qua fuit ex conuentio-
ne dictus terminus, in quo ille interpellatus non ſoluit iuxta
l. cum proponas. C. de pact. ac alias ll. affines ibi allegatas. Quibus pro-
batur frangenti fidem † ſimili modo non oportere ſeruari fi- r
dem. Quod autem nunc non poſſit adimplere (quemadmo-
dum potuiſſet) ſi non ſtatuto tempore fuiſſet tranſactum. ſic
loquitur *d. l. cum proponas. in fi. & l. apud acta. C. de tranſact.* proba-
tur *in l. Traiectitia. §. de illo. ff. de acti. & obli.* Per hanc autem for-
mam replicandi receditur prorſus à tranſactione. Quamob-
rem perpendendum eſt, num actor fundatam habeat ſatis pri-
ſtinam actionem. † Alterum remedium eſt replicandi vt acce- s
ptando confeſſionem & oblationem tranſactionis allegetur,
cum non aliter, vt impleat tranſactionem, admitti quam ſolu-
to quoque eo, quod intereſſe reuera poteſt actoris, quod pecu-
niam in termino non accepit. Nam cum hoc petendum habe-
at actionem ex tranſactione reſtituta, traditione, ſtipulatione,
iuramento, vel acceptilatione. *l. qui fidem. ff. de tranſa.* Multò ma-
gis habebit exceptionem, vel replicationem, qui læſus mora al-
terius, *l. qui fidem & cum mora. C. eod. tit.* pulcher text. eſt de mo-
dica re longiori mora, *in l. ſi ita quis promiſerit. §. ſera cauit. ff. de
verb. obligat. Barthol. in l. inſulam, ff. C. eod. tit.* Hac autem poſte-
riori formula non receditur à tranſactione, ſed vtraque eſt iuſta
pro qualitate cauſæ, ad conuincendum aduerſæ partis teme-
ritatem.

Ioannes Oldendorpius I. V. D. ordinarius iuris ciuilis Academiæ Marpurgenſis Profeſſor.

CONSILIVM XXXVII. EIVSDEM IOANNIS OLDENDORPII I.C.

ARGVMENTVM.

I. An expenſæ, quas pater pro filio ſtudiorum cauſa fecit, poſt mortem patris cum fratribus tempore diuiſionis conferri debeant.

II. An fratres teneantur de communibus expenſis & bonis fratrem ſuſtentare, vt ſtudia perficiat.

SVMMARIA.

3 *Expenſæ, quas pater debita pietate motus, pro filio exiſtente in ſtudio facit tempore diuiſionis ei imputari non debent. Limitatur vt num. 2.*

3 *Libri, quos pater filio ſtudiis liberalibus inuigilanti emit, in rationem cum fratribus ineundam non veniunt.*

4 *Pater, ſi pro filio ſtudente expendere incipit, patre vita functo, fratres ad expenſas non tenentur, vt ſtudium perficiat.*

5 *Factum patris erga filium eatenus heredem obligat, quatenus de neceſſitate fuit obligatus.*

6 *Heres eatenus tenetur, quatenus pater erat obligatus.*

7 *Pater licet ſumptus pro filio doctorando fecerit, mortuo tamen patre talis expenſa de communi fieri non debet.*

QVantum ad has quæſtiones attinet, doctiſs. Dn. M. Daniel, haud vulgaris eſt concertatio, nec certi qđ reſpondent ICti. Proinde quoad fieri poteſt, certis quibusdam concluſionibus elucidabimus.

Expenſę, † quas pater debita pietate motus, pro filio exiſtente
3 in ſtudio facit, tempore diuiſionis ei imputari non debent, Vlp. *in l. quæ pater. ff. famil. erciſc.* Quę pater (inquit) pro filio emancipato, ſtudiorum cauſa peregrè agente, ſubminiſtrauerit, ſi non credendi animo pater miſiſſe probatus fuerit, ſed pietate debita ductus in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eũdem

dem peruenit computari non ſuadet æquitas. Quæ concluſio procedit, niſi eo animo † ſumptus pater impenderit, vt velit eſ- 2
ſe in portionem hereditatis. Et hoc eſt quod Vlp. dicit, *Si non credidi animo pater miſiſſe*. Deinde procedit, niſi filius malè cõſumſiſſet, puta potando, ludendo, ſcortando. tunc n. poſt mortẽ patris computabuntur. Ita dicit Bar. & Authen. quod locum, *C. de coll. bon. Et in l. filia cuius. ff. fam. erciſc.* Libros, quos pater emit † fi- 3
lio ſtudenti non tenetur cum fratribus conferre, *ſecundum gl. in l. fil. cuius.* In hiſce a. trib. concluſionib. diligentiſſime obſerua doctrinam Bal. quam *in d. l. filia cuius.* tradit: Quod in parua expenſa præſumatur donatio, verum in magna, quę forte maiorẽ partẽ matrimonii exhauſit, & vbi pater habet multos liberos, non præſumitur donatio. Et hanc doctrinam ait ſua opin. multum eſſe æquam, quod & verum eſt. Pater, ſi incipit expendere pro filio ſtudente, patre † mortuo, fratres non tenentur ad ex- 4
penſas, vt ſtudium perficiat, *Bart. ab aliis commun. probatus, in l. 1. § non Caſtrenſe. ff. de coll. bo. Et Bal. in d. l. filia cuius.* Non obſtat ſecundum Bar. *in d. l. 1. §. nec caſtrenſe.* quod ſecundum Dyn. obiicitur, fratrem mortuo patre, communib. expenſis ſtudium perficere poſſe, & debere. *C. ad SCtum Maced.* quia huius ſententia optimis rationibus à Bart. ibid. reprobatur, vt ſequitur. Primò, quia factum patris † erga filiũ eatenus obligat heredem, quate- 5
nus erat obligatus de neceſſitate, *vt l. etſi filium. ff. de mun. & ho. iuncta l. honor. §. is qui. ff. de decur. mu.* Sed licet pater filio in initio ſtudii ſumptus miniſtrauerit, tamen non tenebatur de neceſſit. proſequi, ergo nec tenebũtur proſeq heredes. Ita pulcherrime ibi. arg. Bart. cui adſtipulatur Bal. *in l. omni modo, §. imputari. ff. de inof. teſt. & in d. l. filia cuius.* Præterea hoc probat expreſſe, *l. ſi fil. §. idẽ ſcribit. ff. fam. erciſ.* Nam eatenus coheres tenetur, † quatenus 6
erat pater obligat⁹. Hoc n. probat ille §. *idem ſcribit.* Sed in noſtro caſu pater nõ poterat cogi ad ꝓſecutionẽ ſtudii, ergo nec heredes poſſunt. Et ita intelligẽdã eſſe noſtrã materiã, ſubtilẽ & pulchram, dicit Bar. *in d. l. 1. § nec caſtr.* Reliqua vide apud eundem, nam habet adhuc alias rationes.

7 Licet pater fecerit impenſas † pro titulo doctorando, tamen patre mortuo talis expenſa non debet fieri de communi: Ita ſingulariter dicit Bartol. *in l.2.§ ſi in ſeruis, C.de bon. quæ liberis.* Allegat *l.3.§.fin.ff.de munerib. & honorib.*

Verba autem Bartoli hæc ſunt: *Nota* (inquit) *quod licet pater fecerit expenſas pro filio militando, vel doctorando, vel vxorando, mortuo patre, pro alio filio non debet fieri expenſa de communi. Et ſi alius frater vult eadem impendia facere de communi, pro ſimili actu, non auditur, ſed debet ſumptus facere de proprio.*

Ioannes Oldendorpius
D. reſpondebat.

CONSILIVM XXXVIII. ACADEMIAE TVBINGENSIS.

De iure coquendi cereuiſiam, alendi opifices, &c.

SVMMARIA.

